FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM.

OPUS SUUM

NOVIS CURIS

CASTIGANTE ET AUGENTE

PROF. ROBERTO DE VISIANI

ACADEMIAE ARCHEOLOGICAE BELGICAE, SOCIETATIS SCIENTIARUM LITERARUM ARTIUMQUE ARETINAE, ATHENAEI BASSANENSIS, ACADEMIAE SCIENTIFICAE BELGRADENSIS, SOCIETATIS NATURAE CURIOSORUM BEROLINENSIS, ACADEMIAE LEOPOLDINO-CAROLINAE VRATISLAVIENSIS, SOCIETATIS PHILOLOGICAE BONONIENSIS, SOCIETATIS SCIENTIFICAE CHERBOURGENSIS, SCIENTIARUM NATURALIUM MEDICARUMQUE DRESDENSIS, POLLICHIAE DURKHEIMENSIS, SOCIETATIS BOTANICAE EDINBURGENSIS, HORTICOLAE ET GEORGOPHILAE FLORENTINAE, HISTORIAE PATRIAE LIGUSTICAE, LINNEANAE ET MEDICO BOTANICAE LONDINENSIS, AGRICOLAE CARNIOLICAE, ACADEMIAE LUCENSIS, VIRGILIANAE MANTUANAE, HORTICOLAE ET CURIOSORUM NATURAE MOSQUENSIUM, SOCIETATIS SCIENTIARUM ET PONTANIANAE NEAPOLITANAE, SCIENTIARUM, LITERARUM ARTIUMQUE PATAVINAE, ACADEMIAE PROGRESSUS PALATIOLO-ACREIDIS, OECONOMICO-AGRARIAE PERUSINAE, ET PISAURENSIS, BOTANICAE RATISBONENSIS, CONCORDIUM RHODIGINAE, MUSEI HIST. NAT. ARGENTORATENSIS, SCIENTIARUM LITERARUM ARTIUMQUE VALLIS TIBERINAE, SCIENTIFICAE TAURINENSIS, ATHENAEI TARVISINI, ACADEMIAE VALDARNENSIS, ATHENAEI ET REGII INSTITUTI VENETI, SOCIETATIS REI AGRARIAE COMMERCII ARTIUMQUE VERONENSIS, HORTICOLAE, MEDICAE, ET ZOOLOGICO-BOTANICAE VINDOBONENSIUM SODALI.

VENETIIS

TYPIS JOSEPHI ANTONELLI

MDCCCLXXII.

Decaisne

(*Ex. Vol. XVI* **Memor. del R. Istituto.**)

PRAEMONITUS.

Viginti aut fere elapsi sunt anni, ex quo tertium et ultimum Florae nostrae dalmaticae volumen in publicam lucem venit. Eo ex tempore et plures botanici de plantis pro novis ibidem datis judicium tulere, et quamplures rei herbariae studiosi, praesertim germanici, morem suae gentis secuti, et plantarum rariorum cupidi, per Dalmatiam peregrinati, laborum suorum fructum edidere in opusculis seorsim impressis, aut in diariis scientificis. Horum quamplurimi plantas dalmaticas mihi communicarunt, quibus omnibus gratias quam maximas, data opportunitate, referre gestio. Hinc factum est, ut Florae dalmaticae messis in dies creverit, et novis nec parvi pretii acquisitionibus ditata fuerit.

Quarum omnium ope exoptans opus nostrum reddere emendatius et auctius, eas plantas ad trutinam revocare aptum duxi, ut vel stirpes in ipso reapse omissas adjungerem, vel cum aliis commixtas probatiori denominatione distinguerem. Hinc exortum est Supplementum istud, quod additamentis atque emendationibus florae patriae locupletatum, botanicorum indulgentiae benevole commendamus.

Sed antequam hoc officium praestem, grati animi censeo notitias omnes colligere et evulgare de viatoribus illis, qui, quantum mihi innotuit, Dalmatiam longiore aut breviore cursu explorati sunt: ut quemadmodum in praefatione operis nostri de antiquioribus, ita etiam in hoc praemonitu debitum obsequium reddatur illis, qui vegetationi dalmaticae tempus et operam recentius impensi sunt.

Annis MDCCCXLI et MDCCCXLII insulas sinus Flanatici (Quarnero) florae istriacae et dalmaticae fere promiscuas, doct. *Otto Sendtner* investigavit, et plantas ibidem lectas cl. *Jos. Mut. Tommasinio* denominandas concessit.

Dalmatiae montes eorumque floram, a catena montium *Vellebit* Croatiam meridionalem a Dalmatia disterminante ad *Montenegro*, indefesse perquisitus est ab anno MDCCCLII ad MDCCCLXVII excursibus septies iteratis *Franciscus*

Maly, nunc Horti Vindobonensis ad *Belvedere* plantis florae Imperii Austriaci excolendis dicati custos et cultor experientissimus. Ex hisce itineribus plantae plures in hortum invectae, ita ut eas sedulo investigandi commoditatem praebuerint egr. *H. Schottio*, qui ad hunc finem *Malyum* miserat in Dalmatia. Nec occasionem optimam neglexit *Schottius*, nam quasdam ex hisce stirpibus pronovis habitas publici juris fecit in opere suo *Analecta botanica*, Vindob. 1854, sub nomine *Sesleriae robustae*, *Androsaces penicillatae*, *Saxifragae Maly*, *et S. lasiophyllae*, *Corydalis tenuis*, *Drabae armatae et D. longirostris*, *Euphorbiae triflorae*, *Ranunculi concinnati Schott*, et alias plantas proprio nomine ab ipso auctore distinctas. Quarum omnium et aliarum quoque in Imperio Austriaco hospitantium severum quidem at aequum judicium tulit cl. *Aug. Neilreich* in *Ueb. Schott. anal. bot. in Sitz. ber. Wien. Akad.*, LVIII *Bde.* 1868, 17 *Dec.*, et, quoad species dalmaticas, ego quoque de ipsis quid sentiam hoc in opere exposui. Sed quidquid sit de speciebus Schottianis, candide confitendum, neminem Florae dalmaticae plantas alpinas tanta sedulitate investigasse ac oculatissimus *Maly*, qui eas insuper in horto, cui modo praeest, cura, diligentia, et exitu felicissimo colit, propagat, et mihi quoque benigniter in vivo studendas dedit.

Anno MDCCCLII Croatiam meridionalem perlustrarunt doct. *Jos. Schlosser* et *Aloysius Farkas de Vukotinovich* usque ad Dalmatiae confinia, catena montium *Vellebit* ab ipsa divisa, cujus summum verticem *Sveto Brdo* (Monte Santo) conscenderunt autumno ejusdem anni. Hujus itineris descriptio exstat in *Oesterr. bot. Wochenbl.* ann. 1852, p. 322. Anno MDCCCLVI eumdem montem exploraturi plantas aliquot ibidem legerunt, nempe *Lilium Cattaniae Vis.*, *Chamaemelum uniglandulosum Vis.*, *Spartium holopetalum Rchb.*, et hujusce itineris descriptionem edidere in diario Vindobonensi *Oesterr. bot Zeitschr.* anni 1857, p. 271. Speciem Lilii praedictam tamen antea legerat et communicaverat Dom. *Maria de Cattani* e sylvis prope *Muç*, et *Franciscus Maly* e monte *Orien.* Plantarum harum in Dalmatia crescentium enumerationem evulgarunt, una cum croaticis et slavonicis, laudati auctores in eorumdem *Flora croatica* Zagabriae edita anno 1869, in 8.°

Anno ipso et quidem vere, *Michael de Sardagna* ex Tridento, Dalmatiam omnem invisit a *Zara* ad *Cattaro* et *Montenegro*, montem *Biokovo* adscendit, ubi *Saxifragam Rochelianam Sternb.* observavit primus, et in patriam reversus Junio ineunte, itineris sui, praecipue in m. *Biokovo* in quo Muscis in-

dagandis potiorem curam impendit, descriptionem edidit in diario botanico Vindobonensi (*Bot. Zeitschr. Jun.* 1861, p. 177).

Anno MDCCCLXII sinus Flanatici insulae indefessis curis et repetitis excursibus exploratae a perill. et amicissimo vir. *Jos. Mutio Tommasini* aprili MDCCCLXII ad *Lossino* in insula *Ossero;* septembri ad *Sansego* et iterum ad *Lossino;* vere annorum MDCCCLXIII, MDCCCLXIV, MDCCCLXV ad *Lossino*, MDCCCLXIII ad insulam *Cherso*, et MDCCCLXIV ad insulam *Veglia*, conspicuam plantarum et subtiliorum observationum messem mihi praebuerunt ad Florae nostrae emendationes et additiones concinandas. Quarum omnium me gratum atque memorem hic loci publice profiteor polliceorque. De plantis parvae insulae *Sansego* egregie scripsit hic auctor in *Schrift. Zool. bot. Gesellsch.* Wien, 1862.

Eodem anno mense aprili scopo botanico insulam *Lossino* exploravit parva at selecta societas botanicorum vindobonensium, inter quos cl. *H. W. Reichardt* scholae hortoque botanico adjutor, qui catalogum stirpium cryptogamarum edidit in *Verh. Zool. bot. Gesellsch.*, Wien, 1863, et novam filicem legit, quam postea cl. *J. Milde* descripsit sub nomine *Scolopendrii hybridi Mild.;* et *Car. Petter* plantarum phanerogamarum ibidem crescentium enumerationem dedit in *Oesterr. bot. Zeitschr.*, 1862, p. 350.

Anno MDCCCLXIII eamdem insulam explorarunt *Edoardus de Josch*, et *Nicodemus de Rastern*, et catalogus plantarum ab ipsis lectarum prostat in *Oesterr. bot. Zeitschr.*, 1864, p. 65.

Anno MDCCCLXV et in sequenti MDCCCLXVI prof. *Adulphus Stossich*, plantas aliquot in ins. *Cherso* lectas cl. *Tommasinio* communicavit.

Hoc ipso anno ego quoque cum doct. *Fr. Beltramini* Dalmatiam iterum perlustravi, et praecipue *Castello di Cattaro*, et insulas ditionis Ragusinae *Lacroma*, *Giuppana*, *Calamota* et *Mezzo* rimati sumus.

Autumno hujusce anni doct. *Emmanuel Weis*, classis austriacae medicus, insulam *Lissam* adiit, et vere anni MDCCCLXVI litora obiit circa *Ragusa* et *Cattaro*, ejusque observationes ibidem studiose factae et inventa extant in *Verhandl. d. Zool. bot. Gesellsch.*, Wien, 1866 et 1867. Detexit *Bupleurum longepetiolatum Weis*, *Delphinium rigidum DC. Fimbristylim dichotomam Vahl.*

Anno ipso MDCCCLXV insulam *Veglia* vidit Dom. *Anna Maria Smith*, et plantas aliquot ibidem ab ipsa lectas, et praesertim *Heleocharidem uniglumem LK.* et *Cerinthem alpinam Kit.* in Flora dalmatica non recensas, benevole communicavit.

Anno MDCCCLXVII insulam *Lossino* pluribus botanicis peragratam perquisivit iterum doct. *Reuss* vindobonensis, et descriptio itineris cum plantarum catalogo videre est in *Verhandl. d. Zool. bot. Gesellsch.* Wien, 1868.

Denique vere anni ejusdem MDCCCLXVII totius Dalmatiae explorationem aggressi sunt Dom. *Robertus Huter*, sacerdos e *Temmar*, et *Thomas Pichler* e *Liens*, ambo Tyrolenses, ut plantas ab ipsis lectas atque venales botanicis, qui itineris sumptus praestitissent, in retributionem concederent. Anno vero MDCCCLXX solus *Pichler* iter renovavit, et praeter alias in Dalmatia hactenus non inventas, plantam omnino novam in monte *Orien* detexit, quam *Robertus Huter*, viro de Dalmatiae exploratione et plantarum praeparatione meritissimo dicari voluit, et *Adenophorae Pichleri* nomine salutari. Peregrinatoribus hisce se comitem ducemque adjunxit cl. *Paulus Ascherson*, in studiorum universitate berolinensi rei herbariae doctor, qui observationes ab ipso institutas in plantas Dalmaticas ab urbe *Ragusa* ad montes circumstantes publici juris fecit anno MDCCCLXVII in *Verhandl. d. bot. Vereins für die prov. Brandeb. et in Oesterr. bot. Zeitschr.*, martio 1869, et illas a *Risano* in *Canale di Cattaro* ad ditissimum montem *Orien* in diario cui titulus *Zeitschr. d. Gesellsch. für Erdkunde*, Berl. 1867. Plantis aliquot et doctis adnotationibus Floram dalmaticam auxit, uti *Anthoxanthum Puellii Lecoq*, *Cymodocea nodosa Asch*, *Ruppia maritima* L., *Lemna minor* L., *Carduus acanthoides* L., et praecipue *Vincetoxicum Huteri*, qua planta nomen *Roberti Huteri* botanicis commendamus.

Cl. prof. *A. Kerner* annis MDCCCLXIX et MDCCCLXX duas Rosae species dalmaticas late descripsit sub nomine *R. Malyi*, et *R. dalmaticae* ab egregio *Fr. Maly* viventes ipsi mihique communicatas, in *Oest. bot. zeitschr.*, 1869, n.° 11, et 1870, n.° 1-2, de quibus tetigi in Supplemento.

Demum cl. *Victor Janka* in cl. *Skofitz* diario botanico Vindobonensi mense aprili hujus anni tres plantas addidit Florae dalmaticae, nempe *Milium vernale Bieb.*, quod habuit a prof. *A. Alschinger* circa *Zara* ab ipso colletum : *Cramben maritimam* L., quam vidit in herbario *Kitaibelii* e Dalmatia acceptam et diffuse descriptam, et *Rubiam Aucheri Boiss.*, juxta *Car. Koch* in *beitr. zur fl. der Orien* in Linn. vol. XXIV. Quarum plantarum nil certi' affirmare possum, inspectione speciminum mihi penitus deficiente,

Et haec ferme sunt ea, quae de botanicis viatoribus, aut de Florae dalmaticae illustratoribus mihi constare video, quaeque operis supplemento praemittenda esse putavi.

FLORAE DALMATICAE

EMENDANDA ET ADDENDA

Vol. III, pag. 333.

Chara foetida *A. Br.* crescit quoque in quodam fonte in *Monte d' Ossero* ad altit. ped. 1000 supra mare, et in fossis ad *Stagno grande*. Species monoica.

Vol. I, pag. 32.

Chara hispida L. *β. Dalmatica Vis.* videtur forma **Charae hispidae** L. a **Ch. polyacantha** *A. Br.* non diversa. Species monoica.

Vol. I, pag. 32.

Chara fragilis *Desv.* habitat etiam in stagno prope *Besca vecchia* et sub monte *Trskavac* ins. *Veglia*, et in stagno *Stanska* prope *Porto Comisa* ins. *Cherso*. Species monoica. Var. *brevibracteata Reichdt.* crescit ad *San Pier di Nembo*. Post **Ch. hispidam** L. addantur sequentes species.

Chara intermedia *A. Br.* in *Leonhard.* oesterr. Armleuchter Gew. Prag 1864, pag. 80.

Ch. caule cinerascente erecto ramisque crassiusculis verticillato-denis, sulcatis, sparsim hispidulis, bracteis quaternis longioribus lanceolato-linearibus nuculas subrotundo-ellipticas superantibus.

Syn. et Icon. Ch. aculeolata et Ch. papillosa *Kütz.* tab. phycol. VII, 67, II, et 70, I.

HAB. in aquis lacus *Vrana* ins. *Cherso*, unde a prof. *A. Stossich* et *Gerardo de Petris* lectam misit cl. *Tommasini*. Fr. aestate. ⊙

Chara ceratophylla *Wallr.* ann. bot., pag. 192. *Ganter.* oest. Char., pag. 16.

Ch. caule cinerascente robusto contorte striato rigidissimo papilloso opaco, ramis subseno-verticillatis, bracteis subquinis ovatis tumidis nuculam ovatam globulumque subaequantibus.

SYN. Ch. tomentosa var. a. ceratophylla *Rchb.* fl. exc., pag. 160

ICON. *Wallr.* l. c., tab. V. *Ganter.* l. c., tab. II, f. 10-11.

HAB. in aquis lacus *Vrana* ins. *Cherso*, ubi legit prof. *Stossich* et dedit cl. *Tommasini*, a quo habui. Species monoica. Fructif. aestate. ⊙

Vol. I, pag. 33.

Post **Nitellam flexilem** *Agdh.* et post **Charam flexilem** L. addatur

Chara hyalina DC. fl. fr. VI, pag. 247.

Ch. caule tenuissimo diffuso laevi pellucido, ramis ramulisque glomerato-verticillatis 6-8, nuculis ovoideis breviter pedicellatis subsolitariis.

SYN. et ICON. *Kütz.* phycol. germ., p. 256, et tab. phyc. VII, tab. 35, f. II, sub *Nitella*.

HAB. cum **Ch. ceratophylla** *Wallr.*, ubi legit *Maria de Cattani*, et postea prof. *Stossich* et *Gerardus de Petris*: dedit cl. *Tommasini*. Species monoica. Fructif. aestate. ⊙

Chara glomerata *Desv.* in *Loisl.* notic., p. 135.

Ch. caule gracili viridi rigidulo pellucido, ramis 6-8 verticillatis, ramulis fructiferis apice conniventibus, nuculis subglobosis breviter pedicellatis aggregatis.

SYN. Nitella glomerata *Coss.* et *Germ.* fl. des env. de Paris II, p. 681. Tolypella glomerata *Leonh.* l. c., p. 57.

ICON. *Coss.* et *Germ.* l. c., atl. tab. XLI, fig. H.

HAB. in aquosis scopuli *San Pier di Nembo* in *Quarnero*, ubi legit et communicavit cl. *Tommasini*. Species monoica. Fr. aestate. ⊙

Ad **Charam flexilem** L. deleatur var. *β. nidifica*, et hujus loco ponatur

Chara opaca *Agdh.* syst. alg., p. 125.

Ch. dioica, caule gracili ramoso viridi, ramulis verticillato-senis longiusculis, nuculis ovatis aggregatis.

Syn. Nitella syncarpa *β. Smithii*, *Coss.* et *Germ.* l. c., II, p. 682.

Icon. *Coss.* et *Germ.* l. c., atl. tab. XXXIX, fig. 7-12.

var. *β.* **pseudoflexilis** *A. Br.* caule diaphano, ramulis fructiferis conglobatis.

Syn. Ch. flexilis *β.* nidifica *Vis.* fl. dalm. III, p. 334. Nitella nidifica *Vis.*, I, c. I, p. 33, excl. syn. praeter *Smithii.*

Hab. in aquosis fluminis *Ombla* prope *Ragusa* ubi legit *Turnau*, et var. ad saxa marina circa *Cittavecchia*, unde misit *Petrus Nisiteo.* ⊙

Obs. Differt ab hac **Ch. flexilis** L. sexu monoico, et nuculis subsolitariis.

Vol. III, pag. 334.

Chara Stalii nostra a cl. *A. Braun* in litt. refertur ad var. *Ch. coronatae Ziz.*, a qua tamen videtur differre nuculis albidis nec nigris, utrinque rotundatis nec apice acutis, ad articulos aggregatis, nec raro ad maximum geminatis, habitu robustiore crassiore.

Vol. I, pag. 34.

Ad **Equisetum Telmateja** *Ehrh.* adde locum *Ragusa*, et ad *E. elongatum W.* adde locum *Stagno.*

Vol. I, pag. 36.

Post **Ceterach officinarum** W. adde

var. *β.* **crenatum** *Milde* fil. eur. et atl., p. 94 et 310: laciniis grosse crenatis.

Hab. in insula *Calamota* prope *Ragusa*, ubi legit doct. *E. Weiss.* Fl. aest. ♃

Vol. I, pag. 37.

Post **Polypodium vulgare** L. adde

P. vulgare L. var. *β.* **serratum**: pinnis lanceolato-acuminatis serratis.

Icon. *Barrel.* icon. pl., tab. 1110.

Hab. in umbrosis *Çiaikovic* ad flumen *Ombla*, ubi legit doct. *E. Weiss.* Jun. fruct. ♃

P. vulgare L. var. γ **semilacerum** *Moor.* in *Lowe* fern. brit. a. ex. I, p. 113, pinnis oblongo-linearibus apice obtusatis, ad medium lobulatis.

ICON. *Lowe* loc. cit. p. 114, f. 2.

HAB. in umbrosis ad *Lapad* prope *Ragusa*, ubi legit rev. doct. *Vodopjeh.* Fr. aest. ♃

OBS. In forma nostra frons et pinnae et lobuli obtusati nec acuti, ut in icone citata.

Vol. I, pag. 37.

Polypodio Dryopteri L. subjungatur qua synonimon *Polypodium calcareum Sw.* et fl. dalm., quod a *P. Dryopteride* L. non differre constanter vidi nec pinnis primariis adscendentibus, nec varia pinnularum proportione inter se, nec laciniarum crenis minoribus, nec pube glandulosa evidentiore, nec soris confluentibus.

Vol. I, pag. 38.

Aspidium rigidum nostrum typice congruit cum planta *Swartzii*, cujus est forma australis, a specie parum, nec semper, abludens pinnulis obtusiusculis, fronde tripinnatisecta nec bipinnatisecta, et triangulari-elongata nec lanceolata. Huc quoque referri debet **Aspidium affine** *Kunze* (non *Fisch.* et *Mey.*) *Vis.* fl. dalm. I, pag. 39, in Obs., a *Friderico Augusto* Saxoniae Rege prope *Cattaro* lectum, juxta cl. *Milde* in Fil. eur. et. atl. Lips. 1867, p. 310. Cfr. pro **Aspidio rigido** *Sw.* cl. *Tenor. mem. su d'una nuova felce*, Nap. 1832, p. 20, tav. II, fig. 4, et pro **A. pallido** *Bory*, *Ten.* ib., t. II, f. 4. B. sub. **A. rigido** *β. australi.*

HAB. praeter loca indicata, circa *Cattaro* et in monte *Orien.*

Post **Aspidium rigidum** *Sw.* adde

Aspidium spinulosum *β.* **dilatatum** *Koch* syn. fl. germ. ed. II, pag. 979.

A. fronde triangulari-ovata bi-tripinnatipartita, pinnulis oblongo-lanceolatis subcuneatis, lobis oblongo-linearibus serrulato-spinulosis distinctis, supremis confluentibus, stipite rachique paleaceis, indusio umbilicato.

SYN. Polypodium dilatatum *Hoffm.* fl. germ. II, p. 7. Aspidium dilatatum *Sw.* syn. fil. p. 420. *Host* fl. austr. II, p. 676.

ICON. *Ten.* mem. su d' una nuova felce, p. 18, tav. II, f. 3. A. *Oed.* fl. dan.

tab. 759. *Lowe* fern. brit. a. ex. VI, 77. *Pluk.* phyt. tab. 181, f. 2, opt.

HAB. in umbrosis montium *Vellebit* et *Biokovo* cum *A. Filice mare Sw.* Fructificat aestate ♃.

OBS. Differt ab hoc *Aspidium spinulosum* W. fronde oblongo-lanceolata et lobis, exclusis infimis, confluentibus. Vix tamen diversa.

Vol. I, pag. 39.

Aspidium fragile *Sw.* crescit quoque in umbrosis montis *Radostak* supra *Cattaro* et ad radices montis *Orien*, ubi cl. *Ascherson* legit formam mihi quoque in *Biokovo* obviam, quae inter **A. fragile** et **A. alpinum** *Sw.* media, scilicet lobulis pinnarum angustioribus ac in **A. fragili,** et rachide latiore ac in **A. alpino.** *Sw.*

Vol. I, pag. 39.

Post **Aspidium alpinum** Sw.

Aspidium montanum *Sw.* syn. filic., p. 61. *Host* fl. austr- II, p. 677.

A. fronde ternato-tripinnata deltoidea, pinnulis pinnatifidis, infimis pinnatipartitis, laciniis oblongis, lobulis plerumque apice bidentatis, soris solitariis, indusio laterali, stipite rachique nudis.

SYN. Polypodium montanum *Haenk.* in *Jacq.* coll. II, p. 46. P. mirrhidifolium *Vill.* hist. du Dauph. III, p. 250. Cistopteris montana *Lk.* h. bot. berol. I, pag. 131. *Lowe* ferns brit. VII, p. 83.

ICON. *Lowe* l. c. VII, t. XXXIV. *Oed.* fl. dan. XIII, tab. MMCCL. *Vill.* l. c. tab. LIII.

HAB. in fagetis sylvaticis montis *Prologh* ad 3000 p., ubi legit *Th. Pichler.* Fructif. Julio ♃.

Vol. I, pag. 40.

Asplenium viride *Huds.* legere quoque in monte *Orien* doct. *Ascherson*, rev. *Huter* et *Th. Pichler.*

Post **Scolopendrium officinarum** W. adde

Scolopendrium hybridum *Milde* in Verhdl. d. zool. bot. ges., B. XV, 1864, p. 235, tab. XVIII, et fil. eur. et atl., p. 92.

OBS. Stirps habitu et forma et virore potius **Scolopendrio officinarum** W. quam **Ceterach officinarum** W. proxima. Ab illo solummodo differt frondibus irregulariter inciso-lobatis, quae nota in specie adeo polymorpha parvi sane facienda. Confer varios plantae hujus lusus, et praesertim ejusdem var. *laceratam* in *Lowe* ferns. V, pag. 158, quae fere eadem ac nostra. Unicum specimen in muro vetusto ad vineas prope *Porto Cigale* ad *Lossin piccolo* insulae *Ossero* socialiter cum **Ceterach officinarum** crescens legit cl. H. *Reichardt*.

Vol. I, pag. 41.

Ad **Asplenium fissum** *Kit.* adde iconem *Gusson.* pl. rar. tab. 65, sub A. angustifolio.

Vol. I, pag. 42.

Descriptio **Cheilhantes fimbriatae** *Vis.* sic reformetur.

OEOSPORANGIUM Vis.

Della Cheil. Szovits. F. et M. in *Atti Istit. Ven.*, XII, ser. III, 1867.

CHAR. Venae pinnatae tenues, inferiores furcatae, superiores simplices, apice incrassato fructiferae, venulis nullis. Sporangia pauca rara majuscula solitaria, brevissime pedicellata, frondis margine obtuso revoluto indusioque piliformi tecta. — Cl. *Cryptogamia* Ord. *Filices* Syst. sex.

SPEC. **Oeosporangium** (Nothochlaena Bory) **persicum** Vis.

SYN. Oeosporangium Szovitsii *Vis.* loc. cit.

Nothochlaena persica *Bory* in Belang. *Voy. aux Ind. or.*, p. 21.

Cheilanthes Szovitsii *Fisch.* et *Mey.* bull. de la soc. de Mosc, 1838, III, p. 241. Ch. fimbriata *Vis.* fl. dalm. 1, p. 42. Acrostichum microphyllum *Bertol.* prosp. agr. 6, p. 243, miscell. bot. 18, p. 10, flor. ital. crypt. 1, pag. 35.

ICON. *Vis.* fl. dalm. I, tab. 1, fig. 1, et *Della Cheil. Szovits*. tab. I, II. Bertol. miscell. l. c., tab. 4.

HAB. ad rupes et muros agrestes in insulis *Lesina* et *Giuppana*, ad *Canal di Stagno*, ad *Stagno piccolo*, et ad *Giunchetto* prope *Ragusa*. Fructif. a vere in aestatem ♃.

OBS. Descriptionem fusiorem plantae vide in opusculo citato *Della Cheil. Szovits.*

Locis natalibus **Cheilanthes odorae** *Sw.* adde *Porto Palazzo* in insula *Meleda*.

Vol. III, pag. 340.

Post **Danthoniam calycinam** *Rchb.* sequatur.

TRIODIA R. Br.

Prodr. fl. nov. Holl. 1, p. 182.

Char. Gluma flores obvolvens bivalvis. Glumella bivalvis basi barbata, valva inferiore apice tridentata, dente medio aristaeformi recto. Paleolae obovatae. Stigmata plumosa e basi floris. — Class. *Triandria*. Ord. *Digynia*. Syst. sex.

T. decumbens *Pal. de Beauv.* agrost., p. 76. *Rchb.* fl. exc., p. 41. *Bertol.* fl. ital. 1, p. 558.

T. racemo subsimplici contracto paucifloro, spiculis oblongo-ovatis, glumis flores aequantibus, vaginis ligulisque pilosis.

SYN. Festuca decumbens *L.* sp. fl. ed. II, p. 110. *Leers* fl. herbor., p. 34. Poa decumbens *Scop.* fl. carn. ed. II, p. 69, *Host* fl. austr. 1, pag. 151.

ICON. *Rchb.* ic. bot. agrost., XI, f. 1572. *Host* gram. austr. II, tab. 72. *Leers* fl. herb., tab. VII, f. 5.

HAB. in pratis circa *Zara* ubi legit *Dominicus Papafava*, et *Bilibrigh* prope *Sign*, ubi legit *Th. Pichler*. Fl. Majo. Jun. ♃.

Vol. I, pag. 47.

Post **Anthoxanthum odoratum** L. adde var. *β*. **laxiflorum** *St. Am.* fl. agen., p. 13: panicula laxiore, flosculo fertili lateralibus sterilibus subduplo breviore.

SYN. A. Puelii *Lecoq* et *Lamoth* cat. pl. Auv. p. 385, *Gren.* et *Godr.* fl. de Fr., III, p. 443.

HAB. in pratis ad *Crkvica* in *Krivoscie* prope radices montis *Orien*, unde communicavit cl. *Ascherson.* ⊙

OBS. Differentiam vere specificam non invenio, et characteres ipsos a laudatis auctoribus adductos, flosculi hermaphroditi multo brevioris, et aristae flosculi inferioris neutri longioris, haud ita proprios vidi **Anthoxantho Puelii**, ut in eodem **A. odorato** typico saepe desiderentur.

Vol. 1, pag. 51.

Propriis aliorumque observationibus edoctus in sententiam abeo **Andropogonem pubescentem** meum nil esse nisi formam australem *A. hirti* L., quam *A. hirtum β. pubescentem* nomino.

Vol. I, pag. 53.

Polypogon maritimum fl. dalm. sic reformandum.

Polypogon monspeliense *Desf.* fl. atl. 1, pag. 67. *Rchb.* fl. exc. p. 24.

P. thyrso oblongo, glumis calycinis hirsutis oblongo-obovatis ciliatis, apice scariosis subbifidis, arista infra sinum exserta triplo brevioribus, glumella aristata.

SYN. P. maritimum *Vis.* fl. dalm. 1, pag. 53. *Schloss.* et *Vukotin.* fl. croat. p. 1225, nec al. Alopecurus monspeliensis *L.* sp. pl. pag. 89. A. paniceus L. l. c. p. 90. Phleum crinitum *Schreb.* gram. 1, p. 151. *Sibth.* et *Sm.* fl. graec. 1, p. 46. Milium paniceum *Host* fl. austr. 1, p. 94. Agrostis panicea *Host* gram. austr. III, p. 22.

ICON. *Th. Nees.* gen. pl. fl. germ. (Genus Polypogon). *Schreb.* l. c. t. 20, f. 3, *Sibth* et *Sm.* l. c. I, tab. 62. *Host* gram. austr. III, tab. 46, opt.

HAB. in arenosis maritimis et palustribus salsis lacus *Morinje* prope *Sebenico*, ad salinas circa *Traù* et *Stagno*, nec non ad *Narenta*, *Gravosa*, et *Cattaro* prope *Scagliari.* Fl. aest. ⊙

Polypogon maritimum W. nov. Act. nat. Cur. berol. III, p. 443, non *Vis.* fl. dalm.

P. thyrso oblongo, glumis calycinis hirsutis oblongo-obovatis ciliatis, apice

scariosis profunde bifidis, arista e sinu exserta quadruplo brevioribus, glumella mutica.

ICON. *Buxb.* pl. min. cogn. cent. V, tab. LXVI, f. I. *Rchb.* agrost. tab. XXXI, fig. 1117, quoad habitum. *Guss.* pl. rar. tab. 3, f. 2.

HAB. in maritimis insulae *Sansego*, ad portum *Gravosa* a *Th. Pichler*, et ad *Stagno* in limo salso exsiccato a doct. *Ascherson* lectum. Fl. aest. ⊙

OBS. Species hae nimium affines, et non raro simul crescentes, aegre discriminantur gracilitate majore, floribus minoribus, flosculo fertili mutico et sinu glumarum profundiore in **P. maritimo**, et omnia e contra in **P. monspeliensi**. Arista flosculi fertilis interdum minima est aut abortiva in ipso **P. monspeliensi**, et tunc character unicus, quo plantae istae evidentius distingui possunt, in profunditate sinus glumarum positus, haud sufficere valet ad species alioquin simillimas dissociandas, praesertim quia nec glumae **P. monspeliensis** omnino integrae semper sunt, quod jam viderat et expresserat *Host* in icone supra citata, et *Nees* in gen. fl. germ. ad genus *Polypogon.*

Vol. 1, pag. 56.

Ante **Agrostidem caninam** L. ponatur

Agrostis alpina *Scop.* fl. carn. I, p. 60. (excl. syn. *Hall.*) *Host* fl. austr. 1, p. 97. *Rchb* fl. exc. p. 25.

A. paniculae laxiflorae ramulis scabris, glumae valvis subinaequalibus lanceolatis mucronatis carina scabridis, glumellae valva inferiore apice truncato biseta, supra basim aristata, superiore minima, foliis radicalibus convoluto-setaceis, ligula oblonga.

SYN. Agrostis rupestris *Host* fl. austr. 1, p. 98, et gram. austr. III, p. 34.

ICON. *Host* gram. austr. III, tab. 49 et 50. *Rchb.* agrost. tab. XXXIII, fig. 1422 et 1423.

HAB. in saxosis herbidis montis *Orjen* ubi legit *Fr. Neumayer.* Fl. Jul. ♃.

Vol. I, pag. 57.

Ad **Polypogon maritimum** adde iconen *Rchb.* agrost. tab. XXXI, f. 1177.

Vol. I, pag. 57.

Ad **Agrostidem verticillatam** L. adde locum *Ragusa.*

Vol. I, pag. 59.

Ad **Stipam Aristellam** L. adde loca *Stagno* et *Lissa*.

Vol. I, pag. 62.

Phalaridis canariensis nomen et descriptio sic emendanda,

Phalaris brachystachys *Link* in *Schrad.* journ. 1, part. III, p. 134.

Ph. radice fibrosa annua, spica oblonga, spiculis obovatis, glumae valvis navicularibus denticulatis, glumellis exterioribus minimis truncatis glabris, interioribus lanceolatis sextuplo longioribus villosis.

Syn. Ph. canariensis *Brot.* fl. lusit. 1, pag. 96. *DC.* fl. fr., III, p. 10. *Vis.* fl. dalm. 1, p. 62. *Alsch.* fl. jadr., p. 19, non L.

Icon. *Trin.* sp. gram. I, tab. 74.

Hab. in agris et cultis insulae *Uljan* contra *Zara* ubi legit prof. *Alschinger*. Fl. Junio. Spica e viridi flavescens. ⊙

Obs. Ab hac differt **P. canariensis.** L. praesertim glumellis exterioribus linearibus, acutis, ciliatis, internis dimidio brevioribus.

Vol. III, pag. 337.

Phalaris minor *Retz* et **Ph. paradoxa** L. crescunt quoque circa *Cattaro*.

Vol. I, pag. 64.

Post **Phleum echinatum** var. β. **elongatum** fl. dalm. adde var. γ. **villosum**: foliis vaginisque molliter villosis.

Hab. in apricis saxosis insulae *Lesina*, unde misit *Al. Stalio*.

Obs. In hac varietate glumae non oblique truncatae ut in specie, sed apice lanceolatae et sub arista bifidae. Forma glumarum ut in icone *Rchb.* agrost., f. 1486, quae idcirco potius huic varietati quam speciei pertinet.

Vol. I, p. 66.

Ad **Melicam nutantem** L. adde locum *Czrkvica*.

Vol. III, pag. 371.

Crypsis aculeata *Vis.* Corr. *Ait.*

Vol. I, pag. 70.

Ad **Avenam sterilem** L. loco *Host* fl. austr. corr. *Host* ic. gram.

Vol. I, pag. 71.

Ad loca natalia **Koeleriae cristatae** *Pers.* adde in saxosis m. *Orien* ex cl. *Ascherson*, et *Cattaro* ex Pichler.

Vol. I, pag. 73.

Ad **Bromum secalinum** L. adde locum *Spalato.*

Vol. III, pag. 338.

Ad **Phleum alpinum** L. adde locum certiorem in pratis montis *Kamesnica* prope *Sign.*

Vol. III, pag. 339.

Avena Neumayeriana *Vis.* eadem est ac **A. compacta** *Boiss.* et *Heldr.* in *Boiss.* diagn. pl. or nov. VII, p. 122, cui nostra referri debet, primum observante in litt. cl. *Janka*. V. *Icon.* fl. dalm. suppl. tab. X, f. 2, *a.* spic. *b.* sectio folii. Eamdem serius legit in monte *Biela Gora* in *Orien*, *Fr. Maly.* — **Avena sterilis** L. oritur quoque circa *Ragusa.*

Vol. III, pag. 341.

Bromus intermedius *Gusson*, inventus etiam a doct. *Ascherson* ad rupes calcareas littoris ad *Klek* prope *Ragusa*, et in glareosis prope *Cattaro* inter *Perçanjo* et *Stolivo*, nec non a doct. *Weiss* in monte *Radostak* supra *Cattaro.*

Vol. III, p. 341.

Bromus maximus *Desf.* var. β. **Gussonii** oritur quoque in coemeterio ad *Lapad* prope *Ragusa*, unde misere rev. *Vodopjeh* et doct. *Ascherson*. Oritur species in insula *Lossino*.

Vol. I, pag. 74.

Post **Festucam duriusculam** L., quae crescit etiam ad *Jezero* in Montenegro, adde var. β. **ovinam**: spiculis subquadrifloris, foliis filiformi-subulatis.

SYN. F. **ovina** L. sp., pl. I, p. 108. *Host.* fl. austr. I, p. 159. *Rchb.* fl. exc. pag. 37.

ICON. *Host* gram. austr. II, tab. 84. *Rchb.* ic. bot. XI, Agrost. fig. 1530.

HAB. in graminosis insulae *Sansego*, in calcareis apricis *Krivošie* prope *Crkvica*, nec non ad pedes montis *Orien*. Fl. Jun. ♃

Vol. I, pag. 74.

Festuca heterophylla *Lam.* fl. fr. 3, p. 600. *Host* fl. austr. I, p. 158.

F. panicula elongata laxa, ramulis subgeminatis 5-6-spiculatis, spiculis 4-5 floris aristatis, foliis radicalibus involuto-setaceis carinatis, culmeis planis.

ICON. *Host* gram. austr. III, tab. 18. *Vaill.* bot. paris., t. 18, f. 6.

HAB. in sylvis fagineis inter *Crkvica* et montem *Orien* ubi legit doct. *Ascherson*. Fl. Junio. ♃

Vol. I, pag. 74.

Festuca violacea *Gaud.* agrost. I, p. 231, et fl. helv. I, p. 278. *Rchb.* fl. exc., pag. 38.

F. panicula oblonga stricta, ramulis geminatis 1-3-spiculatis, spiculis 3-5 floris aristatis, foliis setaceis laeviusculis mollibus viridibus.

SYN. F. ovina γ violacea *Koch* syn. fl. germ. II, pag. 938. F. Halleri β. *Bertol.* fl. ital. II, p. 767; III, p. 586.

ICON. *Rchb.* ic. bot. cent. XI, Agrost. f. 1537.

HAB. in pascuis elatioribus montium *Vellebit* ad *Monte Santo* (Sveto Brdo) *Th. Pichler*. Fl. aestate. ♃

Vol. I, pag. 74.

Festuca pratensis *Huds.* habitat etiam in pratis ad *Monte Santo* montium Vellebit, prope Dernis, et circa *Crkvica* in *Krivoscie* ubi legit *Pichler.*

Festuca varia *Haenk* in *Jacq.* coll. II, p. 94. *Host.* fl. austr. I, p. 164. *Rchb.* fl. exc. p. 39.

F. panicula ovato-oblonga contracta, ramulis subgeminatis 1-3-spiculatis, spiculis 6-7-floris breviter aristatis muticisve, foliis involuto-setaceis rigidulis laevibus glaucis.

ICON. *Host* gram. austr. II, tab. 90. *Rchb.* ic. bot. cent. XI. Agrost, f. 1552,

var. *β*. **flavescens**: spiculis flavescentibus.

SYN. F. flavescens *Host* fl. austr. I, pag. 162. *Rchb.* fl. exc. pag. 39, non *Bellard.*

ICON. *Host* gram. austr. III, tab. 19. *Rchb.* l. c., f. 1553.

var. *γ*. **bosniaca**: foliis pungentibus, spiculis 4-6 floris. *Syn.* **F. bosniaca** *Kummer* et *Sendnt.* in Fl. 32, p. 756.

HAB. in rupestribus calcareis montium supra *Cattaro* ad mille metr. altitudinem, ubi var. **flavescentem** et **bosniacam** in monte *Lovćen* legit rev. *Huter.* Legit etiam *Th. Pichler.* Flor. Junio. ♃

Vol. I, pag. 75.

Ad **Festucam ciliatam** *LK.* adde observationem glumae valvam exteriorem variare modo obtusam, modo acutam.

Vol. I, pag. 77.

Arundo Pliniana *Turr.* crescit etiam ad *Canidole* in insulis *Quarnero*, ubi legit cl. *Tommasini*, et in insula S. Petri ad *Ragusa vecchia.* — **Dactylis hispanica** *Roth* mutetur in **D. glomeratam** L. *β* **villosam.**

Vol. I, pag. 79.

Poae collinae nomen mutetur in **P. alpinam** L. non diversam, ed addatur locus natalis mons *Orien.*

Vol. I, pag. 83, 84, et Vol. III, pag. 342.

Ad **Glyceriam festucaeformem** *Heyn.* adde *Obs.*

Gl. maritima *M.* et *K*, **Gl. distans** *Wahlbg.*, **Gl. festucaeformis** *Heyn.* et **G. conferta** *Fries* seu **G. Borreri** *Babingt.* locis salsis promiscue crescentes mihi videntur unius speciei meri lusus, seu potius nil esse nisi varios ejusdem plantae evolutionis gradus, cujus maximus sistit **Gl. festucaeformem,** minimus et macrior **Gl. confertam.** Haec postrema, jam olim inventa ab **Al. Stalio** in insula *Lesina* cum formis majoribus, recentius a doct. *Ascherson* locis similibus prope *Stagno* reperta, et a *Th. Pichler* circa *Civitavecchia* ins. *Lesina.*

Vol. I, pag. 86.

Sesleria cylindrica fl. dalm. sic reformanda.

Sesleria argentea *Savi* bot. etr. I, pag. 68. *Parlat* fl. ital. I, p. 314, *Gren.* et *Godr.* fl. fr. III, p. 453.

Syn. Sesleria cylindrica *DC.* fl. fr. VI, pag. 279. *Vis.* fl. dalm. 1, p. 86. S. Heufleriana *Schkhr.* sec. *Ascherson* in bemerk. ub. v. *Pichler* ges. pfl. p. 172. S. robusta *Schott* anal. bot. p. l. (excl. var. β **S. elongatae** fl. dalm). Festuca argentea *Savi* in *Uster.* ann. 1800. st. 24. Cynosurus cylindricus *Balb.* add. fl. ped. p. 86.

var. β **nitida:** spica oblonga compacta nitida.

Syn. S. nitida *Ten.* fl. nap. III, p. 57. *Parlat.* fl. ital. I, p. 313. S. coerulea var. E. *Bertol.* fl. ital. I, p. 504.

Icon. *Ten.* l. c. tab. 103. f. 1. *Bonann.* ic. panph. sic. 1, f. 2.

Hab. praeter loca indicata, species in dumetis circa *Lapad* prope *Ragusa:* var. in graminosis montis *Orien* inferioris, ubi legit doct. *Ascherson*, et Ragusae prope *Sant' Orsola* ubi rev. *Huter.*

Obs. Juxta comparationem **S. cylindricae** fl. dalm. cum descriptionibus *Savi*, *Parlatore*, *Grenier* et *Godron*, et ipsis assentientibus, planta nostra eadem est ac **S. argentea** *Savi* et **S. cylindrica** *DC.*, nec ab ea notis constantibus aut in forma spicae, aut in dentibus glumellarum differre video **S. Heufflerianam** *Schk.* et **S. robustam** *Schott.* Transitus insuper **S. argenteae** in **S. nitidam** in locis asperis apricis Dalmatiae ita obvii, ut a forma bre-

viore et crassiore spicae in cylindricam et longiorem vulgo gradatim abeant. Culmi quoque laeves et folia plus minusve cuspidata in utraque. Hinc ipsa **S. elongata** *Host* ex plurium sententia nil est nisi illius forma autumnalis (unde nomen **Phleum autumnale** *Scop*. fl. carn. ed II, tom. I, p. 56), quamquam habitus elatior tenuior, florendi tempus, spica longior gracilior, glumae pallide virentes nec albae, folia angustiora nec rigida nec pungentia, a **S. argentea** diversam speciem portendant. Sane hujusce typus qualis in Dalmatia frequens occurrit, in Flora tergestina, ubi S. elongata vulgatissima est, teste cl. Tommasini omnino deficit, nec saltem adhuc inventus.

Ad **Sesleriam juncifoliam** *Host* adde locum, mons *Orien*. **Sesleria elongata** *Host* crescit quoque in monte *Kamesnica*.

Vol I, pag. 87.

Post Sesleriam Scop. adde sequentem.

ECHINARIA Desf.

Fl. atl. II, pag. 385.

Char. Flores capitati. Spiculae bi-quadriflorae. Gluma bivalvis acuminata. Glumella bivalvis, valva inferiore palmato-quinquefida, laciniis lanceolato-subulatis herbaceis rigidis, superiore bifida. Paleolae truncatae. Stigmata sessilia filiformia plumosa longissima. Caryopsis glumella inclusa sed libera. — Class. *Triandria* Ord. *Digynia*. Syst. sex. —

Echinaria capitata *Desf.* fl. atl. II, p. 385. *Rchb.* fl. exc. p. 35.

Syn. Sesleria echinata *Host* fl. austr. I, p. 141. Ceuchrus capitatus L. sp. pl. ed. II, p. 1488.

Icon. *Nees* ab *Esenb.* gen. pl. fl. germ. XIV, p. 7. *Host* gr. austr. t. 8. *Rchb.* ic. fl. germ. I, tab. LVI, fig. 1507.

Hab. in agris sterilibus saxosisque insulae *Lesina*, ubi rarissimam plantam legit *Th. Pichler*. Fl. majo, junio. ⊙

Vol. III, pag. 344.

Ad **Nardum strictam** L. adde locum natalem certiorem in pratis ad radicem *montis Orien* ubi legit doct. *Ascherson*, et probabiliter ante ipsum *Fran-*

ciscum Neumayer, in cujus herbario adest plantae specimen in Flora dalm. l. c. indicatum, sed sine loci notitia.

Ad **Rottboelliam cylindricam** W. adde locum *Cattaro*. — Ad **Aeg. uniaristatam** adde Fl. dalm. suppl. t. I, f. 2. *a* gluma, *b* glumella exter., *c* glumella inter., *d* spicula terminalis.

Vol. I, pag. 90, et Vol. III, pag. 345.

Ad **Lolium arvense** *Schrad.* non *With.* adde locum natalem in insula *Lesina*, et in vineis circa *Macarsca.*

Vol. I, pag. 90-91.

Post **Lolium subulatum** *Vis.* adde.

Lolium rigidum *Gaud.* I, p. 355. *Parlat.* fl. ital. I, p. 533.

L. spica subincurva rectave stricta teretiuscula angusta, spiculis lanceolatis obtusis 5-7 floris remotiusculis, rachidi angulatae arcte adpressis, glumam nervosam subaequantibus, glumellis muticis, culmo laevi, radice annua.

var. β **subacaulis**: culmo spica breviore.

Hab. in herbidis secus vias ad *Perçanjo* in Canale di *Cattaro*, ubi legit *Fr. Neumayer*. Fl. vere. ⊙

Vol. I, pag. 92.

Post **Lolium perenne** L. adde

Lolium siculum *Parlat.* fl. pal. I, p. 252, et fl. ital. I, p. 352.

L. spica plana lata subimbricata, spiculis oblongis compressis obtusis 5-7 floris, gluma subintegra duplo longioribus, glumellis obtusis muticis mucronatisve, culmo laevi, radice annua.

Hab. in herbidis scopuli *Unie* ad *Quarnero* et in satis Dalmatiae. Fl. vere. ⊙

Vol. I, pag. 93.

Post **Triticum repens** L. adde

var. β **glaucum**: majus, glumae valvis obtusis.

SYN. T. glaucum *Desf.* cat. h. paris. p. 16. *Host* fl. austr. 1, p. 179, gram. austr. IV, p. 6. R. et Sch. syst. veg. II, fig. 752. *Rchb* fl. exc., p. 20. T. junceum *Host* gram. austr. II, p. 18. *Alsch.* fl. jadr., p. 22. T. intermedium *Host* fl. austr. 1, p. 180.

ICON. *Rchb.* ic. bot. XI. Agrost. fig. 1389. *Host* gram. austr. II, t. 22 et IV, tab. 10.

HAB. in dumetis circa *Zara* et circa *Ragusa*. Fl. a vere in aestatem. ♃

var. γ **virescens**: foliis demum convolutis, glumae valvis obtusis, flosculis aristatis.

SYN. Triticum virescens *Aschers.* in Oest. bot. zeit. 1869, pag. 66. T. glaucum δ. T. virescens *Panç.* verz. d. in Serb. wildw. phan. p. 114. *Schloss.*, et *Vukotin*, fl. croat. p. 1338 in add.

HAB. in lapidosis inter *Ragusa* et *Valle di Breno*, ubi legit rev. *Huter*. Fl. aest. ♃

Vol. I, pag. 93.

Ad **Triticum pungens** adde

SYN. T. repens *Leers* fl. herborn. p. 45, quoad nomen, tab. XII, fig. 3 cum nostro ad unguem congruens. Locis natalibus adde *Cattaro* in glareosis prope *Bianca*, ubi legit doct. *Ascherson*.

Vol. I, pag. 95.

Ad **Triticum pinnatum** *Moench*, var. A. adde locum *Ragusa*.

Vol. I, pag. 97.

Ad **Secale dalmaticum** *Vis.* adde iconem. Suppl. fl. dalm. tab. I, f. II, *a* planta, *b* spicula.

Secale dalmaticum *Vis.* sic reformandum:

S. rachi fragili articulata, pedicellis late obovatis utrinque barbatis, glumis imberbibus, radice annua.

ICON. *Vis.* fl. dalm. suppl. tab. I, fig. 2. a. pars pl. infer. b. spicula bifl.

HAB. in dumetis montium *Vellebit*, nec non in *Castello di Cattaro*. Fl. Julio, Augusto. Spica pallida, demum paleacea. ⊙

DESCR. Gramen ulnae latitudinem assequens, interdum superans, radice fibrosa annua, culmo unico vel pluribus erectis nodosis simplicibus glabris laevibus. Folia latiuscula lanceolato-linearia glauca, margine et facie scabriuscula, ligula omnino amplexicauli brevissima, erosa vel integra. Spica terminalis elongata compressa dense imbricata, spiculis bifloris, pedicellis utrinque barbatis secedentibus, glumae valvis lineari-acuminatis gabris, superne in brevem aristam attenuatis, glumellae lanceolatis, valva exteriore arista ipsi aequali vel longiore munita, carina ciliata, interiore complicata mutica bicarinata, versus apicem integrum margine membranacea, brevissima ciliata. Caetera ut in *Flora dalmatica.*

Vol. III, pag. 346.

Carex pharensis fl. dalm. eadem est ac **C. illegitima** *Cesati* in App. ad *Friedrichst.* reis. in d. sud. th. v. neu, griechl. Leipz 1837, p. 271, cujus igitur nomen nostro multis annis anterius. In ins. *Lesina* legit primus egr. *Matthaeus Botteri.* V. *Icon.* fl. dalm. suppl. tab. X, f. I.

Ad **Caricem leporinam** L. adde locum in pratis ad radices montis *Orien*, et ad **C. arenariam** L. adde locum circa *Salona.*

Vol. III, pag. 347.

Carici glaucae *Scop.* sequatur.

Carex pallescens L. sp. pl. ed. II, p. 1386. *Host* fl. austr. II, p. 396. *Rchb.* fl. exc. p. 66.

C. vaginis pilosiusculis, spica mascula erecta, foemineis geminis approximatis oblongo-cylindricis, bracteis foliaceis, fructibus oblongo-obovatis subcompressis obsolete nervosis, apice obtusis integris, basi triquetris, bracteola ovato-cuspidata sublongioribus.

ICON. *Rchb.* ic. bot. XVIII, f. 617. *Oed.* fl. dan. tab. 1050. *Schkr.* hist. des Car. tab. k k, n. 99. *Michel.* n. gen. pl. tab. XXXII, fig. 13.

HAB. in pascuis siccis insulae *Lesina* ubi legit *M. Botteri*, et in pratis ad *Czrkvica* in *Krivošcie* rev. *Huter*. Bracteolae pallescentes, nervo viridi. Fl. vere et aestate. ♃

Vol. III, pag. 348.

Carex laevis *Kit.* in fl. dalm. sic reformanda.

Carex sempervirens *Vill.* pl. du Dauph. II, p. 214.

C. spica mascula solitaria, foemineis 1-3 remotis pedunculatis oblongis, bractea basilari pedunculum subaequante basi vaginante striata, fructibus ovali-oblongis, utrinque attenuatis, subtrigonis, margine hirtellis, apice scariosis bilobis, bracteolas ovatas subaequantibus, foliis linearibus planiusculis. *Var.* β. **laevis**: foliis canaliculatis angustissime linearibus.

SYN. C. laevis *Kit.* in W. sp. pl. IV, p. 292. *Rchb.* fl. exc., p. 69. *Vis.* fl. dalm. III, p. 348.

HAB. in pascuis siccis montium *Vellebit, Biokovo, Krivoscie*, et *Orien.* Floret majo, junio. Spicae ferrugineae aut spadiceae, nitidae. ♃

Vol. I, pag. 101.

Adde post **Caricem divisam** *Good.* speciem sequentem.

Carex Schreberi *Schrk.* bay. fl. I, p. 278. *Host* fl. austr. 2, p. 577.

C. spica abbreviata compacta, spiculis 3-5-nis alternis confertis rectis ovali-oblongis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus basi bracteatis erectis glumam aequantibus scabro-marginatis, in rostrum bifidum attenuatis, radice stolonibus elongatis repente.

SYN. Carex praecox *Schreb.* spicil. pag. 63. Vignea Schreberi *Rchb.* Fl. exc., pag. 58.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ. VIII, tab. 207, fig. 529. *Host* fl. austr. I, tab. 46.

HAB. in campo quodam prope *Clissa*, rara. Spiculae spadiceae. Fl. aestate. Legit *Th. Pichler.* ♃

Vol. I, pag. 102.

Post **Caricem digitatam** L. notandum cl. *Ascherson* in catalogo suo mihi misso stirpium in monte *Orien* a rev. *Huter* lectarum, **C. ornithopodae** W. men-

tionem facere: sed plantam hanc genuinam adhuc non vidi ex Dalmatia. Binas quidem **C. digitatae** L. formas collegi, alteram spicis remotis, quae **C. digitata** *Rchb.* ic. bot., XVIII, f. 599, alteram spicis congestis, quae **C. ornithopoda** *Rchb.* l. c. f. 598.

Vol. I, pag. 103.

Carex humilis *Leyss.* crescit quoque ad *Bossanka* prope *Ragusa*, teste doct. *Weiss.* Ad **C. vernam** *Vill.* adde locum mons *Orien.*

Vol. I, pag. 108.

Post. **Heleocharidem palustrem** R. S. addatur.

Heleocharis uniglumis *Link* in Jahrb. gew. I, 3-77. *Rchb.* fl. exc., pag. 77. *Parlat.* fl. ital. II, p. 64.

H. radice repente, culmo tereti basi vagina aphylla circumdato, spica oblongo-cylindrica basi unibracteata, bractea infima subrotunda latissima spicae basim penitus amplexante, caeteris ovatis acutis apicibus patulis, stylo bipartito.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ. IX, tab. 296, f. 703.

Hab. in palustribus insulae *Veglia* in *Quarnero*, ubi legit egregia botanices cultrix *A. M. Smith*, et mihi benevole communicavit. Spiculae ferrugineae. Fl. aestate ♃.

Obs. Culmus in hac duplo angustior ac in **H. palustri**, nec sub basi spiculae abrupte et eximie contractus, ut in illa. Forma basis styli, quae in fructu persistit, non ita diversa in his plantis ut sola iis distinguendis sufficiat.

Post **Heleocharidis** genus addatur sequens.

FIMBRISTYLIS Vahl

En., pl. II, p. 285.

Char. Flores hermaphroditi in spicas multifloras umbellatas bracteis foliaceis involucratas digesti, bracteolis multifariam imbricatis subaequalibus, infima vacua. Stamina tria aut pauciora. Stylus basi incrassatus cum ovario

articulatus, superne reflexe-pilosus, apice bifidus, stigmatibus pubescentibus. Carcerula lenticularis vel trigona mucronulata. *Cl.* Triandria *Ord.* Monogynia *Syst. sex.*

Fimbristylis dichotoma *Vahl* l. c., p. 287 excl. syn. *All. Rchb.* fl. exc., p. 75. *Parlat.* fl. ital., II, p. 73.

F. umbella composita, involucri bracteis umbella longioribus, spiculis ovato-oblongis, bracteolis oblongis acutis mucronulatis glabris, achenio obovato apiculato utrinque multicostato, transverse rugoso, culmis subtriquetris, foliis anguste linearibus, vaginis puberulis.

Syn. Scirpus dichotomus L. sp. pl. ed. II, p. 74. *Sibth.* et *Sm.* fl. graec. I, p. 35.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ., XIX, f. 733, opt. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr. 1, tab. 50.

Hab. in humidis ad fossas parvae peninsulae inter *Meljine* et *Kombur* prope *Castelnuovo di Cattaro*, ubi invenit doct. *Emmanuel Weiss.* Spiculae castaneae. Fl. ab aestate ad autumnum. ⊙

Vol. I, p. 109.

Scirpus glaucus *Sm.* et fl. dalm. cujus synonimon est **Scirpus Tabernaemontani** *Gmel.* non differt specifice a **Sc. lacustri** L. Forma illa reperta est etiam a cl. *Ascherson* in fluvio *Ombla* prope *Ragusa.*

Vol. I, p. 113.

Ad **Juncum bulbosum** L. addas.

Obs. Planta dalmatica potius illam speciei formam exhibet, quae ab auctoribus sub nomine **J. Gerardi** *Loisl.* indicatur. Huc pertinet icon *Rchb.* ic. fl. germ. XIX, f.888-89, quae a cl. *Parlatore* fl. ital., II, p. 350, ad **J. botnicum** *Wahlb.* ab ipso a planta **Loiseleuri** distinctum potius citatur.

Vol. III, p. 350.

Ad **Juncum obtusiflorum** *Ehrh.* adde locum **Stagno.**

Vol. I, p. 114.

Luzula campestris *DC.* cum var. **congesta,** oritur quoque ad pedem montis *Orien.*

Vol. I, p. 114.

Post **Luzulam campestrem** *DC.* sequatur:

Luzula Forsteri *DC.* ic. pl. gall. rar., I, p. 1. *Rchb.* fl. exc., p. 92.

L. caespitosa, foliis linearibus sparse pilosis, spicis ovalibus solitariis unifloris pedunculatis, centrali subsessili, perianthii phyllis acuminatis capsulae ovatae triquetrae acutae mucronatae subaequalibus, filamentis anthera multo brevioribus, seminibus apice appendiculatis.

SYN. Juncus Forsteri *Sm.* fl. brit., III, p. 1395.

ICON. DC. l. c., tab. 2. *Rchb.* ic. fl. germ., IX, f. 850.

HAB. in saxosis herbidis circa *Chiunchi* in ins. *Lossin*, ubi legit. cl. *Tommasini*, et ad *Santa Maria di Capo* ins. *Veglia*, ubi legit *Sendtner.* Fl. castanei. Fl. a Martio ad Majum ♃.

OBS. In praecedente spicae sunt multiflorae et glomeratae, et semina sunt apice nec basi appendiculata.

Vol. I, p. 118.

Crocus vernus *All.* crescit quoque in montibus *Vellebit*, ubi adest **C. vernus** *All.* *β.* **albiflorus** *Vis.*

Vol. I, p. 119.

Crocus dalmaticus fl. dalm. inventus postea in iisdem locis in ipsa indicatis a doct. *E. Weiss* Januario et Februario floridus. Differt tunicis reticulatis a **C. versicolore** var. 4. **dalmatico** *Herb.* in Bot. mag., XV, p. 3871 tergo, qui potius **Cr. Pallasii** fl. dalm. consociandus. Cl. *Ascherson* **Crocum** nostrum a **C. reticulato** *Stev.* (1805) non separat, a quo tamen in vivo observatus discrepat fibris reticuli bulbosi tenuioribus, perianthio unicolore, stigmatibus planis profundius et repetito-incisis. Faux glabra, lutea. Folia non raro integra. Icon *Vis.* fl. dalm. suppl., tab. II, f. 1. a. stigma. *β.* sect. fol.

In tabulis Reinchenbachianis **Cr. reticulati** *Stev.* spatha etiam monophylla.

Crocus Sieberi *Gay* nouv. ésp. de Croc. in *Ferussac*. bull. des sc. nat., XXI, 1831, p. 319-321.

C. tunicis radicalibus fibroso-reticulatis, fibris capillaribus anastomosantibus areolis oblongis, spatha florali mono-diphylla, scapo arcte vaginato, tubi fauce villis fasciculatis barbata lutea, stigmate inaequaliter trifido limbo perianthii subduplo longiore stamina subaequante, laciniis erectis apice cuneatis planis truncatis, breviter obtuse fissis.

SYN. Crocus nivalis *Bory* et *Chaub.* ésp. scient. de Morée, III, part. II, bot., p. 21. Paris 1832.

ICON. *Bory* et *Chaub.* l. c. atl. bot., tab. II, f. 1.

HAB. in *Montenegro* ubi legit *Fr. Maly*. In horto Patav. cultus fl. Febr.

OBS. Flores grate odori, tubo inferne albido, fauce intus lutea, limbi partitionibus obovato-oblongis nitidis violaceo striatis, superne estriatis violaceis unicoloribus ♃.

Differt a **C. verno** *All.* cujus habitum refert, stigmatis laciniis planis farctis, nec infundibuliformibus intus vacuis, et fauce lutea vel luteo-aurantiaca. Bulbus primum ovatus, dein, vegetatione peracta, subrotundus, areolis oblongis subhexagonis, fibris summo apice solutis. Folia synanthia. Datur hujusce plantae forma major et minor. Noster optime congruit cum **C. Sieberi** var. sub hoc nomine a cl. *Heldreich* communicato, et in monte *Parnes* Atticae ad 3-4000′ ab ipso lecto, qui idem est ac **C. Sieberi** *J. Gay* var. **atticus** *Boiss.* et *Orphan.* in *Boiss.* diagn. pl. nov. orient., Ser. II, n. 4, p. 94. ex loco!

Vol. I, p. 121.

Crocum sativum nostrum cl. *Parlatore* veluti speciei novae typum habet, et nomine **Cr. Orsinii** describit in Flor. ital., III, p. 238. Sed in planta nostra folia margine laevia et glabra, stylus fere ad basim tripartitus, partitionibus deflexis, secus ac in illo, et quales video in **Cr. sativo** vero e Graecia a cl. *Orphanides* communicato, in quo insuper proportio staminum cum pistillis valde variabilis.

Vol. I, p. 121.

Post. **Romuleam Bulbocodium** *Seb.* et *M.* inseratur:

Romulea crocifolia Vis.

R. foliis linearibus supra vaginam patentibus, basi et apice canaliculatis, sub anthesi involutis demum planis, supra linea alba notatis, subtus bicarinatis, scapo unifloro simplici, flore spathis duplo longiore, perianthii tubo limbum subaequante, staminibus perianthio brevioribus, filamentis basi extrorsum villosis, stigmatibus stamina superantibus.

ICON. *Vis.* fl. dalm. suppl., tab. II, fig. 2; *a* sect. fol.; *b* pars limbi; *c* stamen; *d* stylus cum stigmatibus.

HAB. in apricis montis *Vermac* prope *Cattaro*, ubi invenit *Fr. Maly*. In horto culta fl. Februario. Flores speciosi tricolores, tubo luteo, limbi laciniis basi et medio albis, superne violaceis, coloribus etiam in sicco vivide persistentibus ♃.

OBS. Planta sesquipollicaris, fibris radicalibus tenuibus flexuosis albidis, altera laterali crassa conico-subulata, bulbo subrotundo grano **Zeae Maydis** majore, tunica membranacea cinnamomea apice obtusa obductus, spathis oblongis obtusis striatis, inferne et margine superiore scariosis, folia et scapum involventibus, perianthio dimidio brevioribus. Folia 3-5 linearia viridia basi canaliculata, apice ob margines invicem approximatos et conniventes compressa, obtusiuscula, tardius superne explanata, vitta alba dirempta, subtus viridia nitida bicarinata et inter carinas plana, subquadrangularia, margine subrevoluta laevia glaberrima. Scapus flore vix longior 1-2-florus, bracteis floralibus binis lanceolatis planis alternis perianthii dimidium subaequantibus. Perianthium coloratum infundibuliformi-campanulatum, tubo conico luteo intus basi piloso, limbi sexfidi laciniis tubo subaequalibus late linearibus patulis, apice rotundatis emarginatisve reflexis. Stamina tria stricta perianthio dimidio breviora, filamentis extus basi brevissime villosis, imo perianthio insertis, anthera erecta oblongo-lineari obtusa utrinque bifida, connectivo loculi latitudinem aequante. Pistillum perianthio duplo brevius, stigmatibus tribus linearibus aut filiformi incrassatis. Differt ob omnibus **Romuleae** speciebus foliis linea alba notatis ut in *Crocis*. In icone, tab. I,

A. *a* sectio folii; *b* fragmentum perianthii; *c* stamen; *d* pistillum. Sub litt. *f* sectio folii **Romuleae Bulbocodium** *Seb.* et *Maur.*

Vol. I, p. 124.

Ad **Gladiolum communem** L. addatur locus ins. *Sansego* et *Lesina;* ad *G.* **triphyllum** *Sibth. Scogli di Curzola.* Huc **Gl. illyricus** *Koch.* in *Rchb.* ic. fl. germ., IX, f. 780, sed flores bilaterales.

Vol. I, p. 125.

Sternbergia colchiciflora nostra quidquam differt a planta hungarica statura minore et perianthii laciniis angustioribus, et haec est *St. colchiciflora* var. **dalmatica** *Rchb.* fl. exc., p. 87; ic. fl. germ. IX, fig. 825-27.

Vol. III, p. 351.

Ad **Narcissum polyanthon** *Lois.* addatur.

Narcissus biflorus *Curt.* bot. mag., p. 197. *Rchb.* fl. exc., p. 88.

N. foliis linearibus canaliculatis obtusis vix glaucescentibus, scapo bi-trifloro ancipiti, perianthii laciniis ellipticis obtusis emarginatis mucronulatisve, interioribus exteriorum margines obtegentibus, corona discolore cyathiformi, limbo scarioso eroso-lobulato triplo-longioribus.

Icon. *Curt.* bot. mag., tab. 197. *Rchb.* ic. fl. germ., XIX, fig. 810.

Hab. in Dalmatia loco speciali adhuc mihi ignoto, sed sub nomine *N. dalmatici* in Horto Patavino a me inventus ibique cultus. Flos niveus, corona citrina. Fl. Aprili ♃.

Narcissus serotinus L. sp., pl. II, p. 417. *Bertol.* fl. ital., IV, p. 15. *Parlat.* fl. ital., III, p. 157.

N. foliis junciformibus, scapo unifloro, perianthii laciniis lanceolato-oblongis obtusis, basi imbricatis, alternis apice longius apiculatis, corona discolore brevissima cyathiformi subaequaliter sexfida, vel tripartita segmentis bifidis, lobis ovatis interdum emarginatis.

Icon. *Desf.* fl. atl. tab. 82, fig. dext. (fl. acuto) *Clus.* rar. pl. hist., p. 162; et rar. stirp. hisp., p. 252, quae eadem.

HAB. in asperis apricis et ad sepes insulae *Uljan* contra *Zara* unde misit *D. Bersich*, et insulae *Lesina* ubi legit *M. Botteri.* Fl. albi odori, corona lutea. Folia nunc synanthia nunc hysteranthia. Fl. autumno ♃.

OBS. Planta dalmatica laciniis perianthii gaudet obtusis, qua nota ab icone fl. atl. differt. Caeterum lacinias hanc variare obtusas, acutas aut acuminatas jam observaverant *Bertolonius* et *Parlatore.* Specimina dalmaticis omnino aequalia habeo in herb. *Bosc.* lecta a cl. *Olivier* in insula Creta.

Vol. I, p. 131.

Fritillaria montana *Hopp.* crescit etiam in m. *Orien.* Huic pertinet **Lilium gracile** *Ebel* zw. tag. auf. Montenegr., p. 8, tab. I, f. 1.

Vol. I, p. 132.

Lilium Martagon fl. dalm. sic reformandum.

Lilium Cattaniae *Vis.*

L. foliis lanceolatis acutis planis plurinerviis, intermediis verticillatis, caeteris sparsis, floribus reflexis hexaphyllis, phyllis revolutis immaculatis unicoloribus obscure vinosis, polline aurantiaco, pedunculis fructus infracto-adscendentibus.

SYN. L. Martagon *Vis.* fl. dalm. I, p. 132. an *Alsch.* fl. jadr., p. 79. et *Pett.* bot. wegw. n. 550? L. Martagon *β.* Cattaniae *Vis.* in diar. **L'Amico dei campi** Triest. 1865, p. 113-15. L. dalmaticum *Vis.* herb.

ICON. *Vis.* suppl. fl. dalm., tab. III.

HAB. in sylvaticis montium **Vellebit**, circa **Muç**. supra *Spalato,* et in monte *Orien* prope *Cattaro*, ubi legit dom. *Maria de Cattani*, *Fr. Maly* et *Th. Pichler.* Fl. Iunio ♃.

OBS. Planta florum colore uniformi vinoso, et absentia macularum atque papillarum obscuriorum a *L. Martagone* L. diversa. Praeter haec alia discrimina non inveni, sed species naturalis videtur, in Dalmatia vices *L. Martagonis* L. ubique supplens.

Vol. I, p. 133.

Allium saxatile *Bieb.* inventum etiam a *Fr. Maly* in monte *Bielagora* prope *Orien.* **Allium moschatum** L. oritur quoque prope *Veglia.*

Vol. I, pag. 137.

Allium montanum fl. dalm. (nec fl. graec.) est **Allium pulchellum** *Don* monogr. in mem. Wern. soc. VI, p. 46, fide *Parlat.* fl. ital. II, p. 557. — Ad **Allium intermedium** *Lam.* adde locum *Veglia.*

Vol. I, pag. 139.

Allium fuscum *W. K.*, lectum etiam a *Th. Pichler* in montibus *Tulevo Gredo*, in *Orien* ad *Podprat.* Addas *Rchb.* fl. germ. X, tav. 485, f. 1064.

Vol. I, pag. 140.

Allium Porrum L. sic reformetur in diagnosi:

A. bulbo subsimplici, caule tereti infra medium foliato, foliis late linearibus carinatis planis longissime vaginantibus, spatha univalvi subglobosa apice in rostrum lineare fistulosum constricta, umbellam globosam multifloram duplo superante, staminibus perianthio longioribus.

Syn. Porrum commune *Rchb.* fl. exc., p. 111. Allium amethystinum *Tausch in Sytt.* pl. soc. ratisb., p. 225, n.° 49.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ., X, tab. 489, fig. 1071. *Blackw.* herb. tab. 421.

Illyr. Purich luk. Prasluk. Por.

Hab. sponte in saxosis ad *scoglio S. Nicolò* contra *Budua*, ubi legit Julio doct. *Fr. Beltramini* ♃.

Vol. I, pag. 141.

Etiam in *Allio Ampeloprаso* L. spatha umbellam superat.

Allium sphaerocephalon L. crescit quoque ad *Forte imperial* prope *Ragusa.*

Vol. I, pag. 143.

Scilla bifolia L. crescit etiam ad *Bossanka* prope *Ragusa.*

Ad **Scillam pratensem** W. et K. adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ. X, tab. 463, f. 1011.

Vol. I, pag. 144.

Ad **Sc. hyacinthoidem** L. citetur icon *Rchb.* l. c., tab. 465, f. 1016, et syn. **Nectaroscylla hyacintoides** *Parlat.* nuov. gen. e sp. monoc., p. 27, et fl. ital., II, p. 450. Ad. **Sc. maritimam** L. citetur, tab. 416, f. 1018 ejusdem operis Reichenbachiani.

Vol. I, pag. 145.

Ornithogalo arabico subjunge iconem *Rchb.* l. c., tab. 470, f. 1026, et synonimon **Caruelia arabica** *Parlat.* nuov. gen. e spec. monocot., p. 21, et fl. ital. II, p. 451, genus habitu et floribus ab **Ornithogalo** sat bene distinctum. — **Ornithogalo exscapo** *Ten.* adde iconem *Rchb.* l. c., tab. 469, fig. 1023.

Vol. I, pag. 146.

Ab **Ornitogalo comoso** L. et fl. dalm. excludas synonimon **O. collini** *Guss.*, quod distinguitur foliis angustioribus longioribus, linea alba notatis, et pedunculis erecto-patentibus. Cfr. *Parlat.* fl. ital., II, p. 440. Adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ. X, tab. 468, fig. 1021. Etiam **O. tenuifolium** *Guss.* videtur differre ab **O. comoso** foliis filiformibus, sed deest linea alba ut in hoc. Cfr. *Rchb.* ic. fl. germ. X, tab. 467, fig. 1020. — Ad **Ornithogalum exscapum** *Ten.* prodr. fl. nap., p. XXII (1811) fl. nap. I, p. 175, *Rchb.* fl. exc.. p. 109 adde syn. **O. refracti** W. en. pl. h. r. berol. suppl. (1813), p. 18. *Rchb.* fl. exc., p. 109. *Vis.* stirp. dalm., p. 42, et icones *Rchb.* ic. fl. germ. cent. X, fig. 1023-1024. *Obs.* Comparatis speciminibus utriusque speciei, in unam coeunt nec pedunculorum nec bractearum longitudine distinguendam.

Vol. III, pag. 352.

Ornithogalum pyrenaicum L. crescit etiam circa *Ragusa.*

Vol. I, pag. 150.

Hyacinthus pallens sic reformandus.

Bellevalia pallens Vis.

B. bracteis exappendiculatis, perianthii cylindracei sexfidi laciniis ovato-oblongis, filamentis teretibus, capsula ovato-subrotunda acutiuscula integra.

SYN. Hyacinthus pallens *Bieb.* fl. tauro-cauc. l., p. 283. *Vis.* fl. dalm. loc. cit. *Rchb.* pl. crit. IV, p. 27, et ic. fl. germ. X, p. 12. H. dalmaticus *Avè Lallem.* in Ind. XI, sem. h. Petrop. 1845.

ICON. *Rchb.* ic. bot. seu pl. crit. IV, tab. 331, f. 511.

HAB. in rimis saxorum supra *Breno* et circa *Lapad* prope *Ragusa.* Flores pallide coerulei. Fl. Majo Junio ♃.

OBS. Notis tenuissimis a cl. *Avè Lallemant* propositis ad distinguendum **Hyacinthum dalmaticum** suum ab **H. pallente** *Bieb.* attente exploratis, eas omnes nullimode specificas esse novi, ut ad plantas simillimas separandas sufficiant. Nec ipsum **H. lineatum** *Steud.* diversum crederem. Insertio dorsalis antherarum in hisce plantis eas omnes sub **Bellevaliae** genere militare demonstrat. Quoad variabilitatem loborum perianthii, qui nunc breviores et erecti, nunc longiores et patuli observantur, confer observationem ingenuam cl. *Rchb.* loco citato, nostram in Flora dalmatica expositam valide confirmantem.

Vol. I, p. 151.

Ad **Anthericum Liliago** L. adde locum *Veglia.*

Vol. I, pag. 152.

Characteri generis **Asphodeline** *Rchb.* subjunge et emenda **Classem** *Hexandria* loco *Triandria.*

Vol. I, pag. 153.

Asphodeline creticae fl. dalm. adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ. X, tab. DXVI, f. 1120. Huic adde locum *Lesina*, et **A. luteae** locum *Clissa.*

Vol. I, pag. 153.

Asphodelus neglectus fl. dalm. non differt ab **A. ramoso** L. sed cl. *Gay* recte proposuit hoc postremum nomen mutandum esse in **A. microcarpum** *Viv.* fl. cors. diagn., p. 5, utpote quod ab auctoribus ad species diversas significandas usurpatum, et sub quo *Linnaeus* ipse **A. album** cum **A. ramoso** vero commiscuit. Hinc binae species, nempe **A. ramosum** et **A. neglectum** fl. dalm., sub nomine **A. microcarpi** *Viv.* l. c., in unicam consociandae.

Vol. 1, pag. 153.

Asphodelus albus *Mill.* crescit frequenter in pratis ad *Czrkvica* in *Krivoscie* prope *Cattaro*, ubi observavit *Ascherson.*

Vol. I, pag. 156.

Colchicum Bertolonii sic reformandum:

Colchicum montanum L. sp. pl. ed. II, p. 485, ex herb.! *Bert.* pl. rar. dec. III, p. 69, *Host.* fl. austr. 1, p. 464, excl. syn. *Rchb.* fl. exc., p. 98. *Vis.* stirp. dalm. sp., p. 31 et 54.

Syn. Colchicum Bertolonii *Stev.* in act. mosq. VII, p. 72. *Vis.* fl. dalm. 1, p. 156. C. Cupani *Guss.* fl. sic. prodr. 1, p. 452.

Icon. *Vis.* stirp. dalm. sp. tab. VI f. 1, *Rchb.* ic. fl. germ. X, tab. 424, fig. 940-43.

Obs. Locis natalibus adde *Porto Rosario* in peninsula *Sabbioncello*, nec non ad *Bossanka* prope *Ragusa*, ubi lectum a doct. *Weiss.* — Planta auctoritate speciminis authentici a me visi et in herbario Linnaeano servati nunc certius antiquiori nomine salutanda.

Vol. 1, pag. 160.

Ad **Asparagum officinalem** L. adde locum ins. *Veglia* ad *Vos.*

Vol. I, pag. 167.

Orchis provincialis *Balb.* lecta est a cl. *Tommasini* in insulae *Veglia* sylvula inter *Castel Muschio* et *Dobrigne.* Ab hac, mea sententia, non differt **O. pauciflora** *Ten.* nisi spica quidquam densiore, floribus majoribus, et foliis saepe immaculatis, quae in specie maculis fusco-rubris notata sunt. Cfr. *Rchb.* fil. in *Rchb.* icon. fl. germ. XXIV, p. 44, ubi pro **O. provinciali** consulas tab. 35 et pro **O. pauciflora** tab. 36. Hinc nostra planta **O. provincialis** Balb β pauciflora *Vis.* rectius appellanda.

Vol. I, pag. 167.

Addatur.

Orchis Morio var. β **picta:** spica gracili parviflora, labello abbreviato.

Syn. Orchis picta *Lois.* nouv. not., p. 39. O. Morio β *Rchb.* fil. in *Rchb.* ic. fl. germ. XXIV, p. 17.

Icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 13.

Hab. in pratis siccis ins. *Veglia*, unde jam primum sub erroneo nomine **O. quadripunctatae** se misisse ad cl. *Rchb.* ingenue testatus est, in litteris ad me datis, cl. *Tommasini.* Cfr. quoque *Rchb.* l. c., p. 462.

Vol. I, pag. 168.

Orchis patens fl. dalm. est var. β **orientalis** hujusce speciei in *Rchb.*, fil. icon. fl. germ. XXIV, p. 38, tab. 33, f. 3. Inventa fuit etiam circa *Ragusa* a L. *Drobaz.*

Vol. I, pag. 171.

Orchis sambucina L. lecta fuit etiam in pratis montis *Orien* a rev. *Huter.*

Vol. I, pag. 178, et III, pag. 354.

Ad **Ophrydem flavicantem** *Vis.* vid. *Rchb.* f. ic. fl. germ. XIV, tab. 169, f. II. Ad **O. Tommasinii** *Vis.* vide *Rchb.* f. l. c., tab. 165, f. IV (err. I) sub O. aranifera ε. *Tommasinii.*

Vol. I, pag. 182.

Neottia Nidus avis *Rich.* crescit quoque in sylvis fagineis inter *Czrkvica* et *Orien* Rev. *Huter.*

Vol. I, pag. 185.

Post **Arum orientale** *Bieb.*, cui addatur icon. *Rchb.* fl. germ. XVII, tab. IX, subjungi mereretur fide iconis *Rchb.*

Arum longispathum *Rchb.* ic. fl. germ. XVII, p. 5.

A. foliis hastatis, spathae basi ventricosa, dein anguste lanceolato-lineari spadicem pluries superante, staminodiis infra et supra stamina remotis pluriserialibus.

ICON. *Rchb.* l. c., tab. X.

HAB. in Dalmatia, sine loci specialis notitia, ubi invenit *Fridericus Augustus* Saxoniae rex. Spatha alba longe caudata extus viridi flava intus carnea. H. Majo ♃.

OBS. Vidi plantam cultam sed sine flore. Descriptione fusiore et penitiore notitia adhuc indiget.

Vol. I, pag. 186.

Arisarum vulgare *Targ.* crescit quoque in monte *Hum* insulae *Lissa.* Adde icon. *Rchb.* l. c., tab. VII.

Vol. I, pag. 187.

Post **Typham latifoliam** L. addatur:

Typha angustifolia L. sp. pl. ed. II, p. 1377, excl. var. β. *Host.* fl. austr. II, p. 554. *Rchb.* fl. exc., p. 11.

T. foliis anguste linearibus caule florigero longioribus, spica mascula foemineaque remotis, cylindricis, floribus foemineis plerisque bractea filiformi apice dilatato-spathulata setas aequante basi fultis.

ICON. *Rchb.* ic. bot. IX, fig. 745. *Oed.* fl. dan. V, tab. 815.

HAB. ad ostia fluvii Naronis (Narenta) frequens, ubi legit *P. Ascherson.* Fl. Junio ♃.

Vol. I, pag. 188.

Zannichellia major *Boenningh.*, habitat etiam fossas aquae dulcis et salsae circa *Stagno*, ditionis Ragusinae, ubi legit cl. *Ascherson.*

RUPPIA L.

Gen. pl. ed. II, p. 442.

CHAR. Flores hermaphroditi nudi, spatha inclusi dein liberi. Stamina duo, antheris bilocularibus filamento brevissimo squamulaeformi utrinque insertis, loculis disjunctis. Ovaria 4, stigmate sessili. Nuces demum rostratae. *Cl.* Tetrandria *Ord.* Tetragynia *syst. sex.*

Ruppia maritima L. sp. pl. ed. II, p. 184 *Host* fl. austr. 1, p. 224. *Rchb.* fl. exc., p. 6.

R. pedunculis post anthesim longissimis, basi spiraliter tortis, antherarum loculis oblongis, fructibus ovatis, oblique erectis, foliis lineari-filiformibus, planis.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ. VII, tab. 17, f. 26, et ic. bot. s. pl. crit., II, f. 307. *Nees* ab *Esenb.* gen. pl. germ. III (Ruppia). *Michel.* nov. gen. pl., tab. 35.

HAB. ad fossas aquae subsalsae vallis *Zuppa*, prope *Pravlaka* in ditione *Cattaro* ubi legit doct. *Ascherson* et communicavit sub nomine **R. maritimae** var. *polycarpae:* mentionem quoque fecit in Oester. bot. zeit. 1869, p. 68, judicans eamdem esse ac **R. spiralis** *Dumort.*

OBS. Genus hoc, primo a *Michelio* fundatum sub nomine **Buccoferrea,** nescio cur arbitrarie mutatum fuerit in **Rnppiam** a *Linnaeo*, et hoc nomem posteriores botanici omnino neglexerint.

Vol. I, pag. 189.

Posidoniae Caulini *Koen.* mutetur nomen in **P. oceanicam** *Delill.* ill. fl. aeg., p. 30. Addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ. VII, tab. V. Dein

PHYCAGROSTIS Cavolin. (1792) ex part.

Char. Flores dioici, in pedicello, folii vagina incluso, mox exsecto, solitario, nudi: mares, antheris duabus dorso connatis oppositis bilocularibus, loculis apice basique distinctis: foeminei, ovariis duobus sessilibus approximatis liberis, stylo filiformi, stigmatibus duobus filiformi-subulatis. Capsulae binae membranaceae bivalves monospermae. *Class.* Dioecia. *Ord.* Diandria *Syst. sex.*

Phycagrostis major *Cavol.* phycagr. Theophr. anth. Neap. 1792, p. 13. *Parlat.* fl. ital., III, p. 669.

Syn. Cymodocea aequorea *Koen.* ann. of bot. II, 77 (1806). C. nodosa *Asch.* beitr. in Oestr. zeit. Marz. 1869, p. 66. Zostera nodosa *Ucria* pl. ad Linn. op. add. n. 30. fid. *Ascherson.*

Icon. *Cavol.* l. c., tab. I, *Ginann.* op. post. I, tab. XXX, f. 66. *Targ. Tozz.* catal. veg. marin. tab. II, f. I.

Hab. in fundo limoso maritimo ad *Spalato*, *Stagno*, *Ragusa*, et prope *Teodo* in sinu Rhizonico (Risano). Fl. aest. ♃

Descr. Planta submersa, caulibus sarmentosis radicantibus ramosis, ramis erectis floriferis. Folia linearia apice rotundata et margine subserrata, 5-7 nervia, venula una alterave nervis interposita.

Obs. De prioritate generis *Phycagrostidis* (Phucagrostis Cavol.) quod octo annis *Cymodocea* Koen. anterius, erudite disseruit cl. *Paul. Ascherson* in Linnaea XXXV, neu. folg. 1, p. 182, quem confer. Vide etiam ejusd. *Beitrag. z. fl. Dalm.* in Oesterr. bot. zeit. 1869, n. 3, p. 65 et in *Giorn. bot. ital.*, II, 1870, p. 180 et seq. et *Parlat.* fl. ital. l. c.

Vol. I, pag. 189.

Post *Zosteram* adde:

NAJAS L.

Gen. pl. pag. 512.

Char. Flores monoici aut dioici axillares, folio involucrati: mares perianthio duplici spathaeformi antheram includente: foeminei aperianthei germine sessili uniovulato, stylo brevi, stigmatibus 2-3 filiformibus. Fructus dru-

paceus ovali-oblongus monospermus. — *Cl.* Monoecia *Ord.* Monandria. — *Syst. sex.*

Najas major *Roth* tent. fl. germ. II, 2, p. 409. *Host* fl. austr. II, p. 569. *Bertol.* fl. ital. X, p. 294.

N. foliis linearibus sinuato-dentatis, dentibus spinulosis, vaginis integerrimis, stylis 2-3.

Syn. N. marina L. var. a. sp. pl. ed. II, p. 1441. *Rchb.* fl. exc., p. 150. N. fluviatilis *Lam.* enc. bot. IV, p. 389. N. monosperma et tetrasperma W. sp. pl. IV, part. 1, p. 331. Itinera Najas *Gmel.* fl. bad. III, p. 350.

Icon. *Nees* ab *Es.* gen. pl. III, n. IX, *Gmel.* l. c., tab. III, *Lam.* enc. bot. l. c., VIII, tab. 799 ead. ac *Michel.* n. gen. pl., p. 11, tab. 8, f. 1-2 (sub *Fluviali*).

Hab. in aquosis lacus *Vrana* ins. *Cherso*, ubi legit egr. *Gerardus de Petris* rei herbariae amantissimus. Fl. viriduli. Fl. aestate. ⊙

Vol. I, pag. 189.

Zostera nana *Roth* crescit promiscue et iisdem locis cum praecedente **Phycagrostide**, teste cl. *Ascherson.* Adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ. V, f. 2. — **Zostera marina** L. crescit circa *Ragusa* et *Stagno.*

Vol. I, pag. 190.

Ad **Potamogeton oblongum** *Viv.* adde in *Jezero* ad *Montenegro.*

Vol. I, pag. 191.

Post **Potamogeton pectinatam** L. adde loca *Narenta*, *Ombla* et *Stagno.* Dein **Potamogeton pusilla** L. sp. pl. ed. II, p. 184. *Host* fl. austr. 1, p. 223. *Rchb.* fl. exc., p. 7.

P. foliis omnibus submersis linearibus membranaceis pellucidis sessilibus acutiusculis trinerviis eveniis, margine integris planis, pedunculis aequalibus elongatis, spica subcontinua, drupis ecarinatis.

Icon. *Rchb.* ic. bot. VII, f. 38. *Coss.* et *Germ.* atl. fl. paris. tab. XXXI, fig. 1, opt. *Vaill.* bot. paris., t. XXXII, f. 4.

HAB. in aquosis montis *Malovan* e catena montium *Vellebit*, ubi legit *Fr. Maly*. Fl. Julio ♃.

Potamogeton perfoliata L. crescit etiam in lacu *Viana* ins. *Cherso*.

Vol. III, pag. 355.

Ante **Lemnam gibbam** L. quae provenit circa *Spalato* et *Ragusa*, addatur:

Lemna minor L. sp. pl. ed. II, p. 1376. *Host* fl. austr. 1, p. 32. *Rchb.* fl. exc., p. 10.

L. caulis articulis foliiformibus obovato-subrotundis, utrinque planis viridibus, tri-pluribusque simul conjunctis, radice solitaria.

ICON. *Nees* ab *Esenb.* gen. pl. germ. (Lemna), fig. 1-12. *Wolf.* diss. de Lemn. f. 4-10, *Rchb.* ic. bot. VII, f. 15. *Vaill.* bot. paris. t. XX, f. 3.

HAB. in flumine Hyadro ad Salonas ubi legit rev. *Huter*, et in fonte ad vicum *Stagno* ditionis Ragusinae, ubi invenit egr. *Ascherson*. Fl. Junio. ⊙

Lemna polyrrhiza L. sp. pl. ed. II, p. 1377. *Host* fl. austr. I, p. 32. *Rchb.* fl. exc., p. 10.

L. caulis articulis foliiformibus subrotundo-obovatis, supra planis sulcatis, subtus convexiusculis discoloribus, tribus quatuorve simul conjunctis, radicibus fasciculatis.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ. VII, tab. XV, f. 17. *Wolf.* diss. de Lemn. f. 16-21, *Lam.* ill. des pl. tab. 747, f. I, a, b, c. *Michel.* nov. gen. pl. tab. XI, f. 1.

SYN. Spirodela *Schleid.* in Linnaea, XIII, p. 391.

HAB. cum **Callitriche truncata** *Gusson.* in aquis stagnantibus ad *Lago dei campi* dictis prope urbem *Veglia*, ubi solus legit mihique communicavit mixtam cum sequente cl. *Tommasini.* Fr. aest. ⊙

Lemna arrhiza L. mant. alt., p. 294, et syst. veg. ed. XIII, p. 701. *Rchb.* ic. fl. germ. VII, p. 7.

L. caulis articulis foliiformibus subrotundis ellipticisve, supra laevibus planis proliferis, subtus globoso-convexis arrhizis, geminis, altero minore.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ., VII, tab. XIV, fig. 14 sub Thelmatophace. *Schleid.* n. gen. pl. tab. XI, f. 4.

HAB. cum praecedente, unde ab ipso *Tommasinio* primum inventa et communicata. Fl. aest. ⊙

Vol. I, pag. 197.

Planta minor est **Nymphaea alba** β **minor:** lobis foliorum rotundatis, fol. minoribus.

ICON *Besl.* h. eyst. ver. h. VII, f. II.

Vol. I, pag. 199.

Ad **Pinum nigricantem** *Host* addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ. XI, t. 524.

OBS. Nomen specificum anterius hujusce speciei est **Pinus Laricio** *Poir.* dict. enc. V, p. 339, cujus forma foliis crassioribus rigidioribus fusco-viridibus est **P. austriaca** *Tratt.* **P. nigricans** *Host:* alia foliis glaucis est **P. dalmatica** fl. dalm. l. c., in *Obs.,* et alia foliis glaucis, squamarum pelta magis depressa, cortice albicante est **P. leucodermis** *Antoin.* pin. leucoderm. *ein föhr. aus Dalm.* cum icone, et in *oest. bot. zeit.* anni 1864. **Pinus leucodermis** habitat in nemorosis *Krivoscie* supra *Cattaro*, in montibus *Bielagora* et *Orien*, ubi vastas conficit sylvas, nec non in *Montenegro*, quibus locis invenit primus *Fr. Maly* de plantarum dalmaticarum exploratione et cultura apprime meritus.

Vol. I, pag. 199, et pag. 200.

Addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ. XI, ad **P. sylvestrem,** tab. 521, ad **P. Mughum,** tab. 523, ad **P. pinastrum** tab. 525, ad **P. halepensem,** tab. 526, ad **P. pineam,** tab. 528-529.

Vol. I, pag. 203.

Juniperus nana W. crescit quoque in monte *Bielagora*, ubi legit praedictus *Maly* et in m. *Orien*. Addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ. XI, tab. 535, f. 1142. Ad **J. communem** L. adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ. XI, tab. 535, f. 1141; ad **J. Sabinam,** f. 1143, ad **J. phoeniceam,** f. 1144, ad **J. phoeniceam** β **Lobelii** iconem *Guss.* pl. rar. tab. 62, ad **J. Oxycedrum,** f. 1146, et ad J. Oxycedrum β f. 1145. — **J. phoenicea** et **J. Oxycedrus** interdum monoicae ad *Sabbioncello* et *Lapad* prope *Ragusa*, ex obs. doct. *Weiss.* in litt.

Vol. I, pag. 204.

Ephedra major fl. dalm. sic. reformanda:

Ephedra campylopoda *C. A. Mey.* vers. ein. monogr. d. gatt. Ephedra 1846, pag. 73.

E. caulibus flexuosis scandentibus tuberculatis scabris, amentis masculis aggregatis subsessilibus, foemineis oppositis aut solitariis, pedunculo nodis vaginatis intercepto deflexo suffultis.

Syn. E. major *Host* fl. austr. 2, p. 71, et *Vis.* fl. dalm. 1, p. 204, ex parte, et excl. plur. synonimis et praesertim *Alsch.* fl. jadr., p. 155. E. altissima *Tommasin* it. dalm. in Flora, XVIII, 2 beibl., p. 56, nec *Desf.*

Icon. C. *A. Mey.* l. c., tab. II.

Hab. ad rupes et scopulos totius Dalmatiae litoralis. Fl. ab aprili in aestatem. Flores flavidi, baccis rubris ♃.

Obs. Sub **Ephedra majore** *Hosti* conjunxeram olim hanc cum sequente specie. Ad **E. fragilem** *Desf.* refert **E. majorem** cl. *Parlatore* in DC. prodr. XVI, p. 355-56. — **E. vulgaris** Rich. a *Meyero* fide *Petteri* in Dalmatia, et a *Parlatore* fide *Noè* in insula Pharia indicata, hactenus in Flora nostra non visa, et probabiliter a collectoribus illis cum **E. campylopoda** aut cum sequente confusa. — **Croton** ab *Anguillara* descriptus in opere suo *Semplici* Venetiis, 1561, p. 204, et ab ipso indicatus inter *Sebenico* et *Scardona (per andare ai molini)* ad **E. proceram** F. et M. ibi obviam, nec ad **E. vulgarem** *Rich.*, ut fecit *Meyer* loc. cit., referri debet.

Vol. I, pag. 205.

Post **Ephedram majorem** *Host* addatur:

Ephedra procera *Fisch.* et *Mey*, ind. sem. h. petropol. X, 1844, p. 45. *Parlat.* in DC prodr. XVII, p. 358.

E. caule erecto, ramis strictis punctatis laevibus, amentis masculis aggregatis sessilibus, foemineis pedunculo ebracteolato suffultis.

Syn. E. graeca *C. A. Meyer* vers. ein. monogr. d. gatt. Ephedr. p. 93. E. dystachya *Alsch.* fl. jadr. p. 155. *Rchb.* ic. bot., XI, p. 7, var. A. non L. E. fragilis *Pett.!* bot. wegw., n. 358, et *Rchb.* fl. exc. p. 156, non *Desf.*

Icon. *C. A. Meyer* l. c., tab. 4, et 5, *Rchb.* ic. fl. germ. XI, tab. 539, f. 1148, opt.

Hab. ad rupes in *Canale di Kerka*, et ad *Torrette* et *S. Girolamo* prope *Spalato*, ad muros arcis *Clissa*, et in saxorum et murorum fissuris circa *Ragusa* frequens. Fl. luteo-virides, fructibus rubris. Fl. Julio ♃.

Obs. Ex autopsia *E. distachyae Alsch.* herb., et *E. graecae Meyer* juxta specimina a prof. *Orphanides* communicata ex Graecia, nullum dubium mihi superest de identitate utriusque speciei. Quoad synonimon *Reichenbachii*, icon ab ipso data et superius citata cum planta nostra exactissime convenit, nec ad varietatem *E. distachyae* referri potest. Specimina a *Pettero* mecum lecta ad *Torrette* et *San Girolamo*, et ab ipso in *Catalogo* suo relata ad **E. fragilem**, non huic speciei nec **E. campylopodae**, cui adducuntur a *Meyero* loc. cit., p. 73, sed certo certius **E. procerae** pertinent.

Vol. I, pag. 208.

Ad **Quercum pubescentem** W. addatur

var. β **intermedia:** fructibus longiuscule pedunculatis.

Syn. Q. Robur var. intermedia *Berang.* ant. stor. forest. ital., p. 292. Q. Tommasini *Kotsch.* ined. in herb. *Tommas.!*

Icon. *Berang.* l. c., tab. I, A (Q. intermedia).

Hab. in sylvis insulae *Cherso* ad locum *Jezero di Vrana* usque in Istriam meridionalem, ubi legit cl. *Tommasini*, et ad *Gravosa* prope *Ragusa*, ubi invenit postea doct. *Weiss*.

Obs. Varietas inter **Q. pubescentem** et **Q. pedunculatam** media, a cl. *Kotschy* in herb. *Tommasini* visa et pro nova specie ipsi cl. florae illyricae et dalmaticae scrutatori inscripta.

Vol. I, pag. 217.

Urtica glabrata in fl. dalm. descripta ex unico specimine (nescio quo fato mihi nunc deficiente) a cl. *Clementi* communicato, qui plantam hanc fusiori descriptione et icone (adhuc ineditis) illustrandam promiserat, species est valde dubia, et probabiliter nil nisi varietas ab **Urtica dioica** L. sola foliorum glabrescentia diversa. Huius postremae formas dalmaticas sic disponendas esse censerem.

Urtica dioica L. *β* **pubescens** *Trautvett* in Melang. bot. IV, p. 192-3: caule foliisque pube molli densa innocua breviter pubescentibus.

SYN. U. pubescens *Ledeb.* fl. ross., III, p. 638. U. dioica *Alsch.* fl. jadr., pag. 223, ex specimine, nec L.—U. galeopsifolia *Wierb.* in *Opiz.* anth. herb., n.° 41.

HAB. circa *Zara* ad sepes. Prof. *Alschinger.*

γ **glabrata**: caule petiolisque sparse setosis, foliis glabrescentibus.

SYN. U. glabrata *Clement.* in Atti della III Riun. sc. ital. Fir. 1841, p. 517, *Vis.* fl. dalm. 1, p. 217.

HAB. in nemorosis lateris orientalis montis *Biokoro.* Prof. *Jos. Clement.*

OBS. Aliam formam inventam, nec adhuc floridam, legit doct. *Ascherson* in umbrosis fagineis inter *Czrkvica* et radices montis *Orien*, foliis glabratis huic proximam, sed dentibus foliorum latioribus obtusioribus quidquam diversam.

Vol. I, pag. 217.

Addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ. XII, tab. 652, f. 1320 **Urticae urenti, L.**; et f. 1321 **U. membranaceae** *Poir.*, quae crescit prope *Lesina;* et tab. 653, f. 1302 **U. pilluliferae** L. et tab. 654 **U. dioicae** L.

Vol. I, pag. 218.

Parietariae diffusae *Mert* et *K.* et fl. dalm. mutetur nomen in **P. officinalem L.** sp. pl. ed. II, p. 1492, quae binas formas **P. erectae** et **P. diffusae** M. et K. recte comprehendit. Adde icones *Rchb.* ic. fl. germ. XII, tab. 651, fig. 1317 (**P. officinalis** L.) et f. 1318 (**P. diffusae**). Post hanc addatur

Parietaria lusitanica L. sp. pl. ed. II, p. 1492. *Bertol.* fl. ital. II, p. 214. *Parlat.* fl. ital. IV, p. 340.

P. caule gracili procumbenti ramoso, foliis alternis ovato-rhombeis, vel subrotundo-ovatis, triplinerviis, subconformibus, pedunculis brevissimis, cymis paucifloris, bracteis aequalibus.

SYN. P. filiformis *Tenor.* syll. pl., p. 77, et fl. nap. V, p. 294.

ICON *Boccon* ic. et descr. pl. sic., p. 47, f. B.

HAB. locis saxosis, umbrosis udis, et ad muros circa *Cattaro in Castello*, et

in insula *Lacroma* contra *Ragusa*, ubi legi mense Martio cum doct. *Fr. Beltramini.* ⊙

Vol. I, pag. 222.

Thesium ramosum fl. dalm. sic reformandum :

Thesium Parnassi *Alph. DC.* in DC. prodr. XIV, p. 643.

Th. radice tortuosa collo stolonifera, caulibus gracilibus adscendentibus subsimplicibus racemoso-floriferis, foliis anguste linearibus subuninervibus bracteisque ternis margine laevibus, lobis perianthii integris tubo sub anthesi paullo minoribus et nuce elipsoidea nervis quinque primariis crassioribus, decem secundariis venulosis costulata triplo brevioribus.

Syn. Th. ramosum *Vis.* fl. dalm. I, p. 222. *Gris.* sp. fl. rum. II, p. 323 non *Hayn.*

Icon. *Vis.* suppl. fl. dalm. IV, f. 2, *a* folium, *b* fructus.

Hab. in pascuis siccis et devexitatibus apricis regionis subalpinae montium *Dinara* ubi legi floridum, *Biokovo* ubi legit *Jos. Kargl.*, et demum *Orien* in vertice, ubi invenit *Th. Pichler.* Fl. aestate. Fl. viriduli ⊙.

Obs. Ex comparatione genuinae plantae graecae cum nostra assentior cl. *Ascherson* nostrum *Thesium* ab illa non differre (v. *Asch.* bemerk. in oest. bot. zert. 1869, p. 643.) Planta omnis gracilior simplicicaulis, bracteae et bracteolae laeves, laciniae perianthii exauriculatae secus ac in **Th. ramoso** *Hayn.*, cui caeterum inflorescentia, floribus et fructu simile. Folia interdum basi trinervia, pedunculi erecto-patuli.

Vol. I, pag. 223.

Ad **Thesium humile** *Vahl* citetur *Guss.* pl. rar. tab. XX, f. 1.

Vol. I, pag. 224.

Daphne alpina L. vivit in *Kriwoscie* inter *Czrkvica* et radices montis *Orien.*

Daphne Gnidium L. fl. dalmaticae incola valde dubius,' et a solo *Noe*, qua talis, hactenus indicata.

Vol. I, pag. 225.

Passerina hirsuta L. oritur quoque in insula *Canidole* ad *Quarnero*.

Vol. I, pag. 233.

Rumex crispus L. crescit etiam circa *Ragusa* et *Cattaro*.

Vol. I, pag. 241.

Ad **Betam maritimam** L. adde locum *Stagno*.

Vol. I, pag. 245.

Amarantho prostrato *Balb.* praemittatur nomen antiquius **A. deflexus** L. mant., p. 295.

Vol. I, pag. 247.

Scleranthus uncinatus *Schur.* a rev. *Huter* lectus in *Montenegro* contra montem *Lovçen* a **Scleranthо annuo** L. non differt, nam nota unica (perianthii laciniis apice aduncis) qua ab isto distinguitur, minime constat in floribus ejusdem caespitis, et in **Scleranthо polycarpo**, **Scl. verticillato**, immo in ipso **Scl. annuo** nunc occurrit, nunc deficit.

Vol. II, pag. 3.

Plantago Weldeni *Rchb.* simillima formis macrioribus pumilis **Pl. Bellardi** *All.* differt sequentibus. In **Pl. Weldeni** pubes foliorum brevissima, scapi adpresse strigosa: bracteae ovato-ellipticae apice rotundatae, dorso glabriusculae, margine latius scarioso ciliatae. In **Pl. Bellardi** hirsuties patula longa fulva in foliis et scapo: bracteae oblongo-lanceolatae in acumen viride productae. Interdum folia **Pl. Weldeni** latiuscula et plana occurrunt, et uno alterove denticulo utrinque incisa. Habitat, praeter salinas prope *Stagno*,

in insula *Sansego*, et etiam in scopulo *Grunchiera* prope *Brioni* in Istria, ubi invenit cl. *Tommasini*. Ommissam a cl. *Decaisne* in DC. Prodromo, gaudeo restituere speciem accuratius descriptam, et viro ill. *Ludovico a Welden* de botanica Dalmatiae exploratione eximie merito aequo jure dicatam. A formis nanis *P. Coronopi* L. differt capsula biloculari disperma.

Vol. II, pag. 5.

Ad **Plantaginem Psyllium** L. adde locum *Ragusa*.

Vol. II, pag. 6.

Armeria vulgaris fl. dalm., servata diagnosi, sic reformetur.

Armeria canescens *Boiss.* in *DC.* Prodr. XII, p. 686. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVII, p. 68.

Syn. Statice canescens *Host* fl. austr. I, p. 407. Armeria denticulata *Portenschl.* en pl. dalm., p. 14. *Rchb.* fl. exc., p. 190. *Alsch.* fl. jadr., p. 71, excl. diagn. *Pett.* bot. wegw. n. 101 (non *Bertol.* et excl. patria Liguria). Armeria vulgaris *Vis.* fl. dalm. II, p. 6, et *Bertol.* fl. ital., III, p. 508-10, excl. syn. omnibus, praeter **St. canescentem** *Host*, et excl. icon. *Flor. dan.*

Icon. *Vis.* fl. dalm., tab. III, f. 2. *Rchb.* fil. l. c., tab. 99. *Portensch.* en. pl., t. V.

Obs. Nomen specificum Hosteanum valde improprium, nam folia glabra nullimode canescentia vocari possunt, et vix ob colorem pallide viridem albescentia. Varietas *β.* **latifolia** appropinquat **Armeriam scorzonerifoliam** *W.* (nec *Link*), quae varietas est **A. plantagineae** *W.* cui cl. *Boissier* refert iconem *Balb.* et *Nocc.* fl. ticin., I, tab. b, una cum icone *Muntingi* in fig. 174. Varietas haec crescit promiscue cum specie, nec differt nisi foliis latioribus et saepius (nec semper) flore albo.

Vol. II, pag. 7.

Statice incana fl. dalm. Huic juxta *Rchb.* fil. spectat synonimon **St. dalmaticae** *Presl* bemerk. p. 105. **Goniolimon dalmaticum** *Rchb.* f. in ic. fl. germ., XVII, p. 61. Sed haec ipsa species Presliana a cl. *Boissier* in *DC.* Prodr. XII, p. 6, 33, adducitur ad **Goniolimon tataricum**: hinc adhuc dubia. Plantae nostrae pertinent icones *Reichenb.* f. l. c., tab. 149, fig. II, 2-3.

Vol. III, pag. 356.

Statice minuta fl. dalm. non L. sic emendanda:

Statice cordata L. sp. pl. ed. I, 1, p. 275, ex herb. excl. synonimo et icone *Barrel.*, non *Gusson* nec *Boiss.*

St. velutino-pubescens, caulibus aphyllis, foliis obovato-spathulatis emarginatis retusisve.

Syn. St. pubescens *DC.* fl. fr., VI, p. 380. *Rchb.* ic. bot. crit., II, p. 79. et fl. exc., p. 191, et *Rchb.* f. in ic. fl. germ., XVII, p. 64. *Boiss.* in DC. prodr. XII, p. 655. St. minuta β pubescens *Boiss.* l. c. *Vis.* fl. dalm., III, p. 356.

Icon. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVII, tab. 95.

Obs. Ex inspectione a me ipso instituta herbarii Linnaeani, ubi adest nunc quoque specimen authenticum ab *Allionio* ad *Linnaeum* missum ex agro Nicaeensi, cui manu ipsius *Linnaei* inscriptum est nomen **Statice cordatae**, et super quod fundata est haec species in operibus Linnaeanis, haec est vera **St. cordata** L., nec hujus nomen ullo jure mutari potest. Formis pumilis abortivis hujusce plantae spectat icon *Bocc.* pl. sic., t. XIII, f. III.

Vol. II, pag. 7.

Statice articulata fl. dalm., excl. syn. et descr. et iconibus, sic reformanda, retenta diagnosi:

Statice cosyrensis *Guss.* prodr. fl. sic. l., p. 382, et syn. I, p. 372.

Syn. St. cordata *Guss.* prodr. fl. sic. 1, p. 382. *Bertol.* fl. ital., III, p. 521. *Boiss.* in *DC.* prodr. XII, p. 656. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVII, p. 63, non L. **St. oleaefolia β pumila** *Bertol.* fl. ital., III, p. 516. St. articulata *Vis.* fl. dalm., II, p. 7, nec alior.

Icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 94. *Boccon* ic. rar. pl. sic. tab. 34, fig. A, B.

Obs. Differt a **St. articulata** *Loisl.* majori ramositate et ramorum gracilitate. **St. cosyrensis** *Guss.* non differt a **St. cordata** ejusdem nec caulibus nec foliis nec floribus, qui in utraque variant curvi vel recti, ut mihi ex inspectione herbarii Gussoneani aperte patuit: hinc nomen illud servandum loco **St. cordatae** suae ab antiquiore specie Linnaeana cognomine bene distinctae. Ejusdem speciei varietates sunt **St. minuta** L. et **St. acutifolia**

Rchb. seu **St. rupicola** *Badarrò.* De hac specie et affinibus confer *Vis.* osserv. sull' erbar. linn. in *Nuovo giorn. bot. ital.*, II, n. 3, p. 220.

Vol II, pag. 7.

Statice oleaefolia *Sm.* et fl. dalm. refertur a cl. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVII, p. 63, tab. 92, f. 2, ad **St. virgatam** W. en. h. berol. 1, p. 136, quam cl. *Boissier* in *DC.* prodr. XII, p. 647 trahit ad suam **Staticen oxylepidem.** A nostra excludas iconem *Reichb.* in ic. bot., II, tab. 183, et *Zannichellii* ist. plant. ven., tab. 232, utpote quae minus bonae. Crescit ad *Stobrez* prope *Spalato* ad mare.

Vol. II, pag. 6.

Ad **Staticen cancellatam** *Bernh.* adde: Crescit in maritimis insulae *Lesina* forma pumila hujus quoque speciei, ut **St. cordatae** L. et **St. cosyrensis** *Guss.* aliarumque, scapis abortivis paucifloris caule brevioribus aut subaequalibus, quae cum hujus icone toto habitu convenit, sed scapis infracto-ramosissimis ad **St. cancellatam** potius referri debet. Huic citetur ic. *Nees ab Es.* gen., pl. 24, f. 14.

Vol. II, pag. 14.

Asterocephalus suaveolens β. fl. dalm. crescit quoque in monte *Malovan* catenae montium *Vellebit*, ubi legit *Fr. Maly*, et *Kamesniza.*

Post hunc addatur:

Asterocephalus crenatus *Spr.* syst. veg. 1, p. 382.

A. suffruticosus viridis, foliis carnosulis rigidiusculis glabris, obverse lanceolatis crenatis, caeteris pinnatifidis inciso-dentatis, pedunculis scapiformibus puberulis, involucelli costati dense barbati corona expansa crenata achenium superante, pappi sessilis setis corona triplo longioribus.

Syn. Scabiosa crenata *Cyrill.* pl. rar. neap., I, p. 11. *Bertol.* fl. ital., II, p. 50. Sc. coronopifolia *Sibth.* et *Sm.* fl. gr. prodr. 1, p. 85, et fl. gr., II, p. 13.

Icon. *Cyrill.* l. c., tab. III, *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., II, tab. 114. *Columb.* phyt. part. II, p. 32, f. 31 dext.

Hab. in saxosis montis *Stirovnik* in *Montenegro*, ubi invenit *Fr. Maly*. Fl. carnei. Fl. Julio ♃.

Obs. Forma hujusce plantae, quae sola hactenus in Dalmatia visa, est **Sc. crenata** *Cyr*. var. γ **nana** in *Roem*. et *Sch*. syst. veg., III, p. 72, ideoque in iconibus supra citatis minus exacte expressa.

Vol. II, pag. 15.

Ad **Asterocephalon maritimum** L. adde locum *Sign* et *Han*.

Vol. II. pag. 25 et vol. III, pag. 356.

Ad **Echinopem Neumayeri** adde iconem in *Rchb*. fil. ic. fl. germ., XV, tab. V, ab illa Florae dalmaticae mutuatam.

Vol. II, pag. 26.

Echinops Ritro β **elegans** fl. dalm. lectus a *Neumayero* in collibus ragusinis.

Vol. II, pag. 26.

Calendula arvensis β **rugosa** fl. dalm.

Hanc pro distincta specie habet et bona icone illustravit sub nomine **Calendulae sublanatae** *Rchb*. fil. in icon. fl. germ., XV, p. 99, tab. 160, f. 1.

Vol. II, pag. 27.

Ad **Amphoricarpon Neumayeri** *Vis*. adde illustrationem et tabulas prolatas a cl. *Rchb*. fil. in ic. fl. germ., XV, p. 4, tab. VIII, et LXXXV, f. 1. Recentius raram plantam legere in eodem monte *Orien*, ubi eam primus vidit *Neumayer*, oculatissimus *Fr. Maly*, et postea cl. *Ascherson*. Flores pallide caerulei.

Vol. II, pag. 28.

Stachelina dubia L. post *Wulfenium* et **J.** *Host*, qui eam in insulis *Cherso* et *Ossero* oriri affirmaverant, nulli obvia fuit, quamvis ibidem sedulo perquisita: hinc Florae nostrae incola valde dubius.

Vol. II, pag. 32.

Ad **Centauream Jaceam.** De **C. Weldeniana,** cujus specimen habeo ab ipso *Weldenio*, vide *Rchb.* f. ic. fl. germ., XV, p. 12, tab. 22, f. 1.

Vol. II, pag. 33.

Centaureae tuberosae nomen mutetur in **Centauream napuliferam** *Rochel*, fide cl. *Grisebach*, qui ad eam citat *Act. hung. Evkönivei* 1834, tab. 3. Adde *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 37, f. 2.

Vol. II, pag. 35-36.

Centaurea salonitana *Vis.* Ad hanc adde locum *Clissa.*

Ad varietates loco citato propositas addi meretur varietas γ **elliptica** ad *Podprat* lecta a *Th. Pichler*, in qua folia radicalia plantae sterilis lobos gerunt ellipticos vix acutos, terminale triplo majus et subrotundum. Varietas β fl. dalm. forsitan a specie differt, ut bene suspicatur cl. *Rchb.* fil. in icon. fl. germ., XV, p. 391 quod cultura probandum, nam foliorum forma etiam in hac specie ut in aliis valde ludibunda. Iconi nostrae jungatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 62, f. 2-4. — Nomen **C. salonitanae,** utpote quod nullo vitio notatum, nullo jure a Cl. *DC.* in novum **C. latisquamae** nomen mutatum fuit. Cl. *Boissier* huc retulit **C. collinam** *Sibth.* et *Sm.* fl. graec., X, tab. 914, non L. nec immerito. Post **Centauream salonitanam** sequitur

Vol. II, pag. 36.

Centaurea hellenica *Boiss.* et *Heldr.* in diagn. pl. orient. nov. VI, p. 130, β **caulescens** *Vis.*

C. arachnoideo-pubescens, radicis collo lanuginoso; foliis radicalibus inferioribusque bipinnatisectis, lobis oblongo-lanceolatis mucronatis suboppositis, minoribus interjectis, terminali paullo longiore, caulinis supremis subintegris lanceolatis acutis mucronatisve caulibus basi ramosis, ramis elon-

gatis strictis angulatis striatis simplicibus subaphyllis unifloris; capituli subglobosi squamis subrotundis coriaceis laevibus, superne ciliato-spinosis, spinulis flavidis, sensim longioribus, in spinam terminalem validam subulatam, basi latiusculam, canaliculatam, utrinque spinulosam, patulam, capitulum aequantem abeuntibus, intimis oblongo-linearibus apice scariosis pectinato-fissis, acheniis .... pappo ....

HAB. in apricis saxosis insulae *Veglia*, ubi lectam anno 1843, communicavit *Guill. Noè* sub falso nomine *C. cristatae Bartl.* Flores purpurei. Fl. Sept. ♃.

OBS. Planta, cujus unicum specimen habui, cum **C. hellenica**, **C. Spruneri** (**C. graeca** *Gris.* non *Boiss.*) et **C. Ceccariniana** *Boiss.* comparanda: hisce habitu, illi notis similior, nec ab ea differens nisi floribus longe pedunculatis, quorum tamen unus alterve, etiam in nostro specimine, pedunculo nullo aut brevi suffultus, et squamarum interiorum appendice minute denticulata aut irregulariter fissa, nec pectinato-ciliata.

Vol. II, pag. 37.

Ad **Centauream divergentem** *Vis.* citari potest quoad analysim partium icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 51; ad **C. incomptam** *Vis.*, id. ib., tab. 56, f. I; ad **C. cuspidatam** *Vis.*, id. ib., tab. 36, f. II (nimis glauca); ad **C. punctatam** *Vis.*, id. ib., tab. 4, f. II, III, et 155, f. II, 10, 11; ad **C. Friderici** *Vis.*, l. c., tab. 45 opt.; ad **C. sordidam** *W.* l. c., tab. 60, et ad **C. cristatam** *Bartl.*, id. ib., tab. 46, f. 1, et tab. 155, f. 1. — **C. incomptae** add. var. β **velutina**: molliter pubescens. Crescit circa *Risano* prope *Cattaro*. Doct. *Ascherson*.

Vol. II, pag. 37.

Centaureae divergenti *Vis.* subjungi debet

Centaurea Petteri *Rchb.* fil. in icon. fl. germ., XV, p. 36.

C. scabro-canescens, floccosa, pumila, ramosissima, caulibus ramisque compactis erecto-adscendentibus angulatis striatis; foliis pinnati-partitis, laciniis linearibus acutis mucronatis, supremis linearibus indivisis; capituli ovato-cylindracei bracteati squamis ovatis laevibus, marginis scariosi et

apicis patuli dentibus subulatis, achenio glabro lineari-obovato subtrigono truncato calvo, hilo laterali.

Syn. C. paniculata *Pett.* bot. wegw. n. nec L.

Icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 52, f. II, 9-16.

Hab. in monte *Radinje* ditionis Spalatensis, unde accepi a b. *Pettero* ab eo lectam die 10 Augusti 1845, et in monte *Mossor*, unde ab ipso habuit cl. *Rchb.* Flores dilute violacei. Fl. aestate ♃.

Vol. II, pag. 37.

Ad **Centauream sordidam** *W.* addatur var. β **lanuginosa:** tota pube adpressa canescens.

Hab. promiscue cum specie.

Vol. II, pag. 39.

Nomen antiquius **C. punctatae** est **C. glaberrima** *Tausch*, quod igitur praeferendum — **C. incompta** *Vis.* crescit in *Orien* et var. a. in ins. *Veglia alla Porporella.*

Vol. II, pag. 40.

Ad **Centauream crithmifoliam** *Vis.* addatur icon *Vis.* suppl. tab. V, f. 1, et *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 55, f. II, folia.

Vol. II, pag. 42.

Ad **Crupinam Crupinastrum** *Vis.* addatur icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 18, f. 2.

Vol. II, pag. 46.

Datur in Dalmatia forma subacaulis **Cardui chrysacanthi** *Ten.*, statura pumila semipedali, capitulis breviter pedunculatis, in iisdem locis crescens ac species, circa *Sebenico* lecta a *R. Huter*, et a doct. *Fr. Beltramini.* Species oritur etiam in monte *Promina* prope *Dernis*, nec non in monte *Prolog.*

Vol. II, pag. 47.

Post **Carduum carlinaefolium** *Lam.* inseratur:

Carduus acanthoides L. sp. pl. ed. II, p. 1150. *Host* fl. austr., II, p. 436. *Rchb.* fl. exc., p. 283.

C. glaber, caule apice ramoso alato-spinoso, foliis decurrentibus profunde pinnatifidis, laciniis ovato-triangularibus lanceolatisve, subpalmato-trifidis dentatisque, spinuloso-ciliatis, spina valida terminatis, pedunculis brevibus crispatis spinosis, capitulis subsolitariis.

Syn. C. acanthoides L. var. encheleus *Aschers.* et *Huter* in Oester. bot. z. 1869, p. 67.

Icon. *Jacq.* fl. austr., III, tab. 239. *Rchb.* ic. bot., X, f. 1319-1320. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 142.

Hab. in apricis montium *Vellebit* ubi ipse legi: serius invenit ad **Podprat** *Th. Pichler*, circa *Cattaro* rev. *Huter*, et in fagetis inter *Czrkvica* et radices montis *Orien* cl. *Ascherson.*

Obs. Variat laciniis foliorum nunc angustioribus sive late lanceolatis, nunc ovato-triangularibus (in var. **enchelea** *Aschers.*) quales tamen occurrunt interdum etiam in specie et in iconibus supra citatis — Ad **C. candicantem** *W.* et *Kit.* adde locum in *Krivoscie.*

Vol. II, pag. 47.

Post **Carduum acanthoidem** L.

Carduus arctioides W. sp., pl. III, p. 1656. *Host* fl. austr. II, p. 434. Rchb. fl. exc., p. 282.

C. flocculosus, caule ramoso, foliis decurrentibus late ovalibus profunde pinnatifidis spinuloso-ciliatis, laciniis lanceolatis bi-trilobis, supremis lobo terminali elongato, pedunculis tomentosis nudis, capitulis subglobosis solitariis, squamis linearibus a medio patentibus, apice spinuloso-mucronatis.

Syn. Cirsium arctioides *Scop.* fl. carn. ed. II, vol. 2, p. 121. Arctium Carduelis L. mant. pl., p. 439. *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., II, p. 203.

Icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 148, f. II; *Waldst* et *Kit.* l. c., tab. 185. *Scop.* fl. carn. II, tab. 53 rudis.

HAB. in pratis ad montem *Prologh*, ubi legit *Th. Pichler*. Fl. rubelli. Fl. Junio. ♃

Vol. II, pag. 48.

Ad **Carduum acicularem** *Bertol.* adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ., XV, tab. 134, f. 2, et locum natalem insula *Lesina* ex *Botteri*.

Vol. II, pag. 48.

Ad **Carduum bicolorem** *Vis.* citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 137, f. 2, quae eadem ac nostra.

Vol. II, pag. 49.

Cirsium palustre fl. dalm. sic reformetur :

Cirsium siculum *Spr.* neu entd. 3, p. 36. *DC.* prodr. VI, p. 642.

C. caule alato-spinoso, foliis pinnatifidis subtus flocculosis, albo-tomentosis, laciniis bi-trifidis dentibusque alarum longe spinosis, capitulis mediocribus aggregatis oblongis, squamis ovalibus spinula patula aut recurva subtriplo longioribus.

SYN. Cnicus siculus *Gusson.* syn. fl. sic., II, p. 442. *Bertol.* fl. ital., IX, p. 6. Cnicus pungens *Bivon.* cent. I, p. 26, non *Sebast.* et *Maur.* Cirsium pungens *Ten.* fl. nap. 4, in Syll., p. 118. C. palustre *Vis.* fl. dalm., II, p. 49, non *Scop.*

ICON. *Vis.* suppl., tab. X, f. 3 — Fragmentum involucri fig. *a*. Pappus cum achenio fig. *b*, omnia aucta.

HAB. ad fossas et in udis ad *Besca nuova* insulae *Veglia*, nec non circa *Salona*, *Ragusa*, *Castelnuovo* et *Cattaro*. Fl. purpurei. Fl. aestate. ♃

OBS. Ab hoc differt **C. palustre** *Scop.* foliis profundius sectis, subtus viridioribus, spinis brevioribus, tenuioribus, capitulis minoribus, squamis subinermibus.

Vol. II, pag. 50.

Ad **Cirsium Acarna** *DC.* adde locum circa *Zara*.

Vol. II, pag. 50.

Ad **Chamaepeucem stellatam** DC. adde inventam esse eodem loco *Comisa* a *Th. Pichler*, et iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XV, tab. 110 sub **Cirsio stellato** *All.* Huic sequitur:

Chamaepeuce stricta *DC.* prodr. syst. nat., VI, p. 659.

Ch. oblongo-lanceolatis in alam spinoso-dentatam decurrentibus semipinnatifidis rigidis, supra glabris subtus tomentosis, laciniis longe spinosis, capitulis bracteatis subsessilibus, superioribus approximatis, squamis ovatis appendice patente subulata spinosa, basi subtumidula araneosa.

Syn. Cnicus strictus *Ten.* cat. pl. h. r. neap. 1813, p. 28, et fl. nap. prodr., p. XLVIII, et fl. nap. II, p. 200. *Bertol.* fl. ital., IX, p. 7. Cirsium strictum *Ten.* fl. nap. 4. in syll., p. 118. *Spr.* syst. veg. 3, p. 370. C. rhegînum *Spr.* pl. min. cogn., II, p. 77.

Icon. *Ten.* fl. nap., II, tab. 75. *Barrel.* ic. pl. 417. *Triumf.* obs. pl., p. 100 bona quoad fol.

Hab. in locis montosis penes fortilitium *Curasta* prope *Cattaro.* Fl. rubelli. Fl. Julio, quo mense invenit floridam *Th. Pichler.* ♃

Vol. II, pag. 56.

Ad **Galatellam canam** fl. dalm. Planta dalmatica recedit defectu canescentiae a specie, cujus varietas censenda, ni velimus hanc habere pro **G. punctata** *Cassin.*, **G. insculpta** *Nees*, **Aster punctatus** *W.* et *Kit.*, quae bene expressa a *Rchb.* fil. in icon. fl. germ., XVI, tab. 18, f. 2, et *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., II, tab. 109. In icone supra citata *Putterl.* et *Endl.* pubescentia deest ut in nostra, quam fideliter exhibet.

Vol. II, pag. 57.

Post **Erigeron alpinam** L. addatur:

Erigeron attica *Vill.* hist. des pl. du Danph., III, p. 237.

E. viscida scabra, caule corymboso polycephalo, foliis oblongo-lanceolatis integris triplinerviis longe petiolatis obtusis, superioribus sessilibus acutis, supremis basi angustatis, flosculis radii erecto-patulis, disco longioribus.

SYN. E. Villarii *Bellard.* app. ad fl. ped. in Mém. de l'Acad. de Turin, V, p. 224. *Bertol.* fl. ital., IX, p. 159. *DC.* prodr. V, p. 291. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ. XVI, p. 10, an W. sp. pl.?

ICON. *Bellard.* l. c., tab. 7. *Rchb.* fil. l. c., tab. 24, f. 2.

HAB. in saxosis sub cacumine montis *Orien* supra *Risano* ubi legit *Th. Pichler* mense Julio 1868. Fl. caerulei. Fl. aestate. ♃

OBS. Nomen Villarsianum Bellardiano anterius, nec ob incertitudinem synonimi ab ipso Villarsio dubie citati posteriori postponi debet.

Vol. II, pag. 59.

Ad **Phagnalon rupestre** fl. dalm. observes. Haec species differt a **Ph. saxatile** *Cass.* floribus minoribus, involucri squamis inferioribus brevioribus crassioribus obtusis adpressis, quae in illo sunt longiores tenuiores acutae aut acuminatae, patulae aut erecto-patulae. **Ph. rupestre** bene exhibetur in *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 29, f. III, 16, 17, 18, sub **Ph. saxatili;** nec ab ipso differt idem **Ph. rupestre** ejusdem operis, l. c., f. II, 13, 14, 15. **Ph. saxatile** verum, cujus specimina indubia teneo ex Telone, Apenninis, Graecia, Hispania et Gibraltaria, nunquam a me visum fuit in Dalmatia, nec in herbariis dalmaticis. Plantae nostrae addatur synonimon et icon optima **Conyzae rupestris** (per err. **saxatilis**) *Sibth.* et *Sm.* fl. graec., IX, p. 48, tab. 862, non L. Hunc errorem mere typographicum demum correxit cl. *Lindley* in vol. X, p. 73 ab ipso curato ejusdem operis. Notae superius expositae, quibus species istae simillimae discriminantur, interdum transitiones exhibent; quod observavi in quodam specimine **Ph. saxatilis** ex Graecia misso, in quo squamas involucri variare vidi obtusiores vel acutiores, laxiusculas aut erectas. — **Ph. rupestre** fl. dalm. crescit quoque circa *Spalato.*

Vol. II, pag. 64.

Ad **Inulam graveolentem** citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, p. 24, sub **Cupularia.**

Vol. II, pag. 68.

Senecio nebrodensis ex Hispania, unde *Linnaeus* habuit, nunc quoque ibidem crescit, teste cl. *Willk.* prodr. fl. hisp., II, p. 127, et esse idem ac

noster clare evincitur ex ipso *Willk.*, qui citat pro planta hispanica **S. nebrodensem** *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, tab. 72! et descr. p. 36 a fl. dalm. mutuatam, nec non ex locis natalibus.

Vol. II, pag. 72.

Senecio Visianianus *Papaf.* **Senecioni thapsoidi** *DC.* simillimus, ab hoc precipue differt (an semper?) involucro glabro fusco, secus ac pingitur in *Icon. fl. germ.*, XVI, tab. 85, f. 2. *Rchb.* fil. quam confer. Vide etiam hujusce auctoris cl. observationes, l. c., p. 42-43. Discrimina reliqua ibi adducta mihi minus constantia visa.

Vol. II, pag. 73-74.

Ad **Doronicum caucasicum** *Bieb.* adde locum *Orien.*

Post **Gnaphalium sylvaticum** L. adde:

Gnaphalium fuscum *Scop.* fl. carn. II, p. 152. *Rchb.*, fl. exc., p. 223.

G. lanatum simplex, foliis lineari-lanceolatis acutis, inferioribus longe petiolatis, superioribus basi attenuatis sessilibus, capitulis pedunculatis solitariis laxe spicatis nudis, infimo bractea lineari duplo breviore, involucri squamis oblongo-linearibus obtusis, floribus foemineis uniserialibus, acheniis strigulosis compressis.

Syn. **Gn. supinum** *β* **pedicellatum** *Bluff.* et *Fing.* comp. fl. germ., 2, p. 348. *Koch.* syn. fl. germ., ed. II, 1, p. 400.

Icon. *Scop.* fl. carn., II, tab. 57.

Hab. in montibus *Bielagora* et *Lovçen* in *Orien* et *Montenegro*, ubi detexit *Fr. Maly*, et *Pichler.* Fl. aestate. Fl. fusci. ♃

Obs. Probabiliter nil nisi forma elatior laxiflora floribus pedunculatis **Gn. supini** L., quod tamen in Dalmatia hactenus non inventus.

Vol. II, pag. 74.

Loco natali **Gn. sylvatici** L. addatur mons *Orien* ad pedem, ubi legit rev. *Huter.*

Vol. II, pag. 75.

Filago germanica var. ε **eriocephala** lecta a *Neumayero* in collibus Ragusinis, bene exhibetur in *Guss.* pl. rar., p. 344, tab. 59.

Vol. II, pag. 77.

Ad locum natalem **Anacycli clavati** *Pers.* adde *Punta di s. Stefano* prope *Spalato.*

Vol. II, pag. 78.

Anthemis Cota L. crescit etiam ad *Bianca* prope *Cattaro* in glareosis. Hanc speciem ab **A. altissima** L. minime diversam esse me certum fecit inspectio herbarii Linnaeani. Cfr. de hac re meas *Osservazioni sull' erbario di Linneo* in Nuovo giorn. bot. ital. Fir. 1870, vol. II, p. 227.

Vol. II, pag. 78.

Anthemidis Pseudocotae nomenclaturam sic ponas:

Anthemis segetalis *Tenor.* ad fl. neap. syll., app. V, p. 54 (1842).

Syn. A. brachycentros *Gay.* in litt. ad *Koch.* A. Cota *Vis.* (per err. *Viviani*) in herb. Berol. et *Koch.* syn. fl. germ., ed. II, v. I, p. 414, non L. A. altissima *Bertol.* fl. ital., IX, p. 359, non L., et excl. syn. et icon. *Fl. graec.* et *J. Bauh.* A. Pseudocota *Vis.* fl. dalm., II, p. 78.

Obs. Restituo nomen antiquius hujusce plantae, utpote quod editum cum descriptione a cl. *Tenore* loco citato jam ab anno 1842 (nec 1843 ut scripsit cl. *Gussone* in fl. sic. syn. II, p. 867), dum *Synopsis* Kochiana ed. II, ubi **Anthemis** haec primum solo nomine **A. brachycentros** *Gay* in litt. insignita, paruerit anno 1843. Radix annua, rarius et in siccis indurata perennis. Iconi nostrae optimae addatur *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVI, tab. 117, f. 2.

Vol. II, pag. 79.

Anthemis chia L. lecta fuit etiam in monte *Promina*, et ad *Lapad* prope *Ragusa* a *Th. Pichler* — Corr. *Guss.* pl. rar., tab. 60.

Vol. II, pag. 81.

Achillea abrotanoides nostra bene exprimitur in *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, tab. 132, f. 2. Lecta fuit anno 1868 iisdem locis a *Pichler*, *Ascherson*, et *Huter*.

Vol. II, pag. 82.

Ad **Achilleam Millefolium** var. γ **lanatam** citetur **A. setacea** *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung. I., p. 82, tab. 50, et *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVI, tab. 137, f. 1.

Vol. II, pag. 83.

Ad **Chamaemelum uniglandulosum** *Vis.* Fide cl. *Ascherson* in *Verhandl. d. zool. bot. ges.* Wien 1867, p. 583 haec species probabiliter eadem ac **Chrysanthemum tenuifolium** *Kit.* in *Schult. Oesters.* fl. 1814, II, p. 498, add. p. 384, n. 344; nec ab iis forte differt **Ch. trichophyllum** *Boiss.* diagn. pl. orient. nov. XI, p. 21. Sed deficiente accurata acheniorum exploratione et comparatione cum nostro, nil certi statuendum. In nostro achenii dorsum irregulariter rugulosum.. Inventum fuit etiam in Serbia a cl. *Pančic* et mihi missum sub nomine **Ch. uniglandulosi** *Vis.*, seu **Pyretro trichophyllo** *Gris.*, sub quo nomine prostat in *Panč.* verz. d. in Serb. wildw. ph. Wien 1856, p. 77. — Nostrae plantae bonam iconem praebuit cl. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVI, p. 47, tab. 94, f. 4. — Adde locum supra *Cattaro* ad *Montenero.* — **Achillea odorata** L. crescit in *Krivoscie.*

Vol. II, pag. 86.

Ad **Chrysanthemum Leucanthemum** var. δ **nudicaule** adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, tab. 99, f. 1, et ad ejusd. var. β **laciniatum** adde tab. 99, f. 2, sub **Tanaceto atrato.**

Vol. II, pag. 91.

Artemisiae arborescenti L. adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, tab. 138, f. 2.

Vol. II, pag. 92.

Artemisiae scopariae *Waldst.* et *Kit.* adde *Rchb.* fil. l. c., tab. 146, f. 1, et **A. paniculatae** *Lam.* adde *Rchb.* fil. l. c., tab. 146, f. 2.

Vol. II, pag. 93.

Inter **Seriphidia**, et ante **Artemisiam coerulescentem** L. inseratur:

Artemisia gallica *W.* sp. pl. 3, part. III, p. 1834. *DC.* prodr. VI, p. 102. *Rchb.* fl. exc., p. 221.

A. suffruticosa incana erecta, ramis floriferis compacte paniculatis erectis, foliis inferioribus uni-bipinnatifidis, laciniis anguste linearibus obtusis, bracteis indivisis linearibus, capitulis cylindraceis trifloris homogamis racemulisque erectis, squamis ovato-oblongis incanis, interioribus scariosis acutis longioribus.

Syn. Artemisia maritima *Sm.* engl. bot., v. 14, non L. A. densiflora *Viv.* app. fl. cors., p. 4.

Icon. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVI, tab. 143, f. 1, mediocr. *Oed.* fl. dan., tab. 2119. *J. Bauh.* hist. III, libr. 26, p. 177.

var. β **vallesiaca:** minor, niveo-tomentosa, caulibus subsimplicibus.

Syn. Artemisia vallesiaca *All.* fl. ped. 1, p. 169. *Rchb.* fl. exc., p. 221.

Icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVI, tab. 148, f. 2.

Hab. species in maritimis insulae *Veglia*, unde habui a *Tommasinio*, et var. β in saxosis rupestribus montanis ejusdem insulae, unde misit *Noe*. Fl. autumno. Fl. flavescentes. ♃

Obs. Affinis **A. maritimae** L., a qua differt racemulis capitulisque erectis. Tamen hae notae ex comparatione speciminum minime constantes videntur, ita ut rectius censeri possit cum *Kochio*, **A. maritimam, A. gallicam**, et **A. vallesiacam** unius speciei lusus esse, ex loco. — **Artemisia caerulescens** L. crescit in *Canale di Cattaro*.

Vol. II, pag. 97.

Cichorium Intybus β **indivisum** fl. dalm. lectum fuit circa *Ragusa* a *Neumayer*. Ad **Cichorium Endiviam** fl. dalm. adde syn. **C. divaricati** *Rchb.* fil. in icon.

fl. germ. XV, pag. 4, tab. 6, f. 3 et iconem **C. Endiviae** l. c., tab. 7, f. 2, plantam dalmaticam repraehesentantem.

Vol. II, pag. 101-2.

Picridis laciniatae *Vis.* nomen et synonima sic emendanda:

Picris laciniata *Schkuhr* bot. handb. Wittenb., 1083, III, p. 14, n. 4215 (nec Crepis laciniata *Schk.* ut in *DC.* prodr. VII, p. 129) *Vis.* pl. rar. dalm., p. 24 in erg. zur bot. zeit. 1829. *Pett.* bot. wewg. n. 697. *DC.* l. c. (excl. syn. et icone C. hieraicoidis *Schk.* et P. scaberrimae *Guss.*) *Rchb.* f. ic. germ., XIX, p. 11. *Bertol.* fl. ital., VIII, p. 377.

Syn. Crepis hispidissima *Bartl.* in *Bartl.* et *Wendl.* beitr. 2, p. 125 (1825) C. lappacea *Host* fl. austr. 2, p. 421 ex herb! Picris ruderalis β laciniata *Rchb.* fl. exc., p. 854. P. hispidissima *Koch* (nec Bartl.) syn. fl. germ. ed. I, p. 421, ed. II, p. 484.

Icon. Fl. dalm. tab. VI. *Rchb.* fil. l. c., XIX, tab. 23, fig. 1 (macrior simplex).

Obs. Descriptio *Schkuhrii* exacte cadit in plantam dalmaticam, etiamsi desumpta ex specimine culto, et, quod mirandum, nomen plantae quadrat quoque cum nostro, etiamsi viginti et sex annis anterius. Nullibi autem *Schkuhrius* plantam suam **Crepidis** nomine nuncupavit, nec ullibi *Bartlingius* eam nomine **Picridis hispidissimae** publici juris fecit. — Icon **P. hieracioidis** *Schkr.* l. c., tab. 216, etsi huc ducta a *Candolle*, differt a nostra pedunculis tenuioribus nec incrassatis, quamvis foliis eam referat. Crescit quoque in *Vellebit.*

Vol. II, pag. 103.

Ad **Leontodon autumnale** L. adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 15, f. II, III.

Vol. II, pag. 104.

Ad **Leontodon hastile** γ **laciniatum** adde iconem *Rchb.* fil. XIX, tab. 17, f. 1, sub. **L. hispido** vulgari. Ad **Leontodon saxatile** γ **glabrum** adde iconem *Rchb.* fil. in icon. fl. germ., XIX, p. 10, tab. 17, f. 4, qui hanc plantam pro va-

rietate habuit **L. crispi** *Vill.* Non differt a **L. saxatili** nisi notis in Flora dalmatica expositis, nam lamellae acutae, quibus achenii rostrum apice muriculatum cernitur, adsunt quoque in **L. saxatili** genuino. Quapropter idem ipsum **L. crispum** *Vill.*, quod huic solo characteri innititur, cum **L. saxatili** copulandum. — **Leontodon incanum** *Schrad.* lectum in ipso *Vellebit* etiam a *Pichler.*

Vol. II, pag. 105.

Post **Leontodon incanum** addas:

Leontodon Berinii *Roth* man. bot. III, p. 1129. *Rchb.* fl. exc., p. 253.

L. radice verticali truncata, caule basi subramoso, apice uni-bisquamato, pedunculis incrassatis foliisque oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis repando-denticulatis scabro-canescentibus, acheniis striatis sursum attenuatis, pappi setis omnibus plumosis, interioribus basi dilatata serrulatis.

SYN. Apargia Berinii *Bartl.* in Fl. od. bot. zeit. III, 1, p. 345.

ICON. *Rchb.* ic. bot., IX, tab. DCCCXXIX. *Rchb.* fil. icon. fl. germ., XIX, tab. 1871.

HAB. in Dalmatia, unde accepi sine loci specialis notitia. Fl. flavi. Fl. aestate. ♃.

Vol. II, pag. 106.

Ad **Scorzoneram austriacam β oblongifoliam** citetur *Rchb.* fil. icon. fl. germ., XIX, tab. 32, f. 1, sub **Scorzonera austriaca** W.

Vol. II, pag. 107.

Ad **Geropogon glabrum** L. adde locum *Salona.*

Vol. II, pag. 108.

Tragopogum eriospermus *Ten.* crescit etiam circa *Dernis*, et **Tragopogon porrifolius** L. inter *Lossin piccolo* et *Lossin grande.*

Vol. II, pag. 109.

Post **Tragopogon pratensem** L. addatur:

Tragopogon Tommasinii *Sch. bip.* in *Bischoff* del sem. h. Heidlbg. et beitr. z. fl. deutsch., p. 97.

T. pedunculis teretibus sub capitulo vix incrassatis, involucro octophyllo corollas subaequante, acheniis linearibus angulatis in rostrum filiforme duplo longius apice lanuginosum incrassatumque sensim attenuatis, superne muriculatis, marginalibus crassioribus undique serrulato-cristatis.

Icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 40.

Hab. in agris et cultis circa *Dernis* et *Ragusa*. Fl. flavi. Fl. a vere in aestatem. ♂.

Obs. Planta saepius floccosa. Affinis **T. pratensi** L. qui differt praecipue acheniis intimis omnino laevibus, nec superne muricatis, et rostro achenium vix superante. In acheniis marginalibus *T. Tommasinii* squamae albidae, discolores, ab ipsis magis prominent ac in **T. pratensi**, et sunt regularius seriatae ac in illo.

Vol. II, pag. 112.

Prenanthes purpurea L. lecta fuit quoque in fagetis *Krivoscie* supra *Cattaro* a doct. *Ascherson.*

Vol. II, pag. 115.

Trichocrepidem bifidam illustravit cl. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, p. 38, t. 79.

Vol. II, pag. 116.

Ad **Crepidem vesicariam** L. citetur *Rchb.* ic. fl. germ., XIX, tab. 86, f. 2, et ad Gatyonam Dioscoridis *Rchb.* adde locum *Lissa.*

Vol. II, pag. 117.

Ad **Crepidem setosam** *Hall.* fil. Crescit etiam circa *Spalato.* Hanc refert icon. fl. germ., XIX, tab. 84.

Vol. II, pag. 118.

Crepis bulbosa Cass. crescit quoque ad *Chiunchi* insulae *Lossino*. Adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XIX, tab. 82.

Crepidis alpestris *Tausch* forma foliis runcinato-pennatifidis lecta fuit ad rupes calcareas montis *Orien* et *Lovçen* a rev. *Huter*. Ad varietatem **integrifoliam** ejusmodi leviter tactam in Fl. dalm., p. 119, in obs. adde synonimon **C. alpestris β Visianiana** *Rchb.* fil. ic. fl. germ. XIX, p. 48, tab. 103, f. 1. Cl. *Ascherson* in oesterr. bot. zeit. 1869, p. 67, distinguit varietatem *moesiacam* a speciei typo, caule pleiocephalo et floribus mediocribus, sed has notas ludere vidi etiam in plantis tridentinis, bavaricis, austriacis, pariter ac in dalmaticis. — Addatur insuper:

Crepis Jacquini *Tausch* fl. od. bot. zeit., II, 1, p. 79.

Cr. caule erecto foliato mono-oligocephalo, apice bracteolato, foliis lanceolatis petiolatis glabris, primordialibus indivisis, caulinis runcinato-pinnatipartitis acuminatis, laciniis lineari-subulatis, involucro imbricato adpresso pedunculisque tomentosis nigrove-hirsutis, acheniis oblongis compressis 12-striatis.

Syn. Crepis chondrilloides *Froel.* in *DC.* prodr., VII, p. 171, non *Jacq.* Geracium chondrilloides *Rchb.* fl. exc., p. 260. Hieracium chondrilloides *L.* sp. pl., ed II, p. 1124. *Jacq.* en. pl. vind., p. 273, et fl. austr. V, p. 13, *Host.* fl. austr. II, p. 410.

Icon. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 99, f. 1, *Jacq.* fl. austr., V, tab. 429, et en. pl. vind., tab. 7.

var. β **integrifolia**: foliis omnibus lanceolato-linearibus indivisis.— *Syn.* Cr. chondrilloides var. ζ integrifolia *Froel.* l. c.

Hab. in *Monte Santo* et *Malovan* montium *Vellebit*, ubi legit speciem *Fr. Maly*, varietatem *Th. Pichler*. Fl. aurei. Fl. aestate. ♃.

Obs. Planta **C. alpestri** *Tausch* valde proxima, quae tamen statim distinguitur involucri bracteis inferioribus longioribus patulis: an semper?

Vol. II, pag. 118.

Ad **Crepidem rubram β scapigeram** *Ten.* adde locum *Sign* et *Dizmo.*

Vol. II, pag. 119.

Ad **Crepidem chondrilloidem** *Jacq.* citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 95, f. 1, et adde locum *Biokovo.* — Crepis rigida *Waldst.* et *Kit.* bene exprimitur in icone *Rchb.* fil. l. c., tab. 96.

Nomen **Crepidis adenanthae** *Vis.* sic permutandum:

Crepis niceaensis *Balb.* misc. bot. alt., p. 28, var. β **adenantha** *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, p. 44: magis glandulosa, foliis profundius runcinato-pinnatifidis.

SYN. C. adenantha *Vis.* fl. dalm., II, p. 119.

ICON. *Vis.* fl. dalm., tab. V, f. 1, *Rchb.* fil. l. c., tab. 89, f. 2, opt.

Vol. II, pag. 120.

Ad **Cropidem pulchram** L. adde synonimon et iconem Phaecasium pulchrum *Rchb.* fl. icon. fl. germ., XIX, p. 39, tab. 80. Ibidem ad **Crepidem neglectam** nostram consule cl. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, p. 43 et 44 sub **C. neglecta** et **C. virente,** quam subtiliter distinguit et bene pingit in tab. 87, f. 1, et tab. 90. Praestat tamen confiteri discrimina ex asperitatibus acheniorum petita nullimode constantia videri, immo in utraque specie variare achenia nunc prorsus laevia, nunc parce et vix supra rostrum asperula, nunc secus costas undique muriculata.

Vol. II, pag. 121.

Hieracium fiorentinum W. var. a. crescit etiam in Montenegro.

Ad **Hieraciumbifurcum** *Bieb.* adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 109, f. I, 1-3. — **Hieracii furcati** nomen mutetur in **H. hybridum** *Chaix.* in *Vill.* hist. des. pl. du Dauph., III, p. 10, et addatur icon *Rchb.* f. l. c., XIX, tab. III, fig. I, II, 1-2-3 opt.

Vol. II, pag. 122.

Hieracium cymosum L. oritur quoque in monte *Prologh* et *Orien*, et ad hoc citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, p. 61, tab. 126, f. 1-2, sub **H. sabino,** *Sebast.* et var. β **Laggeri,** quae forma distinguitur capitulis glomeratis.

Ad **Hieracium pratense** *Tausch* citetur *Rchb.* f. l. c., p. 59, tab. 116, sub nomine antiquiore **H. collini** *Gochn.*, et var. β **melachaetum** *Gris.* Oritur etiam in insula *Lesina* et circa *Lapad* prope *Ragusa.*— Ad **Hieracium porrifolium** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 212, f. II, 1-3. Nostrum magis refert **H. Wildenowii** in *Rchb.* fil. ic. l. c., tab. 212, f. I, foliis latioribus subrepandis, quod a specie non differt.

Vol. II, pag. 123.

Ad **Hieracium glaucum** *All.* var. **stuppeum** *Vis.* citetur **H. stupposum** *Rchb.* in *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, p. 100, tab. 207, opt. Habeo hujusce plantae valde ludibundae specimina glabra, sola basi brevius pilifera ac in varietate **stuppea**, et typo speciei pertinentia. — Ad **H. sabaudum** L. citetur icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 176, l. c. — In **Hieracii sylvatici** synonimis corrige **H. murorum** β **sylvaticum** L., et adde iconem *Rchb.* fil. l. c., t. 166, et locum *Perzagno* ad *Cattaro.*

Vol. II, pag. 124.

Hieracium lanatum fl. dalm., servata diagnosi, et exclusis synonimis formae typicae Villarsianae propriis, sic exponendum

Hieracium lanatum var. β **Waldsteinii**: foliis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, caule polycephalo capitulisque glabrescentibus.

Syn. H. Waldsteinii *Tausch* in *Rchb.* fil. ic. fl. germ. XIX, p. 93, tab. 195, fig. 1 (in qua tamen caulis et capitula nimis villosa). H. lanatum *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., II, tab. 127, opt. *H. Tommasinii Host* fl. austr., II, p. 414, ex herb. nec *Rchb.* fil. H. verbascifolium *Vis.* stirp. dalm., p. 37, nec alior.

var. β **scapigera**: pumilum, foliis oblongo-lanceolatis, omnibus subradicalibus, lanatis, caule scapiformi subsimplici nudo capitulisque flocculoso-canescentibus.

Obs. Haec varietas, **H. andryaloidi** *Vill.* valde similis. Alia forma hujus stirpis est **H. Schlosseri** *Rchb.* fil. l. c., p. 94, tab. 195, f. 2, foliis dentato-repandis brevioribus, caule capitulisque glabrescentibus, quae hactenus in Dalmatia non visa. Haec medium tenet inter **H. lanatum** typicum ob folia

latiora brevioraque, et **H. Waldsteinii** ob caulis capitulorumque glabritiem; utraque jungit. Var. β lecta ad *Lubičko brdo* in montibus *Vellebit* a *Fr. Maly*. In quodam specimine ejusdem loci video folia oblonga ut in **H. Waldsteinii,** caulem glabrum ut in **H. Schlosseri,** et capitula villosa ut in **H. lanato.**

Vol. II, pag. 126.

Ad **Picridium vulgare** *Desf.* notetur nomen antiquius **Reichardia picroides** *Roth.* bot. abhandl., p. 35. **Reichardiae** genus jam a *Roth* conditum anno 1787, jure prioriratis **Picridio** *Desfontainelii* fl. abl. II, p. 220, anni 1798, praeferendum. Huic generi nova species recenter addita. **Reichardia** (Pichridium) **macrophylla.** Vide *Vis.* et *Panč.* plant. serb. rar. dec., III, p. 3, tab. XVI.

Vol. II, pag. 127.

Ad **Xanthium strumarium** L, quod oritur in insula *Sansego* et *Veglia*, et involucris gaudet spinosis pubescentibus parvis, addenda icon. *Schkr.*, bot., handb. I, f. 291, f. 1, et *Lam.* enc. bot., pl. 765, f. 1; cui subjungas:

Xanthium macrocarpum *DC.* fl. fr., V, p. 356. *Koch* syn. fl. germ., ed. II, p. 531. *Bertol.* fl. ital., X, p. 181.

X. inerme, scabrum, foliis longe petiolatis subcordatis 3-5 nervibus, 3-5 lobis, inciso-dentatis, involucro fructus dense spinoso hispido-glanduloso grandi, rostris crassis, incurvis, spinis arcuatis apice uncinatis.

Syn. X. italicum *Morett.* de quibusd. pl. ital. dec., V, p. 8, ex herb.! *Rchb.* fl. exc., p. 294. X. orientale L. sp. pl., ed. II, p. 1400. X. echinatum *Murr.* comm. goetting. 1754. X. canadense *Sabbat.* h. rom., VII, p. 12, n.° 1.

Icon. *Rchb.* pl. crit., cent. IV, tab. 323. *Lam.* enc. bot., pl. 765, f. 3, ex *Gaertn.* de fr. et. sem. II, tab. 164, f. 2. *Sabbat.* h. rom. VII, tab. 74. *Moris.* hist. pl. 3, sect. XV, tab. 2, f. 2.

Hab. in ins. *Sansego*, ubi legit cum praecedente *O. Sendtner*, et communicavit cl. *Tommasinio*. Fl. viriduli. Fl. aestate. ⊙.

Obs. Species Morettiana a planta *Candollei* non differt, nec diversa credo **X. orientale** L. (cujus icon mihi cunctisque ignota), **X. echinatum** *Murr.*,

X. saccharatum *Wallr.* Quoad plantam a *Balbis* et *Nocca* in Flora ticinensis sub nomine **X. echinati**, delineatam, ex loco huc pertinet, sed analysis partium floralium pessima.

Vol. II, pag. 128.

Ad **Phyteumam orbicularem** *β* **lanceolatam** adde iconem *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, tab. 222, f. 3 (specimen junius), et ad **Ph. limonifoliam** *Sibth.* et *Sm.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 221.

Vol. II, pag. 130.

Campanula capitata *Sims.* Huc citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 251, f. 1.

Vol. II, pag. 132.

Campanulae rotundifoliae L. subjungatur qua synonimon **Campanula Malyi** *Schott* anal. bot., pag. 11, quae a specie mire ludibunda non differt, recte observante cl. *Neitreich* in Ueb. Schott. anal. bot. in Sitz. ber. Wien Akad., LVIII Bd. 1868, 17 Dec., quod observatione propria in herbario Schottiano confirmo. — Quoad **C. rotundifoliae** L. et **C. caespitosae** *Scop.* distinctionem alabastris et capsulis in illa erectis in hac nutantibus a cl. A. DC. observatam, ingenue fateor, me notam hanc incassum quaesivisse in pluribus speciminibus utriusque plantae. Immo in eodem caespite alabastra et capsulas nunc erectas nunc nutantes vidisse, ita ut saepe nescias cuinam speciei exemplar hoc referre debeas.

Vol. II, pag. 132.

Campanula Waldsteiniana *Roem.* et *Schult.* Hujus plantae duas varietates distinguit cl. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, p. 117, nempe *var. α Freyeri* ex *Monte maggiore* in Istria, et *var. β Visianii* ex Dalmatia. Ex illa speciem propriam constituit cl. *Reuter* in catal. de grain. du jard. de Genev. et de Valleyres, sub nomine **Campanulae Tommasinianae**, quam ex authenticis speciminibus ab ipso amicissimo *Tommasinio* missis bene distinctam video

caulibus simplicioribus, ramis rectis, calycis tubo turbinato, corollis cylindraceo-tubuloso-campanulatis dentibus tubo duplo brevioribus, dum in **C. Waldsteiniana** *R. S.* caules magis ramosi ramis flexuosis, calycis tubus hemisphaericus, corollae rotato-campanulatae dimidio brevioris dentes tubo subaequales. Ad **C. Waldsteinianam** *R. S.* spectat icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XIX, tab. 240, f. 1, et ad **C. Tommasinianam** *Reut.* icon ejusdem l. c., f. 2, sed forma et magnitudo corollae et dentium calycis, minus verae in utraque. Calyx in ambabus obtuse pentagonus, angulis demum binervosis, nempe nervis cujusque anguli usque ad basim bipartitis, ita ut calyx fructifer decemnervis appareat, quod tamen evidentius in **C. Waldsteiniana.** Dentes calycini lineares in utraque specie, eroso-serrulati in **C. Tommasiniana,** integriusculi in altera. Basis dilatata filamentorum ovato-acuta in hac, lanceolata angustior in illa. — **Campanula Waldsteiniana** variat pumila aut palmaris, foliis ovato-lanceolatis minoribus et lanceolato-linearibus acuminatis fere pollicaribus, integris vel obtuse serratis, dentibus glandula obtusa terminatis, corollae lobis ovato-triangularibus vel oblongis. Folia supra glaucescentia, subtus viridia, glaberrima, margine anguste cartilaginea.

Vol. II, pag. 133.

Campanulae Morettianae *Rchb.* specimina bina adsunt in herbario *Jos. Moretti* nunc in horto Patavino servato, cum scheda autographa hujusce primi rarae plantae inventoris, in qua locus natalis quoad plantam dalmaticam sic designatur: Ad rupes montis *Biokovo* prope *Ragusi. Portenschlag.* Mons *Biokovo* urbi *Macarsca* proximus, longe a *Ragusi* distat. Plantam hanc post *Portenschlagium*, cujus fide hic refertur, a nullo in Dalmatia inventa. Adde iconem *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, tab. 248, f. 1, opt.

Vol. II, pag. 136.

Campanula tenuifolia *Waldst.* et *Kit.* sic reformanda.

Campanula graminifolia L. sp. pl. ed. II, p. 234. *Bartl.* de litt. ac. ins. mar. liburn., p. 42. *Host* fl. austr. 1, p. 268. *Rchb.* fl. exc., p. 301. Alsch. fl. jadr., p. 55.

C. caule piloso aut pubescente, foliis linearibus integris aut glanduloso-denticulatis, inferne pilosis, sursum setoso-ciliatis, floribus capitatis, bracteis ovatis in acumen lineare productis, calycis sinubus exappendiculatis, fructiferi laciniis lanceolato-linearibus erectis tubo dimidio, corolla campanulata triplo brevioribus, stigmate bi-trifido incluso.

SYN. Wahlenbergia graminifolia *A. DC.* mon. Camp., p. 130. W. tenuifolia ib., p. 133. Edraiantus graminifolius *A. DC.* in *DC.* prodr., VII, p. 448. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, p. 108. E. tenuifolius *A. DC.* in DC. prodr. l. c., p. 449. *Rchb.* fil., l. c., p. 109. E. caricinus *Schott.* anal. bot., p. 6.

ICON. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., III, tab. 206. *Waldst.* et *Kit.* l. c., II, tab. 155. *Rchb.* fil. l. c., tab. 227 et 228, fig. 1.

HAB. in saxosis apricis collinis tum insularum tum continentis totius Dalmatiae. Fl. caeruleo-violacei. Fl. aestate. ♃

OBS. In **Campanula graminifolia** L. ut in caeteris sectionis **Edraianthae** Campanulis in Dalmatia hucusque repertis, sinus calycis denticulo reflexo carent, qua nota ab hisce omnibus differt **C. Kitaibelii** *Rchb.* in Dalmatia deficiens. **Edraianthus caricinus** *Schott* idem est ac **E. tenuifolius** *A. DC.* juxta specimina herbarii Schottiani a me inspecta. De hac re confer quoque cl. *Neilreich* in ueb. Schott. anal. bot. in sitz. ber. Wien. Akad., LVIII, Bd. 1868, 17 Dec. — **Campanula graminifolia** L. variat pubescentia densiore lanata vel rariore, in foliis, bracteis et calyce; ciliis foliorum erectis, patulis vel reversis; foliis linearibus angustis aut interdum latiusculis; bracteis latioribus vel angustioribus, nunquam a basi linearibus, capitulo subaequalibus, rarius paullo longioribus. Tanta characterum mutabilitate accurate et repetite observata in planta sat vulgari in Dalmatia, quo fit ut **C. tenuifolia** nequit saepissime a **C. graminifolia** ullo pacto distingui, in sententiam, olim dubitanter prolatam, confirmor, binas plantas unam eamdemque sistere speciem. — *Kitaibelius* stirpem croaticam ideo novam speciem constituere putavit, et eam nomine **C. tenuifoliae** distinxit a **C. graminifolia** sua (pl. rar. hung., II, p. 166, f. 154, excl. syn., quae nunc **C. Kitaibelii**) quia veram **C. graminifoliam** L. non novit.

Vol. II, pag. 136.

Ad **Campanulam caudatam** fl. dalm. citetur **Edraianthus caudatus** *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XIX, f. 109, tab. 228, f. 2, et locus natalis mons *Promina.*— Ad **C. serpyllifoliam** fl. dalm. citetur **E. serpyllifolius** *A. DC. Rchb.* fil. icon., l. c., tab. 229, f. 2. Inventa etiam in *Bielagora* montis *Orien* a *Fr. Maly.*

Vol. II, pag. 137.

Ad **Campanulam Pumilionem** fl. dalm. citetur *Rchb.* fil. l. c., p. 109, tab. 229, f. I, et addatur locus natalis in monte *Mossor*, ubi rarae plantae nuper inventa est ab eodem oculatissimo *Maly* var. **major**: caulescens, foliis longioribus tenuioribus. Corolla in specie infundibuliformis.

Vol. II, pag. 139.

Post **Campanulam Alpini** L. addatur:

Campanula Pichleri *Vis.*

C. foliis obtuse serratis alternis, ovatis, supremis lanceolatis sessilibus, floribus paniculatis secundis nutantibus, calycis laciniis setaceis integris patulis reflexisve, corolla campanulata obtuse quinquepartita laciniis linearibus, stylo demum exserto trifido.

SYN. Adenophora Pichleri *Huter* (1871) C. Alpini *Pichl.* herb. dalm. non L.

ICON. *Vis.* suppl. tab. 6, f. I, a fl. auctus cum cor. laciniis abscissis et reflexis.

HAB. in fagetis montis *Orien* ad *Krivoscie*, alt. 4000, ubi invenit *Th. Pichler.* Fl. pallide coerulei, ad faucem saturatiores. Fl. Jul. ♃

DESCR. Caulis fractiflexus gracilis pubescens. Folia infima ovata minora sessilia, media alterna petiolulata triplo majora, suprema lanceolata acuminata, omnia subtus ad nervos canescentia, dentibus lanceolatis obtusis glandula apiculatis, terminali majore. Flores in paniculam simplicem, vel pedunculis parce ramosis compositam, digesti. Calyx quinquepartitus, laciniis setaceis corolla duplo vel triplo brevioribus. Corolla in alabastro tubulosa, dein campanulato-turbinata, laciniis linearibus obtusis basim usque divisa, ut in *Phyteumate*, stamina basi dilatata, ovato-lanceolata, ciliata,

libera, filamentis flexuosis, antheris viridulis linearibus. Pistillum demum exsertum, stylo filiformi, stigmate trifido villoso crassiusculo violaceo, laciniis in alabastro erectis, stylo paullo brevioribus, dein tenuioribus elongatis revolutis. Capsula turbinata trilocularis, dein subrotunda, laterum basi pertusa.

Obs. Affinis **C. Alpini** L. a qua differt, et ab omnibus *Adenophoris*, praecipue calycis laciniis setaceis, corolla quinque-partita, laciniis linearibus, staminibus basi liberis, qua nota deficiente genus omnino ruit. — Species a rev. *Huter* laborioso et oculato collectori *Thomaso Pichler* jure meritoque dicata.

Vol. II, pag. 142.

Ad usus *Arctostaphylos Uva ursi Spr.* addas utilitatem ejus decocti in retentione urinae et morbis vesicae.

Vol. II, pag. 143.

Ad **Ericam multifloram** L. citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVII, tab. 114, f. 2. Ad **E. verticillatam** *Forsk.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 113, f. 2 (**E. vagante**), et tab. 115, f. 3. Ad **E. mediterraneam** L. icon *Rchb.* l. c., f. 115, f. 1. Hujusce datur etiam var. fl. albo ad sepes et in sterilibus Dalmatiae. Tam **E. verticillata** *Forsk* quam **E. multiflora** L. virent quoque in insula *Lissa.*

Vol. II, pag. 145.

Ad **Pyrolam minorem** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c. XVII, tab. 104, fig. 3-4, nostris speciminibus exacte fidelis.

Vol. II, pag. 149.

Post **Primulam acaulem** L. addatur:

Primula elatior *Jacq.* miscell. bot. l. c., p. 158. *Host.* fl. austr. l. c., p. 247. *Rchb.* fl. excl., p. 401.

P. foliis obvato-oblongis dentatis, in petiolum sensim attenuatis, subtus albidis, scapo umbelloque pilosis, dentibus calycis quinque-costali conici lanceolato-acuminatis, corollae limbo rotato plano.

Syn. Primula veris β elatior L. sp. pl., ed. II, p. 204. P. veris officinalis *Oed.* fl. dan., III, p. 4.

Icon. *Oed.* l. c., tab. 434. *Sm.* engl. bot. VIII, tab. 513. *Rchb.*, fil. ic. fl. germ., XVII, tab. 49, f. 1.

Hab. ad *Lapad* prope *Ragusi*, unde communicavit ab ipso lectam rev. *Vodopich.* Fl. vere. Fl. lutei. ♃.

Vol. II, pag. 149.

Ad **Primulam suaveolentem** *Bertol.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 50, f. 1. Habitat etiam in monte Orien.

Obs. **Primula Tommasinii** (nec Thomasinii) *Gren.* et *Godr.* fl. fr., II, p. 449, vix differt ab hac corollis paullo grandioribus, limbo plano.

Vol. II, pag. 149.

Ad **Primulam integrifoliam** fl. dalm. praestat observare, plantam ex montibus *Vellebit*, et praesertim ex eorum jugis *Monte Santo*, *Lubičko brdo*, et *Paklenica*, juxta specimina authentica herbarii Schottiani, et plantas ex locis praedictis in Horto Patavino cultas, esse certe **Primulam Kitaibelianam** *Schott* in Skof. oesterr. voch., 1852, p. 268, et *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVII, tab. 66, fig. 1-2, quae probabiliter a **P. Candolleassa** *Rchb.* pl. crit., VI, p. 18, tab. 584, vix differt. Cum autem tantus sit auctorum dissensus circa veram **P. integrifoliam** L. cautius duco nomen a *Schottio* plantae dalmaticae et croaticae datum, quamvis recentius, caeteris minus certis praeferre. Hinc loco **P. integrifoliae** fl. dalm., ponas **P. Kitaibelianam** *Schott*, cui adde synonimon **P. integrifoliae** *Vis.* fl. dalm. an. L. ? — Variat foliis integris et dentatis, et statura majore et minore, ut ex iconibus *Rchb.* fil. supra citatis evincitur.

Vol. II, pag. 150.

Ab **Androsace villosa** L. non differt **A. penicillata** *Schott* anal. bot., p. 17, ex inspectione herbarii sui, nisi pube magis alba longa nitidula adpressa intertexta, quae omnia climatis mitiori et stationi apricae saxatili tribuenda: caeteri characteres minime specifici visi sunt cll. *Rchb.* fil. et *Neilreichio*, quibus lubentissime assentior. Addatur icon *Rchb.* fil. l. c., XVII, p. 48, tab. 71, f. 4, 5; et **A. laetae** L. icon ejusdem operis, tab. 70, fig. 2, 3.

Vol. II, pag. 154.

Ad **Verbascum Thapsus** L. adde:
SYN. V. Schraderi *Mey*, cbl. hannov., p. 326. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, p. 4.
ICON. *Rchb.* fil. l. c., tab. 16.
Et ad **V. densiflorum β thapsiforme** fl. dalm. adde icon. *Rchb.* l. c., tab. 17.

Vol. II, pag. 155.

Ad **Verbascum macrurum** fl. dalm. adde:
OBS. Ex planta dalmatica hujusce nominis cl. *Rchb.* fil. novam speciem constituit, quam mihi benevole dicatam voluit, sub nomine **V. Visianici** in *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, p. 13, tab. 23, opt. Sed valdopere doleo mihi ingenue confitendum esse, me omni diligentia comparationem plantae authenticae Tenoreanae cum nostra repetite instituisse, quin discrimina ulla constantia et cujusdam momenti, quibus has plantas distinguerem, invenirem. Icon Reichenbachiana **V. macruri** in ic. fl. germ., XX, tab. 23, recedit colore viridi a specie neapolitana et ab icone Tenoreana. Antherae omnes in utraque reniformes. — Ad locum natalem adde rupes calcareas supra *Stagno*, ubi legit *P. Ascherson*, in hortis ad *Lossin piccolo*, *Sendtner*, et etiam ad *Lossin grande*, teste *Tommasini*.

Vol. II, pag. 155.

Ad **Verbascum phlomoides** L. adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 18, f. 2; ad **V. phlomoides β samniticum** locum in ins. *Lesina*, et ad **V. floccosum** *W. et. Kit.* icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 26.

Vol. II, pag. 156.

Ad **Verbascum Lychnitidem** L. et fl. dalm. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 27, ad **V. undulatum** *Lam.* iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 38, et ad **V. sinuatum** L. iconem *Rchb.* l. c., tab. 24.

Vol. II, pag. 157.

Ad **Verbascum nigrum** L. var. *α*, fl. dalm. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 28, f. 1; ad var. *β* **lanatum** ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 29; ad var. *γ* **orientale** ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 25, f. 2, sub **Verbasco austriaco.** In monte *Orien* crescit alia quoque varietas foliis subtus cano tomentosis, inter **V. lanatum** et **V. orientale** media, ab uno ad alterum transiens, utrumque jungens.

Vol. II, pag. 159.

Scrophulariae laciniatae *W.* et *Kit.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XX, tab. 54, f. 1, et locum natalem *Montenegro*, *Orien.* et *Krivoscie.* Ante ipsam addatur:

Scrophularia Scopolii *Hopp.* cent. *Pers.*, syn. pl. II, p. 160. *Rchb.* f. l. c., XX, p. 26.

S. glanduloso-puberula, caule tetragono, foliis subcordato-ovatis duplicato-crenatis, panicula terminali, calycis laciniis subrotundis obtusissimis, margine late membranaceis, appendice squamiformi subrotunda pedicellata.

Syn. Scr. glandulosa *Waldst.* et *Kit.* pb. rar. hung., III, p. 238. *Rchb.* fl. exc., p. 377. Scr. grandidentata *Tenor.* fl. nap. 4. in syll., p. 88, et 5, p. 41. Scr. Scorodomia *Host.* fl. austr., II, p. 204, non L. Scr. auriculata *Scop.* fl. carn., 1, p. 446, non L.

Icon. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XX, tab. 54, fig. 3, *Waldst.* et *Kit.* l. c., tab. 214. *Scop.* l. c., tab. 32.

Hab. ad fauces umbrosas montis *Orien* inferioris, ubi legit cl. *Ascherson.* Fl. aestate ♃.

Obs. Huc refero plantam hanc, fide cl. *Ascherson*, qui eam floridam loco citato invenit, cujus mecum specimen junius et sine flore communicavit.

Vol. II, pag. 160.

Ad **Scrophulariam peregrinam** L. addatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 55, f. 1.

Vol. II, pag. 163.

Linaria simplex *DC.* inventa etiam in aggeribus insulae *Lossin* prope *Chiunchi*, sed rarius et circa *Spalato*. Huic pertinet icon *Rchb.* f. l. c., XX, tab. 68. f. II, 11-13: **L. pelisserianae** *Mill.* ic. *Rchb.* l. c., tab. 62, fig. 1-10: **L. italicae** *Trev.*, in qua flores duplo minores ac in **L. vulgari** *Mill.* icon. *Rchb.* f. l. c., tab. 64, f. 2, 3. Haec crescit quoque in coll. petrosis ad *Nieguss* in *Montenegro.*

Vol. II, pag. 163.

Post **Linariam simplicem** *DC.* sequitur:

Linaria micrantha *Spr.* syst. veg., II, p. 794. *Chavann.* mon. Antirrhin, p. 156.

L. glauca, glanduloso-pubescens, foliis lanceolatis subacutis, inferioribus verticillatis, superioribus alternis basi attenuatis sessilibus, racemo florifero subcapitato, fructifero spiciformi, calycis laciniis lineari-oblongis valde inaequalibus capsulam globosam subaequantibus, seminibus reniformibus compressis muriculatis ala membranacea orbiculari circumdatis.

Syn. L. parviflora *Desf.* fl. atl., II, f. 44. *Spr.* syst. reg. II, p. 793. Antirrhinum parviflorum *W.* sp., pl. III, p. 245. *Bertol.* fl. ital., VI, p. 357. A. micranthum *Cav.* ic. et descr., pl. II, p. 51. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., VI, p. 70.

Icon. *Cav.* l. c., tab. 59, f. 3. *Desf.* l. c., tab. 137. *Sibth.* et *Sm.* l. c., tab. 587.

Hab. in apricis saxosis insulae *Lissa*, ubi legit *Fr. de Portenschlag* et communicavit *Joh. Zahlbruckner*, a quo habui. Floret vere. Flores minimi caerulei, palato albido. ⊙

Obs. Planta nostra quidquam differt a specie foliis minoribus, basi magis attenuatis, et totius plantae pubescentia. Nimium affinis **L. arvensi** Desf. a qua vix recedit foliis multo angustioribus, linearibus.

Vol. II, pag. 164.

Ad **Linariam repentem** *Mill.* citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 63, f. II, 45: ad **L. dalmaticam** *Mill.* ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 65, f. II, III. Sic etiam ad p. 161, citetur icon **L. Elatine** *Mill.* in *Rchb.* l. c., tab. 59, f. III, 19-24, et illa **L. cirrhosae** *W.* in *Rchb.* fil. l. c., tab. 60, f. III, 6-8, et ad p. 162: icon **L. minoris** *Desf.* in *Rchb.* l. c., tab. 61, f. I: illa **L. litoralis** *W.* in *Rchb.* fil. l. c., tab. 61, f. III, 12-18: et illa **L. alpinae** *Mill.* in *Rchb.* f. l. c., tab. 60, f. 4.

Vol. II, pag. 166.

Ad **Digitalem grandifloram** *Lam.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 69, sub **D. ambigua** *Murr.*; ad **D. laevigatam** *W.* et L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 71, f. 1, quamvis colore florum minus vero, nempe luteo nec ferrugineo; ad **D. ferrugineam** L. icon *Rchb.* l. c., tab. 71, f. 2, quamquam colore florum nimis laete rubro, nec ferrugineo ut in planta viva.

Vol. II, pag. 168.

Ad **Veronicam saturejoidem** *Vis.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., XX, tab. 102, f. 1. Corollae lobi in icone nostra nimis acuti: reapse elliptici violacei, fauce et tubo brevi, inflato-cylindraceo, albis. Folia inferiora subserrata, suprema sparse pilosa.

Vol. II, pag. 170.

Ad **Veronicam Pseudo Chamaedrym** *Jacq.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., XX, t. 88, f. 1-3, sub **V. Teucrium**, et ad **V. austriacam** L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 89, f. 3, tab. 88, f. 4, tab. 90, f. 1, nec non *Curt.* bot. mag., tab. 1679, sub **V. multifida.** — In **V. Chamedry** L. folia variant longius petiolata vel brevius.

Vol. II, pag. 171.

Ad **Veronicam latifoliam** fl. dalm. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 82, f. 1. — De hac specie ad ea quae scripsi in Flora dalmatica lubet addere, me in

herbario Linnaeano, *Smithii* assertum confirmasse, **Veronicam latifoliam** herbarii illius esse veram **V. Pseudo Chamaedrym** *Jacq.*; dum e contra **V. latifolia** L. sp. pl. ed. I, et II, et aliorum operum est **V. urticifolia** *Jacq.* et *Linn.* fil. in suppl. plant., p. 83, cum ex synonimis tum ex iconibus a *Linnaeo* ipso citatis, quibus praestat addere iconem *Buxbaumi* pl. cent. I, tab. 34, in Flora dalmatica ommissam.

Vol. II, pag. 173.

Nomen **Veronicae Buxbaumii** *Ten.* mutetur jure prioritatis in **Veronicam persicam** *Poir.* dict. enc., VIII, p. 542. — Ad **V. Cymbalariam** *Bod.* citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 77, fig. 5.

Vol. II, pag. 174.

Euphrasia Odontites β, litoris adriatici, juxta doct. *F. Schultz*, non est **E. serotina** *Lam.*, sed species propria ab ipso **Euphrasiae Kochii** nomine designata. Judicent autoptae. — Ad **Euphrasiam officinalem** γ **salisburgensem** citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 109, f. 2, bona.

Vol. II, pag. 175.

Ad **Euphrasiam Trixaginem** fl. dalm. adde iconem *Rchb.* fil., tab. 103, sub **Bartsia Trixagine.**

Vol. II, pag. 176.

Ad **Pedicularem comosam**, quam habui e monte *Prolog* a cl. doct. *Joh. Zanardini*, adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 136, opt. et ad **Pedicularem Friderici Augusti** iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 130 et 141, f. 15-23. — Planta nostra a cl. *Rchb.* fil. l. c., ad **P. leucodontem** *Griseb.* trahitur, sed quantum video differt radice fibrosa nec fasciculata, corollae dorso erecto nec prono, papulis corollinis nullis et calyce lanato. — Addatur *var.* β **montenegrina** *Ebel* zw. tag. auf Montenegro, p. 45, tab. II, f. 2, galea brevius apice bidentata, labii laciniis lateralibus semicordatis, vix differens.

Vol. III, pag. 357.

Ad **Rhinanthum Alectorolophum** *Poll.* adde iconem *Rchb.* fil. ic. l. c., tab. 118, f. 1, sub **Alectorolopho majore** hirsuto, et locum natalem in pratis ad *Crkvica* in *Krivoscie* ubi legit doct. *Ascherson.*

Vol. II, pag. 177.

Ad **Melampyrum arvense** *β* **barbatum** fl. dalm. adde icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 115; ad **M. nemorosum** L. iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 114, et ad **M. cristatum** L. iconem *Rchb.* l. c., tab. 116.

Vol. II, pag. 178-79.

Ad **Orobanchem cruentam** *Bertol.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XX, tab. 159, et corr. citationem *Rchb.* fl. exc., p. 854, in p. 384. Crescit et in ins. *Lossin.* Nomen **O. gracilis** Sm. praeponendum utpote antiquius.

Vol. II, pag. 179.

Ad **Orobanchem pruinosam** *Lapeyr.* (1818) praemittatur nomen anterius **O. speciosae** *DC.* fl. fr., V, p. 393 (1815), *Rchb.* fil. l. c., p. 91, et addatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 161, et loca natalia *Ragusi* in agris supra *Viciam Fabam*, prope *Breno*, et in hortis ad *Gravosa.* — Huic subjungatur **O. Tommasinii** *Rchb.* f. in icon. fl. germ., XX, p. 92, tab. 209, sub nomine et cum diagnosi sequente.

Orobanche speciosa DC. fl. fr. V, p. 393 *β* **Tommasinii.** *Vis.* spica densiore, floribus tenuioribus, filamentis apice calvis.

Obs. Hae notae variant pro loco etiam in specie, cum qua promiscue crescit supra radices Leguminosarum, praeter *Ragusa*, etiam insulis *Lossin*, *Cherso* et *Veglia.*

Orobanche Picridis *F. Schultz* in *Koch* deutschl. fl., IV, p. 453. *Bertol.* fl. ital., VI, p. 438. *Coss.* et *Germ.*, fl. des env. de Par., I, p. 309. *Rchb.* f. ic. fl. germ., XX, p. 99.

O. sepalis bifidis tubi corollae glanduloso-pilosi recti superne leniter incurvi, dimidium superantibus, lobis labii superioris patentibus eroso-crenulatis, staminibus supra basim corollae insertis, ad medium glanduloso-villosis, superne styloque glabris, stigmate verruculoso, purpureo-violaceo.

ICON. *Coss.* et *Germ.* l. c., tab. XIX, G. *Rchb.* fil. l. c., tab. 175. *Engl.* bot., ed. III, vol. VI, tab. MXIV.

HAB. supra **Picridem hieracioidem** et **P. laciniatam** in ins. *Sansego* ad *Quarnero*, ubi legit doct. *Sendtner* et comm. cl. *Tommasinio* a quo habui. Fl. Majo. Flores albo-luteoli. ♃

Orobanche major L. fl. svec., p. 561 (ex Fries!) *Gren.* et *Godr.* fl. de Fr. II, p. 636. *Reut.* in DC. prodr. XI, p. 25.

O. sepalis bifidis, tubo corollae sparsim glanduloso-piloso basi ventricoso, superne incurvo-fornicato subaequalibus, lobis labii superioris porrectis eroso-crenulatis, staminibus infra medium corollae insertis, ad medium villosis, superne styloque subglabris glandulosisve, stigmate luteo.

SYN. O. elatior *Sutt.* in Trans. Linn. soc. IV, p. 178. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XX, p. 100, et **O. elatior** *β* **Tommasinii** ib., p. 118.

ICON *Rchb.* f. l. c., tab. 173 et 217. *Sm.* Engl. bot., ed. III, vol. VI, tab. MXIII. *Oed.* fl. dan., t. 1338 (luxurians).

HAB. in scopulo *Pregasnick* prope *Levrera* ins. *Cherso*, ubi legit doct. *Sendtner* et communicavit cl. *Tommasini* ex loco. Fl. luteoli aut violacei. Fl. aestate ♃.

OBS. Varietas a cl. *Rchb.* f. proposita non differt a specie, nam apex filamentorum ludit omnino glaber, aut glabriusculus aut glandulosus etiam in ista, quod ex ipsis iconibus et descriptionibus supra citatis evincitur.

Orobanche Hederae *Duby* bot. gall., p. 350. *Rchb.* fil. l. c., p. 102.

O. sepalis integris vel basi unidentatis, apice subulatis, tubo corollae leniter arcuato brevioribus, labiis eroso-crenatis glabris, staminibus supra basim corollae insertis, filamentis lanceolato-subulatis styloque glanduloso glabris.

SYN. O. Medicaginis *Rchb.* ic. bot. crit., VII, p. 41 (non *Duby*). O. du Lierre *Vauch.* mon. des Orobanch., p. 56.

ICON. *Rchb.* l. c., VII, tab. 919, opt. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XX, tab. 182. *Vauch.* l. c., pl. 8.

HAB. in insula *Giuppana* in hortis ubi legit doct. *Ascherson* et rev. *Huter* supra radices Hederae. Fl. flavidi. Fl. majo. ♃

Obs. Species **O. minori** *Sutt.* nimium similis, sed characteribus mox expositis distinguenda. Filamenta staminum omnino glabra ut in icone *Reichb.* patris, nec basi pilosella ut in illa *Reichb.* filii. Specimen a *Vauchero* pictum junius et macrius.

Vol. II, pag. 179.

Ad **Orebanchen minorem** subjungas observationem. Cl. *Rchb.* fil. distinguit specifice ab **O. minore** *Sutt.*, **O. pumilam**. *Noe* in icon. fl. germ., XX, p. 104, tab. 165, f. 2, cui jungit **O. lividam** *Sendtner:* mihi vero ambae hae stirpes ab inventoribus communicatae et bene cognitae ab **O. minore** non differunt. Adde locum natalem *Chiunschi* in insula *Lossino*, et *Punta Gerilla*, et in *Scoglio Levrera* prope *Cherso*, quibus in locis suam **O. lividam** legit *Sendtner*, in qua stylus piloso-glandulosus, nec glaber ut in **O. pumila** *Noe* et *Rchb.* fil., sed qualis in **O. minore** β **adenostyla** fl. dalm.

Post **Orobanchen caryophyllaceam** *Sm.* addatur:

Orobanche Epithymum *DC.* fl. fr., III, p. 490. *Rchb.* fil. exc., p. 353.

O. sepalis integris vel basi dente divaricato bifidis, tubo corollae glanduloso-piloso rectiusculo, summo dorso curvato, basi attenuato subduplo brevioribus, lobis labii superioris palentibus, limbo eroso-cranulatis, staminibus supra basim corollae insertis ad medium villosis, superne styloque glanduloso-pilosis, stigmate velutino immarginato obscure purpureo.

Icon. *Rchb.* ic. bot. crit., VII, fig. 887-88-89. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 163.

Hab. ad pedem montis *Orien* supra *Thymum Serpyllum* L. ubi legit rev. *Huter*. Fl. Junio. Fl. sordide rubri. ♃

Vol. II, pag. 150.

Ad **Phelipaeam ramosam** *C. A. Mey* citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 152, et ad var. β **simplicem** fl. dalm. citetur *Rchb.* fil. l. c., p. 88, tab. 151, sub **Phelipaea nana**. Stigmatis forma prius subrotunda, dein subquadrata in utraque planta, quod jam luculenter ostendunt ipsae icones *Rchb.* fil. l. c., fig. 10-12, in **Ph. nana**, et fig. 16-17, in **Ph. ramosa**. Planta Noeana a cl. *Grenier e Godron* fl. fr., II, p. 626, trahitur ad **Ph. Muteli**

Reut. Rchb. fil. l. c., tab. 180, sed haec quoque **Ph. ramosae** nimis affinis ut tute et semper distingui possit.

Vol. II, pag. 180.

Ad **Phelipaeam lavanduiaceam** *F. Schultz* arch. fl. fr. et all. 99, addatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 147.

Vol. II, pag. 184.

Ad **Lavandulam latifoliam** *Vill.* addatur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 26, f. 2, sub. **L. spica** *DC.* quod nomen Villarsiano posterius. — Ad **Mentham sylvestrem** L. observetur speciem hanc variare villo albo lanatam, quod jam notaverat in **M. sylvestri dalmata** cl. *Tausch.* in Syll. cl. Soc. ratisb., p. 249, ad n.° 27.

Vol. II, pag. 185.

Ad **Mentham aquaticam** var. **A.** adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, t. 85, f. 1.; ad **Mentham viridem** L. locum natalem *Ragusa.*

Vol. II, pag. 358.

Ad **Mentham pubescentem** W. addatur icon *Rchb.* ic. fl. germ., XVIII, tab. 82, fig. IV, sub **M. nepetoide** Lej.

Vol. II, pag. 186-87.

Ad **Salviam officinalem** L. adde varietatem γ **auriculatam**: foliis oblongis duplo majoribus, basi cuneata, lobo uno alterove oblongo-lanceolato auriculatis. — In monte *Shaba* et aliis locis ditionis Ragusinae *Neumayer.*

Syn. **S. confusa** *Benth.* in mon. lab., p. 210, et *DC,* prodr. XII, p. 265.

Icon *Rivin* introd. gen. in r. herb. tab. 71. — *Obs.* Ab hac differt **S. triloba** L. calycibus triplo minoribus, dentibus vix ovatis acutiusculis. Crescit **S. viridis** L. quoque in insula *Lesina.*

Vol. II, pag. 189.

Ad **Salviam Bertolonii** fl. dalm. addas, hanc probabiliter nil aliud esse nisi formam inter **S. pratensem** et **Verbenacam** mediam, illa foliis, haec floribus proximam: tamen **S. pratensis** L. deest in Dalmatia. Addas quoque iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 53, f. 1, sat bonam. Crescit etiam in pratis et pascuis siccis insulae *Veglia*, unde misit *Tommasini*, et circa *Ragusa* unde habui a *L. Drobaz.* — Videtur species succedanea **S. pratensis.** Specimen Ragusinum differt ab aliis, foliorum dentibus acutioribus.

Vol. II, pag. 191.

Ad **Origanum vulgare** *α* **genuinum** citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 61, f. 1 : ad **O. vulgare** *β* **prismaticum** ic. *Rchb.* l. c. tab. 61, f. 2 : ad **O. vulgare** *γ* **virens** icon. *Rchb.* l. c., tab. 62, f. 1, et ad **O. vulgare** *δ* **hirtum** icon. *Rchb.* l. c., tab. 62, f. 2.

Vol. II, pag. 192.

Ad **Thymum Serphyllum** *α* **vulgarem** fl. dalm. citetur icon. *Rchb.* ic. fl. germ., XVIII, tab. 66, f. 1, 2; ad *var.* *β* **montanum** ic. l. c., tab. 67, f. 1 ; ad *var.* *γ* **angustifolium** citetur syn. *Rchb.* fil. l. c. 37, sub **Th. Serpyllo** var. *δ* **dalmatica** et icon., tab. 64, f. 4 : et ad *var.* *δ* **pannonicum** *Rchb.* fil. l. c., tab. 66, f. 3.

Vol. II, pag. 193.

Thymus Zygis fl. dalm. est genuina planta Linnaeana in folio primo herbarii ejusdem a me inspecta, cujus synonima certa sunt **Th. acicularis** *W.* et *Kit.*, **Th. Zygis** *Sibth.* et *Sm.* fl. gr. et **Th. striatus** Vahl. Addatur icon. fl. graec., VI, tab. 574. Confer de hac re meas. *Osservaz. sull' Erbar. di Linn.* in Nuovo giorn. bot. ital., II, n.° 3, 1870, p. 224.

Vol. II, pag. 193.

Ad **Thymum bracteosum** fl. dalm. adde iconem *Rchb.* ic. fl. germ., XVIII, tab. 68, f. 1. Similis **Th. comoso** *Heuff.* a quo tamen distat bracteis majoribus

rotundioribus, et floribus congeste capitatis nec oblongo-spicatis. Magis etiam differt a **Th. Zygi** L. ut patet ex Flora. — Crescit etiam prope *Sign.*

Vol. II, pag. 193.

Ad **Thymum capitatum** adde syn. **Coridothymus capitatus** *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVIII, p. 39, et iconem l. c., tab. 70, f. 2.

Vol. II, pag. 194.

Ad **Saturejae montanae** varietates, citentur icones *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 72, f. 1, pro **S. montana** *α* **communis**; f. 2, pro *var. β* **variegata**; et f. 3, pro var. *γ* **subspicata** fl. dalm. sub **S. montana illyrica.**

Vol. II, pag. 195.

Ad **Saturejam cuneifoliam** *Tenor.* citetur ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 71, f. 1, sub **S. cuneata**, et adde locum *Sign.*

Vol. II, pag. 195.

Generis **Micromeriae** prima species addenda est:

Micromeria approximata *Rchb.* fl. exc., p. 859, n.° 2112, *b*, *Benth.* mon. tab., p. 375, et in *DC.* prodr. XII, p. 217.

M. fruticulosa pubescens, foliis lanceolato-linearibus margine revolutis, pedunculis axillaribus subsolitariis subsimplicibus, bracteis binis linearibus pedunculos subaequantibus, calycibus tubulosis fauce villosis, acheniis oblongis obtusis.

Syn. Satureja approximata *Biv.-Bern.*, manip. IV, p. 13 (1813). S. fasciculata *Rafin.* prècis des decouv. semiol., p. 39 (1814). *Bertol.* fl. ital., VI, p. 48. Thymus fructiculosus *Bertol.* in *Desv.* journ, de bot., 4, p. 76 (1814).

Icon *Boccon.* Mus. di piant. rar., p. 168, tab. 119, bona.

Hab. in saxosis apricis circa *Ragusi*, ubi legi, et in insula *Lesina*, ubi invenit *M. Botteri.* Floret vere. Flores purpurei. Planta grate aromatica.

Vol. II, pag. 196.

A cl. *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVIII, p. 46, et antea ab *Ebel.* in zw. tag. a. Montenegro, p. 1. **Micromeria parviflora** nostra cum **M. graeca** *Benth.* conjungitur, cujus forsitan censeri potest qua forma laxiflora, in quibusdam speciminibus difficiliter distinguenda. Crescit quoque in monte *Lovçen* et prope *Cattaro.*

Vol. II, pag. 197.

Micromeria Piperella *Benth.* ludit plus minus pubescens (quae **M. Piperella** *Benth.* mon. lab., p. 379, var. β **croatica** *Benth.* in DC. prodr., XII, p. 221, cum synonimis), vel glabriuscula, praesertim si culta, et foliis basi omnino sessilibus vel breviter petiolatis, sed nullimodo ab hac distingui potest **Micromeria croatica** *Schott.* seu **Thymus croaticus** *Pers.* Addatur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 70, f. 1, sub novo genere **Tendana,** vico pedemontano *Tenda* dicato! Crescit etiam in m. *Czernopac.*

Vol. II, pag. 199.

Cl. *Rchb.* fil. l. c., p. 45. **Calamintham origanifoliam** nostram varietatem fecit **C. Pulegii** suae, a qua tamen differre videtur calycibus brevioribus, dentibus infimis paullo longioribus nec longissimis, et acheniis apice pubescentibus nec glabris. Planta bannatica omni ex parte major, et folia ejus profundius serrata. Cl. *Benth.* in *DC.*, prodr. XII, p. 225, male eamdem plantam ad **Micromerias** retulit, a qua antheris recedit, et novo nomine **M. dalmaticae** salutavit. Aliam plantam sub ipso nomine **M. dalmaticae** recensuit postea cl. *Fenzl* in cat. sem. h. vind. 1851, a Benthamiana diversam, quam ego sub **Calaminthae Fenzlii** nomine descripsi in *Revis. pl. minus cognit. quas hortus patav. col.* Patav., 1855, p. 7 (*V. Atti Istit. Ven.,* vol. I, ser. III).

Vol. II, pag. 199.

Ad **Calamintham origanifoliam** *Vis.* adde syn. Micromeriae dalmaticae *Benth.* lab. in *DC.*, prodr. XII, p. 225 (non *Fenzl* cat. sem. h. vindob, 1851, quae Calamintha Fenzlii *Vis.* rev. pl. min. cogn. 1855, n.° 10).

Obs. Haec species discrepat a **C. Pulegio** *Vis.* fl. dalm. l. c., in nota, *Schloss.* et *Vukotin.* fl. croat., p. 263, calycibus intus glabris.

Huic addatur:

Calamintha subnuda *Host* fl. austr. II, p. 130. *Rchb.* fl. exc., p. 329.

C. foliis ovatis serratis basi cuneatis integris, subtus canescentibus, calycibus campanulato-tubulosis hirtis intus barbatis, dentibus inferioribus subulatis longioribus, acheniis glabris obtusis.

Syn. Micromeria Pulegium β subnuda *Benth.* l. c., p. 224. Thymus subnudus *Spr.* syst. veg., II, p. 698. Melissa subnuda *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., III, p. 291. Micromeria dalmatica *Fenzl* cat. sem. h. vind., 1851, non *Benth.* C. Fenzlii *Vis.* rev. pl. min. cogn. h. Pat. 1855, n.° 10. Calamintha Pulegium β origanifolia *Rchb.* f. ic. fl. germ. l. c., p. 45, excl. syn. *Vis.* et *Benth.*

Icon. *Waldst. et Kit.* l. c., tab. 262 (excl. *a*, *b*) *Rchb.* f. l. c., tab. 78, f. I.

Hab. cum **C. thymifolia** *Rchb.*, cum qua legit prof. *Clementi.* Fl. albi, barba corollae violaceo-punctata. Fl. aestate ♃.

Obs. Calyx, qualis pingitur in analysi fl. hung., nunquam cernitur nec in icone fl. hung., nec in speciminibus hungaricis et croaticis huiusce plantae. Analysis falsa fucum fecit *cl. Grisebachio* et *Benthamio.* Planta *Reichb.* fil. (ab ipso) *C. Pulegio* adscripta est ideoque calycibus intus nudis videtur praedita.

Vol. II, pag. 204.

Sideritidi purpureae addatur icon *Rchb.* fil. l. c., XVIII, p. 15, tab. XXV, fig. 2 (per err. f. 3).

Vol. II, pag. 205.

Addatur icon **Stachydis italicae** *Mill.* ex *Rchb.* f. l. c., tab. IX, f. 4.

Vol. II, pag. 206.

Ad **St. subcrenatam fragilem** adde locum natalem in monte *Biokovo* et iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. XIII, f. 4; ad **St. subcrenatam angustifoliam** *Rchb.* l. c., f. 3; ad **St. subcrenatam labiosam** locum natalem *Crkvica* in *Krivošie*; ad **St. subcrenatam** *Rchb.* l. c., iconem tab. XIII, f. 2, et locum *Macarsca.*

Vol. II, pag. 209.

Stachys spinulosa *Sibth.* bene exprimitur in *Rchb.* fil. l. c., XVIII, p. 9, tab. X, f. 3, quae addenda. **St. betonicaefolia** *Desf.* ab hac non differt ex *Benth.* in DC., prodr. XII, p. 482, quod jamdiu suspicatus eram in Flora. Ad **St. menthaefoliam** *Vis.* addatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. XI, f. 3.

Vol. II, pag. 210.

Ad **Lamium intermedium** *Fries* adde iconem *Rchb.* fil. XVIII, tab. III, f. 1.

Vol. II, pag. 211.

Ad **Lamium bifidum** *Cyr.* adde iconem *Rchb.* l. c., V, fig. 2, et ad *var.* β **cryptanthum** locum natalem prope *Traù.*

Vol. II, pag. 214.

Ad **Galeopsidem Ladanum** var. α **latifoliam** adde iconem *Rchb.* fil., XVIII, tab. XXVII, f. 3, et ad var. γ **angustifoliam** icon *Rchb.* fil. l. c., f. 1. Ad **G. Tetrahit** L. var. α **parviflORAm** adde iconem *Rchb.* fil., XVIII, tab. XXX, f. 1, et ad var. γ **pubescens** icon *Rchb.* f. l. c., tab. XXIX, f. 2.

Vol. II, pag. 216.

Ad **Balloten rupestrem** fl. dalm. adde synonimon **B. italicae** *Benth.* in *DC.*, prodr. XII, p. 519, et iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. XIX, f. 1.

Vol. II, pag. 218.

Ad **Betonicam Alopecuros** L. adde loca *Czrkviza* et *Orien.*

Vol. II, pag. 220.

Ad **Scutellariam commutatam** *Gusson.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 56, f. 2. — Huic praemittatur nomen **Sc. altissima** L. p. sp. ed. II, p. 836. *Bieb.* fl. tauro-canc. II, p. 66. *Benth.* lab. in DC., prodr. XII, p. 420. — Syn. Sc. commutata *Guss.* et *Bertol.* Sc. Columnae *Host* fl. austr., II, p. 178. *Alsch. Pett.* non *All.* S. peregrina *W. Kit.* pl. rar. hung. II, p. 154. *Host Rchb. Sibth.* et *Sm.*— *Spenn.* in Nees gen., pl. XIX, n.° 8, non L.

Vol. II, pag. 222.

Ad **Ajugam Chamaepitym** *Schreb.* et fl. dalm. adde varietatem δ **glabram**: caulibus puberulis, foliis calycibusque glaberrimis. — *Syn.* A. glabra *Presl* fl. sic., I, p. XXXVI. Crescit circa *Stobreć* prope *Spalato* ad vias, ubi invenit *Fr. Beltramini.*

Obs. Collatum cum speciminibus cilicicis a cl. *Kotschyo* lectis et nostro conformibus, non differt a specie nisi florum foliorumque glabritie: calycis laciniae acutae in utraque planta.

Vol. II, pag. 223.

Ad **Teucrium Arduini,** L. quod crescit quoque circa *Risano* et *Czrkviza*, citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. XXXVI, f. 1, et ad **T. scordioides** *Schreb.* quod crescit ad ostia *Narenta* et *Salona*, icon *Rchb.* fil. l. c., tab. XXXVIII, f. 3, desumta ex viridi, parvo et macro specimine.

Vol. II, pag. 224.

Ad **Teucrium Marum** L. citetur icon *Rchb*, f. l. c., tab. XXXV, f. 3.

Vol. II, pag. 225.

Ad **Teucrium Polium** L. var. β **purpurascentem** fl. dalm. addatur icon. *Rchb.* l. c., tab. XXXVII, fig. 6, et ad **T. Polium** L. γ **angustifolium** icon *Rchb.* l. c., tab. XXXVII, fig. 7. — Ad **T. montanum** L. α **majus** fl. dalm. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. XXXVII, f. 1, et ad ejusdem var. β **supinum** fl. dalm. icon *Rchb.* fil. l. c., f. 3.

Vol. II, pag. 226.

Ad **Acanthum longifolium** *Host* citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. 193.

Vol. II, pag. 227.

Acanthus spinulosus *Host* variat foliorum lobis ovalibus latioribus confluentibus, dentibus acutis sed subinermibus, ut in icone *Rchb.* l. c., tab. 192, et foliorum lobis lanceolatis longioribus remotis et acutioribus, dentibus loborumque sinubus spinulosis, ut in icone *Rchb.* l. c., tab. 191; hinc binae icones a cl. *Rchb.* fil. propositae unicam speciem exhibent. — **Acanthus spinosissimus** *Pers.* non differt ab **A. spinoso** L. (cujus nomen utpote antiquius praeferendum); nam laciniarum folii latitudo et forma, et aculearum longitudo, copia et rigiditas variant etiam in **A. spinoso** L., ut vidimus jam in **A. spinuloso** *Host*, nec ab **A. spinosissimo** *Pers.* distinguendo sufficiunt. Haec planta nil est nisi forma prioris ex loco ruderali apricissimo. — **A. spinosissimus** β **mollior** *Nees* ab *Esenb.* in *DC.*, prodr. XI, p. 271, regressum huiusce plantae in alteram evidenter demonstrat. Hinc species n.° 1024. Florae nostrae sic nuncupanda:

Acanthus spinosus *L.* sp. pl., ed. II, p. 891. *Vis.* stirp. dalm., p. 23. *Host* fl. austr., 2, p. 217, et herb! *Alsch.* fl. jadr., p. 140. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., cent. VII, p. 10. *Nees* ab *Esenb.* in *DC.*, prodr. XI, p. 271.

Syn. A. spinosissimus *Pers.* syn., pl. 2, p. 179. *Host* fl. austr., 2, p. 218, et herb! *Pett.* bot. wewg., n. 2. *Vis.* fl. dalm., II, p. 227. *Nees* ab *Esenb.* l. c., cum var. β.

Obs. Iconibus jam citatis addatur *Rchb.* fil. l. c., tab. 194. *Sibth.* et *Sm.* l. c., VII, tab. 691. *Sabbat* h. rom., III, tab. 14.

Vol. II, pag. 228.

Ad **Convolulum sepium** L. citetur sub **Calystegia sepium** *R. Br.* icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 139; sub **Calystegia sylvatica** *R. Sch.* icon *Rchb.* l. c., tab. 140, f. I; et sub **C. Soldanella** *R.* et *Sch.* icon *Rchb.* l. c., tab. 140, f. II. — Ad **Convolulum tenuissimum** citetur icon *Rchb.* l. c., tab. 138, f. III; ad **C. Cantabrica** L. cit. icon *Rchb.* l. c., tab. 135, f. I; ad **C. Cneorum** L. cit. icon. *Rchb.* l. c., tab. 134, fig. I, II.

Vol. II, pag. 231.

Mutetur nomen **Cuscutae breviflorae** *Vis.* in **C. obtusifloram** *Humb.* et *Kth.* nov. gen., sp. III, p. 122, fide *Engelm.* in *Rch.* fil. ic. fl. germ., XVIII, p. 85, tab. 143, f. 2. In nostra descriptione lege: calycis partitiones 4-5 ovatas, corollam scutellatam, laciniis ovato-rotundatis obtusis calyce longioribus, ad basim capsulae demum marcescentem, stamina 4-5.

Vol. II, pag. 232.

Ad **Daturam Stramonium** β **Tatula**, citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, tab. III, f. 2, sub var. **chalybaea**.

Vol. II, pag. 233.

Fumus seminum hujusce plantae igne ustorum, tubo exceptus et ore injectus, ad dentium radices, eorundem dolores sedat.

Vol. II, pag. 234.

Prope **Ragusa** secus viam, quae ducit ad *Castello di S. Lorenzo*, *P. Sodiro* legit aliam *Solani* speciem, **S. citrullifolium** *A. Braun* in ind. sem. h. Friburg; quae probabiliter a **S. heterodoxo** *Dun.* non differt: sed planta haec originis americanae a Flora nostra excludenda. — **Solanum miniatum** *Bernh.* crescit quoque in ins. *Sansego*.

Vol. II, pag. 236.

De **Mandragora officinarum** L. confer *Vis. Osservaz. sull' erb. Linn.* in Nuovo giorn. bot. ital., 1870, p. 211, e quibus evincitur **Mandragoram** a *Linnaeo* sic nuncupatam, ex specimine authentico herbarii sui esse **M. vernalem** *Bertol.* nec **M. autumnalem** *Spr.* Addatur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XX, p. 4, tab. 7, qui sententiam nostram confirmat.

Vol. II, pag. 239.

Ad **Heliotropium supinum** L. adde locum ad mare prope *Macarsca*, ubi legit *Th. Pichler.*

Vol. II, pag. 240.

Ad **Cynoglossum pictum** *Ait.* citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 130, f. I, et ad **C. Columnae** *Ten.* ic. *Rchb.* fil. l. c., fig. II, in quo tamen margo cristato-dentatus achenii minus distincte exhibitus. Legi circa *Sebenico* in agris.

Vol. II, pag. 241.

Nomen generis **Echinospermum** jure prioritatis, sic corrigendum. — **Lappula Myosotis** *Moench* meth. pl., p. 417. Rochelia Lappula *Roem.* et *Sch.* syst. veg., 4, p. 78. Cynoglossum Lappula *Scop.* fl. carn., I, p. 125. Echinospermum vulgare *Sw.* ap. *Schrad.* in comment. gotting., 4, p. 195. E. Lappula *Lehm.* asperif., p. 121. *Vis.* stirp. dalm., p. 34, et fl. dalm., II, p. 241. *Rchb.* fl. exc., p. 345. *Alsch.* fl. jadr., p. 48. Myosotis Lappula *L.* sp. pl. ed. II, p. 189. *Host* fl. austr., I, p. 228. *Pett.* bot. wewg. n.° 624.

Vol. II, pag. 243.

Post **Cerinthem minorem** β **maculatam** *Vis.* addatur:

Cerinthe alpina *Kit.* in *Schult.* oesterr. fl. I, p. 353. *Koch* syn. fl. germ., ed. II, pars. II, p. 577.

C. foliis laevissimis glabris integerrimis immaculatis epunctatis, inferioribus spathulatis, superioribus cordato-ovatis oblongisve obtusis, corollae tubo infundibuliformi, limbi quinquepartiti dentibus ovatis, demum apice recurvatis, filamentis brevissimis.

SYN. Cerinthe glabra *Gaud.* fl. helv., p. 26. *Rchb.* icon. bot., V, p. 40, et fl. exc., p. 340, nec *Mill.*

HAB. inter saxa et frutices parvae insulae *S. Marco* inter *Portorè* et *Veglia*. Fl. flavi, fauce cingulo obscure violaceo. Fl. aprili. ♂. Invenit dom. *Anna Maria Smith.*

OBS. Planta nimis affinis praecedenti, dentibus corollae latioribus brevioribus et recurvis diversa. — Nescio quo casu, planta alpina in scopulum marinum invecta!

Onosma Visianii Clement. videtur differre ab **O. echioide** L. praesertim indumento strigoso-hispidissimo, strigis longis densis rigidis albis, et corollis pubescentibus. Sed probabiliter **Onosma** haec et **O. arenaria** *W. Kit.*, sunt lusus ejusdem **O. echioides** L. ex loco aridissimo aprico. Ad **O. Visianii** *Clem.* citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, p. 64, tab. 110, fig. III, sub **O. arenaria** β **Visianii.** Crescit quoque ad *Maltempo* ins. *Veglia*. Planta basi frutescens.

Vol. II, pag. 244.

Ad **O. stellulatam** *W. Kit.* β **angustifoliam** *Vis.* adde synonimon **O. tenuifolia** *Tausch* in syll. pl. fl. ratisb., 2, p. 246. *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 111, f. 1, et ad var. α, citetur ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 111, f. 2.

Vol. II, pag. 245.

Sub **Lithospermo incrassate** *Guss.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 113, f. II, III, 4-11 (Rhytispermum *Rchb.*). Non solum torus, seu summus apex pedunculi, ut ait cl. *Rchb.* fil., sed totus pedunculus ab ima basi sub flore hujusce plantae incrassatur.

Vol. II, pag. 246.

Sub **Rhytispermo minimo** *Rchb.* fil. vide iconem ejusdem in *Icon. fl. germ.* XVIII, p. 68, tab. 113, f. I, 1-3, et sub **Rh. apulo** ej. iconem l. c., tab. 112, f. III. — Sub **Lithospermo apulo** *Vahl* addatur *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., II, tab. 158.

Vol. II, pag. 247.

Sub **Lithospermo petraeo** *A. DC.* adde synonimon *A. DC.* **Moltkia petraea,** et iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, p. 66, tab. 114, fig. III.

Vol. II, pag. 248.

Ad **Echium parviflorum** *Moench* citetur **E. calycinum** *Viv.* in *Rchb.* fil. in ic. fl. germ., XVIII, tab. 99, f. III, et ad **E. plantagineum** L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 99, fig. I, et IV.

Vol. II, pag. 249.

Ad **Echium pustulatum** *Sibth.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 98, f. I, et ad **Echium italicum** L. citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 97, f. I.

Vol. II, pag. 251.

Ad **Nonneam luteam** *Rchb.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 101, f. II, et ad **N. ventricosam** *Gris.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 100, f. I. Huic postremae probabiliter pertinet **Lycopsis micrantha** mihi adscripta a cl. *Ebel* in zw. tag. auf Montenegro, p. XX. Haec est planta a me accepta de qua loquitur cl. *Bertol.* in fl. ital., II, p. 294.

Vol. II, pag. 252.

Cl. *Reichenhach* fil. in iconibus fl. germ., XVIII, p. 62 refert **Anchusam microcalycem** nostram ad **A. proceram** *Besser*, cui cl. *DC.* in prodr. syst. veg. X,

p. 45-46 jungit **A. leptophyllam** *R.* et *Sch.* et *Rchb.* sub **A. ochroleuca** *Bieb.* Tamen omnes hae plantae a nostra differunt dentibus calycinis obtusis. **Anchusa microcalyx** *Vis.* quoad calices acutos et folia angusta videtur eadem ac vera **A. angustifolia** L. nec aliorum. Characteres omnes, etiamsi parvi momenti, et icones ipsae a Linnaeo citatae, nostrae quoque conveniunt, quapropter plantae nostrae synonima sic ponenda:

Anchusa angustifolia L. sp. pl., ed. II, p. 191.

Syn. A. officinalis L. var. β *DC.*, prodr. X, p. 43. A. arvalis *Rchb.* fl. exc., p. 343, et pl. crit., III, p. 83. A. microcalyx *Vis.* in fl. od. bot. zeit., 1829, erg. bl., p. 8, et fl. dalm., II, p. 259. *DC.*, prodr. X, p. 43. A. procera *Reichb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, p. 62, non Bess.

Icon. *Vis.* fl. dalm., I, tab. XXIII, *a* calyx, *b* corolla aperta, *c* achenium. *Rchb.* fil. l. c., tab. 107, f. I. *Rchb.* pl. crit., III, tab. 297, f. 470, sub A. arvali *Reichb.* fil. ic. fl. germ., l. c., tab. 108, f. II, sub A. officinali L. var. arvalis., et l. c., tab. 107, f. II, sub A. procera sua (nec *Besser*). *Zanon.* istor. bot., fig. XX, *Lobel.* ic. stirp., I, p. 576, fig. 2.

Obs. Planta a *Rchb.* fil. data pro **A. procera** *Bess.* juxta iconem suam, quae nostrae pertinet, a specie Besseriana differt dentibus calycinis acutis. Icon *Mill.* fig. of. plants, I, tab. 72, a *Linnaeo* prius citata, serius ab eodem ommissa fuit, ob habitum quidquam diversum a specie, cujus exhibet specimen cultum racemis brevioribus paucifloris. Calyces steriles in nostra parvi: fructiferi ut in specie. — Confer quae de hac planta scripsit cl. *Bertolonius* in fl. ital., II, p. 287, exclusa tamen icone a *Pohlio* curata, sed a me nec probata nec edita.

Vol. II, pag. 253.

Ante **Anchusam variegatam** *Lehm.* addatur:

Anchusa arvensis *Bieb.* fl. tauro-cauc., I, p. 314. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, p. 63.

A. calloso-hispida, caulibus adscendentibus superne ramosis, foliis lanceolatis subintegris setoso-ciliatis, racemis terminalibus solitariis, calycis campanulati laciniis linearibus corollae tubum superne gibboso-inflexum subaequantibus, limbo subregulari, appendicibus rotundatis villosis, acheniis reticulato-rugosis, marginatis.

SYN. Lycopsis arvensis *L.* sp. pl., ed. II, p. 199. *Host* fl. austr., I, p. 240. *Rchb.* fl. exc., p. 342.

ICON. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 109, f. 1. *Schkuhr* bot. handb. I, tab. XXXI. *Oed.* fl. dan., III, tab. 435. *Engl.* bot. ed. III, tab. MCXI.

HAB. circa *Cattaro*, sed rara: ibidem legit rev. *Huter.* Fl. coerulei parvi. Fl. aestate. ⊙.

OBS. Differt ab **A. variegata** *Lehm.* foliis crebrius callosis, non bullatis, nec repando-dentatis, tubo corollae altius immerso, limbo calyce paullo longiore lobis subaequalibus. In Flora dalmatica corrige caules *simplices* in *ramosos*, et racemum solitarium muta in *racemos cujusque ramuli terminales solitarios.*

Vol. II, pag. 254.

Ad **Myosotidem pusillam** *Lois.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 120, f. III, IV, quae tamen specimen junius nec fructiferum exhibet. — Ad **M. arvensem** *Roth.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 122, f. II, et ad varietatem *β* **intermediam** ejusdem speciei icon *Rchb.* fil. l. c., fig. 1.

Vol. II, pag. 255.

Ad **Symphytum bulbosum** *Schimp.* adde iconem optimam *Rchb.* fil. l. c., tab. 104, f. II.

Vol. II, pag. 257.

Adde iconem *Erythreae spicatae* ex *Rchb.* fil. l. c., XVIII, tab. 20, fig. IV, et **E. maritimae** ex *Rchb.* fil. l. c. ibid. f. VI. — **Erythraea Centaurium** *β* **capitata** *Tausch* in Syll. plant. Soc. ratisb., p. 247, nil nisi forma macrior et contracta speciei. — **E. tenuiflora** *Link* a cl. *Tausch* in Dalmatia indicata in syll. loc. cit., mihi adhuc invisa.

Vol. II, pag. 258.

Gentiana lutea L. crescit quoque in monte *Orien.*

Vol. II, pag. 259.

Ad **G. ciliatam** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 20, f. 1: ad **G. utriculosam** L. citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 8, f. IV, et locum *Orien*: ad **G. nivalem** L. ibid., tab. 8, f. III: ad **G. asclepiadeam** L. ibidem, tab. 11, fig. I. **Gentiana verna** L. oritur etiam in monte *Orien.*

Vol. II, pag. 261.

Ad **Chloram perfoliatam** L. citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., 17, tab. XIX, fig. I, pro specie, et fig. II, pro varietate β.

Vol. III, pag. 2.

Sub **Cynancho acuto** L. conjungo **C. monspeliacum** L. ab illo non differens nisi caulibus foliisque minoribus. Cfr. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVII, tab. 92, fig. I et II.

Vol. III, pag. 2.

Huc addenda synonima et icones **Vincetoxici fuscati** *Lk. Rchb.* fil. l. c., XVII, p. 17, et tab. 28, fig. II, nec non **V. contiguum** *Gren.* et *Godr.* fl. fr. II, p. 480, *Rchb.* fil. l. c., tab. 27, f. I. **Cynanchum contiguum** *Koch* syn. fl. germ., ed. II, vol. II, p. 556, in insulae *Lossino* scopulo *Zubordarski* a cl. *Tommasinio* lectum et a *Rchb.* fil. indicatum, et demum in *Biokovo* a *Th. Pichler*, ex speciminibus mihi communicatis. Post hoc addas:

Vincetoxicum Huteri *Vis.* et *Aschers.* beitr. z. fl. Dalmat. in oesterr. bot. zeitschr., n.° 3, Jahrg. 1869, p. 65.

V. subvolubile, foliis subcordato-ovatis oblongisve, corollis supra villosulis, coronae decemlobae lobis late breviterque triangularibus subaequalibus, apice inflexis.

Icon. Fl. dalm. suppl. tab. VII, f. I. A, planta: B flos integer externe visus: C. idem interne visus: D, id. abscissis involucris e facie visus, et in hac sub n.° 1, corona staminea quinqueloba, sub n.° 2, stamina quinque con-

nectivo-subrotundo, sub n.° 3, pistillum. — E, corona staminea cum gynostegio: F. gynostegium sine corona staminea: G. corona staminea sine gynostegio.

Hab. in montibus calcareis supra *Risano* ad viam versus *Czerkviza*, ubi invenit *Robertus Huter* ad alt. 2-3000 ped., Junio, et in *Krivoscie* sopra *Cattaro* ubi jam viderat *Tommasinius* et serius legerat fructiferam Julio *Th. Pichler*. Flores fulvo-viriduli. ♃.

Descr. Caulis unifariam pilosus. Folia media e basi cordato-ovata, superiora e basi obtusa integra aut vix cuneata lanceolata, omnia acuta, subtus pallidiora venosa, novellis ad nervos ac petiolos villosulis. Florum cymae subumbellatae pedunculatae decem-pluriflorae villosulae. Calycis laciniae profunde quinquepartitae lanceolatae acutae patulae, margine villosulae. Corollae rotatae quinquepartitae lacinias calycinas bis-terque superantes, lanceolatae obtusae, apice callosae, extus glabrae, intus dense villosulae, faucem versus glabrescentes. Corona staminea calyce brevior subcylindrica scutellaeformis, lobis quinis late triangularibus crassis apice incurvis, cum totidem subaequalibus alternantibus, unde corona decemloba gynostegii dodrantem aequans. Folliculi 1-2 lanceolato-subulati laeves, glabri pedunculati, a basi ad medium ventricosi, 5-6 centim. longi, 5-8 millim. lati: semina elliptica plana alato-marginata, coma umbilicali (arillo) sericea.

Obs. Affine **V. officinarum** *Mch.* **V. medio** *Dcne*, et **Cynancho fuscato** *Link*, sed ab hisce differt corollis intus villosis, et colore florum flavo-viridulo. Corollarum villo magis convenit cum **V. nigro** *Mnch.*, sed distat corona staminea decemloba, nec quinqueloba denticulis minimis interjectis; corollae lobis longioribus angustioribus, et ejusdem colore flavo-viridulo, nec nigro ut in illo. — Quoad caeteras species nostrae minus affines ut **V. canescens** *Dcne*, **V. speciosum** et **V. Tmoleum** *Boiss.*, **V. triste** *Asch.* et **V. undulatum** *Heldr.* confer differentias expositas a cl. *Aschers.* in Oest. bot. zeit., 1869, n.° 3, p. 68. Omnes tamen hae plantae in vivo iterum iterumque explorandae, ut earumden distinctio specifica, si qua est, evidentius appareat. Quod magis efflagitandum postquam loborum coronae stamineae variationes in ipso **V. officinali** *Moench*, jam a memetipso notatas in Flora dalmatica, III, p. 3, novis observationibus confirmavit cl. *Irmisch* in Verhandl. d. bot. ver. für. Brandb., I, p. 41, 39, cum tab.

Nomen **Asclepiadis albae** *Mill.* gard. dict. (1768), quae **Asclepias flore albo**

C. Bauh. pin., p. 303, et *Mill.* fig. of. pl., tab. 53, f. 2, est nomen specificum antiquius hujusce plantae, ex tempore in quo nomen **Vincetoxicum** usurpatum fuit a *Moenchio* pro novo genere ab ipso instituto. Hinc non immerito cl. *Ascherson* proposuit nomen **V. officinalis** *Moench* meth. pl., p. 717 (nec 317), 1794, mutandum esse in **V. album** *Asch.*

Vol. III, pag. 3.

Ad **Gomphocarpum fruticosum** *R. Br.* addas hanc plantam crescere quoque prope *Cuçiste* in peninsula *Sabbioncello*, ubi inventa a cl. *Emmanuele Weiss.*

Vol. III, pag. 4.

Ad **Nerium Oleander** L. adde locum *Stagno* in aquosis.

Vol. III, pag. 5-6.

Ad **Galium purpureum** L. citetur icon *Rchb.* f. ic. fl. germ., XVII, tab. 142, f. II, et tab. 154, f. IV: ad **G. erectum** *Huds.* ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 137, f. II: ad **G. erectum** β **lucidum** ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 140, f. II, sub **G. corrudaefolio** *Vill.*

Vol. III, pag. 6.

Ad **Galium aureum** *Vis.* citetur icon *Rchb.* f. l. c., tab. 137, f. III, p. 98, ubi excludas synonimon **G. rupestris** *Vis.* in *Almissa* a *Fleischero* lectum, quod pertinet **Asperulae scutellari** *Vis.* ex loco. Habitat quoque **Galium aureum** *Vis.* circa *Cattaro* ad rupes ab *Hutero* inventum. — Nomen **G. aurei** *Vis.* locum cedat antiquiori nomini **G. firmi** *Tausch* in fl. od. bot. zeit., XIV, p. 229, cui igitur adscribenda synonima **G. aurei** *Vis.*, **G. rupestris** *DC.*, prodr. IV, p. 603, nec *Vis.*, **G. lucidi** β **chrysococci** *C. Koch* in Linnaea, 1843, p. 32. **G. firmi** et **aurei** *Maly* en. pl. austr., p. 162. — Crescit quoque circa *Clissa*.

Vol. III, pag. 7.

Ad **Galium sylvaticum** L. citetur icon *Rchb.* f. l. c., tab. 138, f. 2, cui subjungenda var. β **laevigata:** foliis majoribus late linearibus acutis.— Syn. **G. laevigatum** L. sp. pl., ed. II, p. 1667. **G. linifolium** *Lam.* dict. enc., II, p. 578. **G. aristatum** *Host.* fl. austr., I, p. 202. *Reichb.* fl. exc., p. 209. *Sm.* engl. bot. suppl. — *Icon. Rchb.* fil. l. c., tab. 139, f. I, II. *Boccon.* mus. piant., tab. 75, fig. sinistr. — *Hab.* in umbrosis castaneti ad *Stòlivo* prope *Cattaro.* Fl. albi. Fl. aestate ♃.

Ad **Galium pusillum** fl. dalm. citetur *Rchb.* fil. l. c., XVII, tab. 142, f. III, sub **G. sylvestre** Poll. et tab. 143, f. I, II, III, sub **G. pumilo** *Lam.* — Ad **G. palustre** β **hexaphyllum** fl. dalm., cit. ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 146, fig. III.

Vol. III, pag. 8.

Ad **Galium setaceum** *Lam.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 145, f. I, et ad **G. parisiense** α **trichocarpum** *Tsch.* ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 145, f. IV, et locum circa *Salona*, ad β **lejocarpum** *Tsch* ic. *Rchb.* f. l. c., fig. V, et ad var. γ **divaricatum** *Vis.* ic. *Rchb.* f. l. c., fig. II.

Vol. III, pag. 9.

Ad **Galium pedemontanum** *All.* citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., tab. 134, fig. III.

Vol. III, pag. 10.

Ad **Galium murale** *All.* addatur icon *Rchb.* f. l. c., tab. 141, fig. I, et locus natalis in ins. *Veglia*, et ad **Asperulam arvensem** L. ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 126, f. II.

Vol. III, pag. 11.

Post **Asperulam arvensem** L. addatur:

Asperula laevigata L. mant. pl., p. 38. *Rchb.* fl. exc., p. 205.

A. glabra, foliis quaternis ellipticis obtusis reticulato-venosis, margine scabris, floralibus minoribus subgeminis, ramis divaricatis subtrifidis, floribus cymoso-corymbosis, fructibus glabris ruguloso-scrobiculatis.

ICON. *Rchb.* f. l. c., XVII, tab. 127. *Moris* hist. pl., III, sect. IX, tab. 21, fig. 4.

HAB. ad sepes inter *Valle Artatorre* et *Chiunchi* insulae *Lossino*, ubi legit cl. *Tommasini.* Fl. albi. Fl. Junio ♃.

OBS. Foveolae fructus rugis divisae, tantum sub microscopio visibiles.

Vol. III, pag. 11.

Ad **Asperulam cynanchicam** L. adde iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 130, f. I, quae typum speciei exhibet: ad var. β **longifloram** *Vis.* ic. *Rchb.* f. l. c., fig. II, III: ad var. γ **canescentem** *Vis.* ic. *Rchb.* f. l. c. tab. 132, fig. II. — Corollae lobi in hac specie variant nunc omnes integri, nunc unus alterve apice bifidus, ut scripsi in Flora, sed segmenta haec loborum rudius delineavit pictor in tabula XXV, fig. 2, sub litt. *b*, *d*, nimis longa et recurva, et in omnibus lobis, quod falsum. — Ad **Asperulam Stalianam** *Vis.* citetur synonimon **A. cynanchicae** var. ε **Stalianae** *Rchb.* fil. l. c., p. 91, tab. 131, f. III, qui plantam nostram ab **A. cynanchica** L. non distinguit. Equidem glaucedo et crassities plantae aliquid diversi portendunt, sed hae notae forsan a statione maritima repetendae.

Vol. III, pag. 12.

Ad **Asperulam scutellarem** *Vis.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., XVII, tab. 126, fig. III, et ad **Crucianellam monspeliacam** L. adde synonimon **C. latifoliae** L. sp. pl., ed. II, p. 150, et *Rchb.* fil. l. c., tab. 126, f. I.

Vol. III, pag. 13.

Ad **Putoriam calabricam** *Pers.* addatur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 131, f. I, 1-3, et locus ins. *Lacroma* contra *Ragusa* ad muros.

Vol. III, pag. 14.

Ad **Rubiae peregrinae** L. formam foliis ellipticis praeditam referri debet **Rubia dalmatica** *Scheele* in *Linnaea*, vol. XVII, p. 342, et *Walp.* repert., VI, p. 18, quae **R. peregrina** α **latifolia** *Gren* et *Godr.* fl. fr., II, p. 13, excluso synonimo **R. lucidae** L. Haec ex icone *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., II, tab. 142, et specimine graeco ex insula *Chio*, habitu multo minore et foliis elliptico-oblongis brevioribus parvis, videtur diversa, nec talem formam unquam vidi in planta apud nos vulgatissima, nec transitum ullum a **R. peregrina** L. ad **R. lucidam** fl. gr. observavi. Confer etiam de hac re cl. *Bertol.* fl., vol. II, p. 148. Ad formam angustifoliam pertinet icon *Rchb.* fil. l. c., fig. IV.

Vol. III, pag. 16.

Ad **Viburnum Tinus** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., XVII, tab. 119, fig. II, III, ad **V. Lantana** L. (quod variat foliorum dorso cano-tomentoso, et est **V. Lantana** β **discolor** *Huter* herb! ex *Montenegro*) id. ib., tab. 120, fig. I, II; et ad **V. Opulus** L. id. ib., fig. III, IV.

Vol. III, pag. 17.

Ad **Loniceram implexam** *Ait.* adde iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVII, tab. 122, f. IV; ad **L. etruscam** *Sant.* iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 121, f. V; ad **L. Xylosteum** L. iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 123, f. I, II, et ad **L. coeruleam** L. iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 124, f. I. — Ad ea quae scripsi in Flora dalmatica de **L. glutinosa** *Vis.*, cujus flores adhuc non videram, addenda sequentia. — Flores axillares oppositi, pedunculis folio triplo longioribus bifloris: bracteis binis linearibus ovario paullo longioribus, sed fructu maturo subrotundo vix emarginato, ob apices earum deciduos, breviori-bus; corollae tubo cylindraceo limbum alte quinquelobum subsuperante: limbi laciniis oblongo-linearibus, inferiore deflexa: staminibus exsertis basi hirsutis, antheris linearibus dorso affixis. — Species **L. alpigenae** L. similis, quae tamen habitu grandiore, foliis majoribus, et praecipue gla-

britie partium (cum in hac pubes adsit tantummodo in margine et nervis foliorum) nec non glutinis defectu et bacca apice profunda bifida, distinguenda. Inventa etiam in monte *Bielagora* montium *Orien* a *Fr. Maly*. — *Icon. Vis.* fl. dalm. suppl., tab. IV, f. 1, *a* fragmentum folii multo auctum; *b* pedunculus biflorus, *c* bacca.

Vol II, pag. 28.

Post **Eryngium creticum** *Lam.* adde:

Eryngium dichotomum *Desf.* fl. atl. 1, p. 226. DC., prodr. IV, p. 90-91. *Bertol.* fl. ital., 4, p. 106.

E. superne amethystinum, foliis inferioribus cordato-oblongis petiolatis serratis, apice rotundatis, caulinis sessilibus subpalmato-partitis, rariter spinuloso-dentatis, patulis, caule ramosissimo divaricato, involucri foliolis quinis lineari-lanceolatis basi uni-bidentatis capitula globosa pedunculata excedentibus, paleis externis tricuspidatis, interioribus lanceolato-linearibus indivisis.

Icon. *Desf.* fl. atl. 1, tab. 55. *Mont.* in *Zanon.* hist. tab. 74. *Moris* hist. pl., sect. 7, tab. 37, f. 13.

Hab. in siccis circa *Spalato*, ubi detexit *Th. Pichler.* Fl. Julio ♃.

Obs. Foliis exceptis, praecedenti simillimum.

Vol. III, pag. 30.

Ad **Holosciadium nodiflorum** *Koch* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 15, et ad **H. repens** Koch citetur *Rchb.* f. l. c., tab. XIV, f. III sub *Apio*.

Ad **Ptychotidem verticillatam** *DC.* citetur synonimon **Petroselinum ammoides** *Rchb.* fil. l., p. 11, tab. 17, f. I, opt.

Vol. III, pag. 32.

Ad **Bunium ferulaceum** *Sm.* citetur *Rchb.* fil. l., tab. 34 fig. opt.; ad **B. divaricatum** *Bertol.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 35, f. I, II, et loca natalia in M. *Sella* supra *Cattaro*, et ad radices montis *Orien*; ad **B. alpinum** *W. et Kit.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 35, f. III, opt.

Vol. III, pag. 34.

Ad **Pimpinellae Saxifragae** varietatem β **nigram** citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 28, f. II, et ad var. γ **dissectam** f. III, IV, V; ad **P. Tragium** *Vill.* cit. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 26; ad **P. peregrinam** L. citetur ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 25.

Vol. III, pag. 35.

Ad **Sium latifolium** L. citetur ic. *Rchb.* fil. l. c., tab. 36, et addatur locus natalis circa *Ragusa*; ad **S. angustifolium** cit. ic. *Rchb.* fil l. c., tab. 37, sub *Berula;* ad **Bupleurum Kargli** *Vis.* subjunge locum natalem mons *Lovçen* supra *Cattaro* ubi legit *Th. Pichler*: dein iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 48, f. I, II, bona, et corr. in fl. dalm. *Vella Paklenija* in *Vella Pakleniza*:

var. β **longepetiolatum:** robustius, foliis inferioribus obverse lanceolatis longissime petiolatis. — *Syn.* B. longepetiolatum *Weiss.* flor. Aus. Istr. Dalm. u. Alban. in Verh. zool. bot. Ges. Wien. Jun. 1866, B. longiradiatum *Weiss* in litt. *Hab.* in monte *Radostak* prope *Meljne* inter *Castelnovo* et *Cattaro*, ubi invenit doct. *E. Weiss.*

Obs. Planta cujus unicum specimen a cl. inventore, heu recens scientiae praerepto, communicatum, datum fuit comparare cum **B. Kargli,** ab hoc non differt nec radiis, nec involucris, nec petalis, nec fructibus: caulis rami in hoc quoque graciles, divaricati, et nudi ut in illo.

Ad **B. aristatum** *Bartl.* addatur:

var. β **contracta**: pusillum (5-10 cent.), pulvinatum, caulibus ramisque contractis, floribus conglobatis. — Icon. *Rchb.* fil. l.c., tab. 47, f. II. — Hab. in monte *Mossor* Dalmatiae, ubi irregularem hanc formam legit et communicavit *Fr. Maly.* Fl. aestate ⊙.

Post adde:

Bupleurum Odontites *L.* sp., pl. 1, p. 432, *Rchb.* fl. exc., p. 479.

B. caule erecto ramoso, foliis linearibus trinerviis sessilibus, umbellis 3-5 radiatis, involucro utroque pentaphyllo, involucri foliolis lineari-lanceolatis cuspidatis hyalinis trinerviis, nervo medio venoso, lateralibus subaveniis, pedicellis valde inaequalibus fructu longioribus.

Icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 47, f. 1. *Rchb.* pl. crit., II, tab. 310. *Jacq.* h. vind., III, tab. 91.

Hab. in saxosis apricis prope *Cittavecchia* in ins. *Lesina*, unde misit *Petrus Nisiteo*. Fl. aestate. Fl. luteoli ⊙.

Vol. III, pag. 36.

Ad **Bupleurum exaltatum** *Bieb.* citetur icon *Rchb.* fil. ic. fl. germ., 21, tab. 43, sub **B. gramineo** *Vill.*

Vol. III, pag. 37.

Ad **Bupleurum tenuissimum** L. addatur locus natalis *Lossin.*

Vol. III, pag. 37.

Ad **Bupleurum protractum** LK. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., 21, tab. 39, f. I, quae crescit quoque in ins. *Veglia.*

Vol. III, pag. 38.

Ad **Oenanthen silaifoliam** *Bieb.* cit. icon. *Rchb.* fil. l. c., 21, tab. 52, et ad **O. marginatam** *Vis.* cit. *Rchb.* fil. l. c., p. 27, tab. 53, f. II.

Vol. III, pag. 40.

Ad **Ridolfiam segetum** *Mor.* citetur ic. *Rchb.* f. l. c., p. 38, tab. 91, f. II.

Vol. III, pag. 40-41.

Ad **Seseli tomentosum** adde synonimon **Cyathoselinum** *Benth.* et *Hook.* gen. pl. I, p. 870 et 912, et icon. *Rchb.* fil. l. c., p. 32, tab. 73. Genus novum supra hanc plantam a cl. *Benthamio* conditum non differt a **Seseli** nisi fructu parum compresso et jugis quidquam prominulis ut in **Ligustico**: sed etiam in **Seseli** aliquando fructus compressiusculus cernitur jugisque elatioribus

praeditus, e. gr. in **Seseli vario, S. montano, S. Tommasinii** *Rchb.*, quod notarum harum insufficientiam probat pro planta nostra a **Seseli** sejungenda, cujus generi et praesertim ejusdem sectioni **Hippomarathum** cum habitu, tum foliis, tum involucello pelviformi arctissime copulatur. — Ad **Seseli tomentosum** retulit cl. *Gussoneus* folium unicum in herb. Linneano adhuc obvium sub nomine **Ferulae communis**: sed hoc folium pertinet potius **Peucedano longifolio** *Waldst.* et *Kit.* De hac re fusius disserui in *Osserv. sull'erbario di Linneo* in Nuovo Giorn. bot. ital. 1870, p. 213.

Vol. III, pag. 41.

Ad **Seseli globiferum** adde icon. *Rchb.* fil. l. c., p. 30, tab. 69, et ad **S. varium** *Trev.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., p. 35, tab. 61, opt. Quoad primum cfr. *Vis. Osserv. sull' erbar. Linn.* Fir. 1870, in N. Giorn. bot. ital., p. 218, ubi invenies eamdem plantam extitisse jam a Linnaei tempore in ipsius herbario, etsi ab eo innominatam.

Vol. III, pag. 42.

Ad **Seseli montanum** fl. dalm. haec addas: *Syn.* **S. Tommasinii** *Rchb.* fil. l. c., p. 34, tab. 204, et icon **S. montani.** Ad **Seseli multicaule** *Jacq.* adde iconem in hort. vind., II, tab. 129, ib., tab. 64. Non differt **S. Tommasinii** *Rchb.* a **S. montano** L. nec radiis inaequalibus, qui interdum tales vidi et in isto, nec latitudine vallecularum, quae variant angustissima etiam in illo. Habitat quoque in *Castel di Cattaro*, et ins. *Veglia.*

Vol. III, pag. 43.

Ad **Seseli elatum** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 63, et ad **S. tortuesum** L. iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 65, optima. Post **S. elatum** addas:

Seseli coloratum *Ehrh.* herb., p. 113, β **minus** Wallr. sched. crit., p. 124.

S. glauco-cinereum, caule pumilo striato simplici, puberulo, foliis circuitu ellipticis bi-pinnatipartitis, petiolis vaginantibus, foliolis tripartitis, utrinque bisulcis, umbellae involucro monophyllo aut nullo, radiis aequalibus pubescentibus, involucelli polyphylli foliolis late lanceolatis margine membranaceo ciliato-serulatis acuminatis, radice perenni.

HAB. in monte *Malovan* catenae montium *Vellebit* in Dalmatia, ubi legit specimen immaturum *Fr. Maly*. Flor. Jun. Flores rubelli ♃.

OBS. Ad **S. carvifolium** *Vill.* ex icone *Rchb.* fil. l. c., p. 33, tab. 68, multum accedens, quod istius plantae conjunctionem cum **S. colorato** *Ehrhr.* magis magisque confirmat.

Vol. III, pag. 43.

Pro Athanantha Libanotide fl. dalm. ponatur:

Athamantha Libanotis L. sp. pl., ed. II, p. 351. *Host* fl. austr., 1, p. 362.

var. *β* **nitida**: foliis nitidis, laciniis falcatis.

SYN. **Libanotis nitens** *Vis.* Sereli nitidum *Rchb.* f. l. c., p. 36.

ICON. *Vis.* fl. dalm., tab. XXVIII, *Rchb.* f. l. c., tab. 76. — Crescit cum specie.

Vol. III, pag. 44.

Ad **Libanotidem auream** *Vis.* adde icon. *Rchb.* f. l. c., tab. 94, f. 1, sub **Athamanta**, p. 42.

Ad **Portenschlagiam ramosissimam** *Vis.* icon. *Rchb.* f. l. c., tab. 86.

Vol. III, pag. 46.

Cnidium apioides *Spr.* crescit quoque ad *Mal tempo* ins. *Veglia*, et huic pertinet icon *Rchb.* f. l. c., tab. 81.

Vol. III, pag. 46.

Ad **Ligusticum Seguierii** *Koch* adde iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 85.

Vol. III, pag. 48.

Ad **Ferulam communem** fl. dalm. sic corrige:

Ferula Lobeliana *Vis. Osserv. sull' erb. Linn.* in N. Giorn. bot. ital., 1870, p. 213-16.

SYN. F. communis *DC.*, prodr. IV, p. 172, *Vis.* fl. dalm., III, p. 48, et auct.

non L. erb. nec diagn. in sp. pl. F. nodiflora *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., prodr. 1, p. 100, et fl. gr., III, p. 79, non *Jacq.* F. neapolitana *Ten.* fl. nap., III, p. 340.

ICON. Ferula *Lob.* pl. s. stirp. hist., p. 450, f. 2 (1576), et Icon. stirp., p. 778, f. 2 (ead.), *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., III, tab. 279. *Tenor.* fl. nap., tab. 132, *Rchb.* fil., XXI, tab. 104 et 145, 1-5.

OBS. De hac specie admodum controversa confer observationes a memetipso institutas et loco citato editas, ex quibus evincitur **Ferulam communem** herbarii linnaeani et ipsius sp. pl. non esse **Ferulam,** sed ex unico folio **Peucedani longifolii,** W. K. erronee conflatam. — **Ferulae glaucae** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 103; ad **Ferulam Ferulaginem** L. iconem *Rchb.* l. c., tab. 107, et ad **F. sylvaticam** *Bess.* ic. *Rchb.* l. c., tab. 106.

Vol. III, pag. 49.

Quoad **Taeniopetalum** *Vis.* nec *Bunge* haec observes. A **Peucedanis** differt epicarpio crasso vittas occultante, papulis minimis convexis dense punctato cinerascente, nec non petalis vittis linearibus pictis, graphides lichenosas fere aemulantibus. Cl. *Rchb.* fil. bonam iconem praebuit sub tab. 116, f. II, III, IV, 2-7, quamquam in textu genus nostrum reduxerit, et **Peucedanum Neumayeri** appellaverit. Sententiam suam secuti sunt cell. *Bentham* et *Hooher* in gen., pl. I, p. 919. Genus homonymon a cl. *Bunge* conditum supra **Peucedanum alsaticum** L. in *Rel. Lehmann.* ab ipso editis et illustratis (Acad. de Petersb. mem. de sav. étr., VII, p. 303), a Peucedanis veris non differt. — *Icon. Rchb.* fil. l. c., tab. 116, bona quoad fructum et petalum, non bene foliorum apices pingit, quae in planta obtusi sunt, sed abrupte mucronati, nec acuminati.

Vol. III, pag. 51.

Peucedanum Petteri *Vis.* Hujus plantae nomen genericum si cl. *Rchb.* patri indubie spectat, specificum a memetipso illi cum planta communicatum nullo jure deleri poterat ut novo nomini locum cederet: hinc botanicis posterioribus hac de causa neglectum. — Huic iconem addas *Rchb.* fil. l. c., tab. 108.

Radii umbellae saepissime laeves, sed interdum scabriusculi. — **Peucedano longifolio** *W. K.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. III, f. II, III, et observationem, in herbario Linnaeano extare folium hujusce plantae foliolis longioribus praeditum (quod jam variare dixi in hac planta) sub nomine **Ferulae communis** (Vid. Vis. *Osserv. sull' erb. Linn.*, p. 213, in Nuov. giorn. bot. ital. 1870).

Ad **Peucedanum Chabraei** β **selinoides** fl. dalm. praeponas nomen antiquius **P. carvifolii** *Vill.* hist. des pl. dauph., II, p. 230, β selinoides in *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XXI, p. 59, et addas iconem *Rchb.* fil. l. c., 113, f. II.

Vol. III, pag. 54.

Ad **Heracleum Pollinianum** *Bertol.* adde iconem *Rchb.* f. l. c., XXI, f. 135.

Vol. III, pag. 56.

Ad **Laserpitium Gaudinii** *Moretti* in fl. dalm. praeponas nomen **L. marginati** *W. Kit.* pl. rar. hung., II, p. 210, a quo non differt, nam foliolum terminale variat basi cuneatum, vel obtusum, vel emarginatum in utroque, nec caeteri characteres constant. Addas iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 146 et 147.

Vol. III, pag. 57.

Ad **Daucum maximum** *Desf.* citetur icon optima *Rchb.* fil. l. c., tab. 162. Ad **D. setulosum** *Guss.* citetur icon *Guss.* in pl. inarim., tab. IV, *Rchb.* fil. l. c., tab. 158; ad **D. Gingidium** β **latilobum** cit. ic. *Rchb.* l. c., tab. 205, f. 3, sub **D. Gingidio**, et ad γ **angustilobum** ic. *Rchb.* l. c., tab. 160, sub **D. maritimo** *Lam.*

Vol. III, pag. 58.

Ad **Daucum mauritanicum** L. citetur bona icon *Rchb.* f. l. c., tab. 164, sub **D. hispido**, non *Desf.* Petala exsiccatione flava, basi macula sanguinea notata.

Vol. III, pag. 60.

Ad **Caucalidem leptophyllam** L. adde synonimon et iconem **Torilis leptophyllae** *Rchb.* fil. l. c., tab. 169: ad **Turgeniam latifoliam** *Hoffm.* cit. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 168.

Vol. III, pag. 61.

Ad **Torilidem infestam** β fl. dalm. citetur icon *Rchb.* l. c., 167, f. II, sub **T. helvetica** var. **heterophylla.**

Vol. III, pag. 63.

Ad **Scandicem grandifloram** L. cit. icon *Rchb.* l. c., tab. 189, f. II.

Vol. III, pag. 64.

Sub **Anthrisco fumarioide** *W. Kit.* citetur icon *Rchb.* f. l. c., tab. 186, et sub var. β **latiloba**, addatur synonimon **A. siculae** *DC.*, prodr. IV, p. 223. Chaerophyllum siculum *Guss.* fl. sic. prodr., I, p. 352. Foliorum partitio profundior vel levior, segmentis longioribus brevioribusve, et fructus magis minusve muriculati transeunt ab una in alteram plantam, nec eas specifice distinguere sinunt. — Oritur et varietas cum specie in *Vellebit* ad *Sveto Brdo.*

Ad **A. Cerefolium** *Hoffm.* citetur icon *Rchb.* f. l. c., tab. 187, f. I-III, 1-11, et ad **A. trichospermam** *Schult*, icon *Rchb.* f. l. c., f. IV, 12, sub **A. Cerefolio** var. **trichosperma**, a qua non differt nisi fructu hirsuto aut muriculato.

Vol. III, pag. 65.

Ad **Physocaulem nodosum** *Tausch* adde icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 174; et ad **Chaerophyllum laevigatum** *Vis.* adde icon *Rchb.* l. c., tab. 210, f. 2.

Vol. III, pag. 66.

Ad **Freyeram Biasolettianam** *Rchb.* praeponas nomen a *Grisebachio* datum, **Freyerae cynapioidis**, utpote quod ex primitivo nomine desumptum *Gussonea* suae plantae imposito **Myrrhidis cynapiodis** *Guss.* pl. var., p. 127 (1826). Adde synonimon **Freyerae tuberosae** *Rchb.* in *Rchb.* fil. l. c., fl. germ., XXI, p. 92, tab. 173. Adde etiam locum natalem mons *Beliak* in catena montium *Mossor.* et corr. sphalma typographicum *nectari illinitum* lin. ult. *nectare illinitum.*

Vol. III, pag. 68.

Ad **Prangos ferulaceam** *Lindl.* citetur icon *Rchb.* f. l. c., p. 96, t. 199, et ad **Smynium Olusatrun** L. icon. ej. ib., t. 199, ad **Sm. rotundifolium** *Mill.* icon. ib., t. 196, et ad **Sm. perfoliatum** L. ib. tab. 195.

Vol. III, pag. 69.

Pro **Alschingeram verticillatam** *Vis.*, ponas **Physospermum verticillatum** *Vis.* fl. dalm., III, p. 358. *Rchb.* f. ic. fl. germ., XXI, p. 97, cum diagnosi:

A. caule angulato-sulcato, foliis inferioribus bi-triternato pinnati partitis, margine subtusque scabris, segmentis late ovatis grosse serratis, basi cuneatis integris, dentibus ovatis, mucronatis, superioribus ternato-partitis, floralibus ligulatis integris, umbella centrali prolifera.

Syn. Physospermum acteaefolium *Presl* del. prag., p. 128. *Guss.* prodr. fl. ic. I, p. 355. Ph. angelicaefolium *Guss.* l. c., I, p. 356. Laserpitium verticillatum *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., II, p. 186. *Host* fl. austr., I, p. 371. *Rchb.* fl. exc., p. 551. *Koch* syn. fl. germ., ed. II, p. 1025, in add. Alschingera verticillata *Vis.* fl. dalm., III, p. 69.

Icon. *Waldst.* et *Kit.* l. c., II, tab. 171. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XXI, tab. 198.

Obs. Quoad emendationem characteris generici *Physospermi,* confer quae scripsi in fl. dalm., III, p. 350.

Vol. III, pag. 70.

Nomen **Scaligeriae creticae** primus pro hac planta designanda proposuit cl. *Boissier* in diagn. pl. or. X, p. 52, quamvis eam antea **Sc. Tournefortii** appellaverit in Diagn. pl. or. in Ann. des sc. nat. 3, ser. II, p. 70. Adde bonam iconem *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XXI, p. 94, tab. 200. — Ad **Biforam testiculatam** *Rchb.* adde iconem *Rchb.* f. l. c., tab. 201, f. I, 1-10, et ad **B. radiantem** *Bieb.* iconem *Reich.* f. l. c., tab. 201, f. II, 11-20.

Vol. III, pag. 75.

Ad loca natalia **Paeoniae corallinae** β corr. **Tulove stine,** et in Obs. lege **corallina** pro **corollina.**

Vol. III, pag. 79.

Huc addendum :

Thalictrum angustifolium L. sp. pl., ed. II, p. 769 ex diagn. et excl. icon. Th. glabrum, caule sulcato, foliorum segmentis lanceolato-linearibus, supremis linearibus integerrimis indivisis trifidisque, subtus glaucescentibus, vaginarum auriculis subdentatis acutis erecto-patulis, petiolis exstipellatis, paniculae ramis floribusque erectis, pedunculis aggregatis, carpellis costatis ovalibus.

Syn. Th. angustifolium β *Koch.* syn. fl. germ., ed. II, p. 6. Th. angustifolium γ variifolium *Rchb.* ic. fl. germ., III, p. 18. Th. Morisoni *Gmel.* fl. bad. 4, p. 422, et *Rchb.* fl. exc., p. 730.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ., l. c., tab. 42. *Moris.* hist. pl. ect. 9, tab. 20, f. 3. rudis.

Hab. in alnetis ad Naronis (Narenta) ostia sparsim, ubi legit cl. *Ascherson.* Fl. pallide flavi. Fl. aestate. ♃

Obs. Diagnosis Linnaeana, foliolis lanceolato-linearibus, nostrum designat, et varietates **stenophyllam** et **laserpitiifoliam** *Koch* prorsus excludit. Icones vero *C. Bauh.* et *Pluken.* a *Linnaeo* citatae varietati stenophyllae, seu **Th. angustifolio** *Jacq.* fl. vind., III, tab. 43, omnino pertinent.

Vol. III, pag. 85.

Sub **R. montano** *W.* referri debet etiam **R. carinthiacus** *Hoppe*, et **R. concinnatus** *Schott.* Primus tamen transit foliorum lobis angustioribus a specie ad varietatem tenuifoliam, in qua lobi longiores lineares: alter sive **R. concinnatus** a **R. montano** nullo modo discrepat. — **Ranunculus Tommasinii** *Rchb.* herb. norm. ab hoc non differt.

Vol. III, pag. 85.

Nomenclatura **Ranunculi Schraderiani** sic reformanda.

Ranunculus parviflorus L. sp. pl., ed. II, vol. I, p. 780. *Host* fl. austr., 2, p. 117, *Rchb.* fl. exc., p. 725. *Vis.* pl. dalm. spec., p. 45.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ., III, f. 4616, cum ic. jam citatis *Plukenetii*, *Raji*, *Morisoni*, et *Oed.* fl. dan., f. 1218.

var. β **chius**: pedunculis fistulosis incrassatis sub fructu conctrictis.

SYN. R. Schraderianus *Fisch.* et *Mey.* ind. IV, sem. h. petrop. 1837, p. 44. *Vis.* fl. dalm., III, p. 86. R. incrassatus *Guss.* syn. fl. sic., II, p. 50. R. chius *DC*, prodr. syst. nat., I, p. 299. *Guss.* en. pl. inarim, p. 4. *Boiss.* fl. orient., p. 54.

ICON. *Guss.* en. pl. inarim, tab. I, fig. 1.

HAB. varietas in asperis circa *Zaton*, *Traù*, *Castelli*, *Spalato*, et in insulis *Brazza* et *Lesina:* species lecta a *Noe* in cultis ins. *Veglia* et *Cherso*, sed forsan mixta cum varietate. Fl. parvi lutei. Fl. vere. ⊙

OBS. Comparatis speciminibus pluribus **R. parviflori** L. et **R. chii** DC. (qui non differt a **R. incrassato** *Guss.* teste ipso auctore) ea non differre vidi alia nota quam pedunculorum crassitie, sed haec quoque variat a subtiliore ad crassiorem, ita ut interdum nullus prorsus adsit limes certus pro hisce plantis discriminandis. Pedunculorum vero longitudo varia, et directio nunc stricta nunc arcuata, in utraque planta promiscue observantur.

Vol. III, pag. 88.

Adde locum natalem **Nigellae damascenae** L. in pratis ad *Voss* insulae *Veglia*.

Vol. III, pag. 89.

Planta hic loci pro **Delphinio Ajaci** L. proposita a **D. orientali** *Gay* in *Desm.* cat. Dord., p. 12, non differt. Sed num hoc postremum a vero **D. Ajaci** L. distingui mereatur omnino dubito. Racemi sunt laxi vel densiusculi in utroque, calcar nunc petalo subaequale nunc brevius, capsula variat sublateraliter sensim (quod evenit in junioribus) mucronata, vel lateraliter abrupte (quod in maturis occurrit); suturae fructus nunc profundiores marginibus crassiusculis, nunc leviores marginibus vix prominulis — In icone *Florae graecae*, VI, tab. 504, quae verum **D. Ajacis** sistit sec. *Boiss.*, sub **Delphinio Consolida** bene exprimitur **D. orientale** *Gay* tum inflorescentia dense spicata, tum fructu abrupte et lateraliter mucronato, suturis bene conspicuis; et in ipsa icone *Rchb.* ic. fl. germ., IV, tab. 4670 **D. Ajacis,** suturae illae crassae delineantur, ut video etiam in fructu dehiscente **D. Ajacis.**

Vol. III, pag. 90.

Quoad diagnosim **D. phrygii** *Boiss.* (cujus adhuc flores non vidi) in ejusd. fl. orient., p. 79. **Delphinium** hoc differt a **D. brevicorni** nostro, praeter alia, calcare petalum aequilongo nec ipso duplo breviore. — V. iconem nostram **D. brevicornis** *Vis.* suppl. fl. dalm., tab. VI, f. 2. — Post hanc speciem adde sequentem:

Delphinium rigidum *DC.* syst. nat., I, p. 344. *Boiss.* fl. orient., I, p. 82. *Weiss* flor. a Istr. u. Dalm. in Verh. zool. bot. ges. Wien 1866, p. 582.

D. velutino-canescens glandulosum, caule superne divaricato ramoso, rigido, ramis adscendentibus, foliis multifide linearibus, floribus laxissimis racemosis paucis, pedunculis florem subaequantibus bractea duplo longioribus, fructiferis erecto-patulis, petalis brevissime unguiculatis sepala subaequantibus, calcare corollam superante, staminibus subexsertis, seminum squamis in plicas membranaceas flexuose circulares subcontinuas dispositis.

Syn. D. exsertum *DC.* l. c., p. 345.

Icon. *Deless.* ic. sel. pl. I, tab. 52 et 53.

Hab. in dumetis inter ad *Umac* et *Zelenika* prope *Meljine* in *Canale di Cattaro*, ubi invenit doct. E. *Weiss*, mense Julio (1865). Fl. pallidi. ⊙.

Vol. III, pag. 92.

Ex **Aquilegia viscosa** *W*. et *Kit*. novam constituit speciem cl. *Schott* sub nomine *A. Kitaibelii*. Sub hoc nomine accepi et cultam vidi in *Vellebit* lectam ab opt. *Maly* in horto imperiali vindobonensi ad *Belvedere* — Datur hujusce plantae var. *minor* foliis floribusve minoribus.

Vol. III, pag. 94.

Post **Polygalam vulgarem** L. addatur:

Polygala monspeliaca L. sp. pl. ed. II, 2, p. 987. *Rchb.* fl. exc., p. 351. *Bertol.* fl. ital., VII, p. 319.

P. foliis imis ellipticis brevioribus sparsis, reliquis anguste lanceolatis linearibusve a basi latioribus, apice acutissimis, floribus terminalibus racemosis, bracteis lateralibus pedicello longioribus aequalibusve, sepalis interioribus elliptico-lanceolatis trinerviis, nervis lateralibus externe medio utrinque venosis, venis apice liberis, petalo inferiore fimbriato, calyce breviore.

Syn. P. glumacea *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., VII, p. 65.

Icon. *DC.* ic. pl. gall., tab. 9. *Lindl.* in *Sibth.* et *Sm.* l. c., tab. 670. *Rchb.* ic. bot., cent. I, tab. 26, f. 578. *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XVIII, tab. 144, f. I. *Bocc.* mus. piant. tav. 99.

Hab. prope urbem *Cattaro*, ubi invenit rev. *Huter*. Fl. aestate. Flor. alb. ⊙.

Polygala Chamaebuxus L. sp. pl., ed. II, f. 989. *Host* fl. austr. II, f. 309, *Rchb.* fl. exc., p. 352.

P. caule fruticuloso decumbente, foliis coriaceis petiolulatis oblongis ellipticisve, floribus axillaribus terminalibusque subsolitariis, bracteis pedicello multo brevioribus, sepalis interioribus obovato-subrotundis, nervis 5-7, lateralibus vix venulosis, nervis venisque liberis, petalo inferiore apice incurvo calloso-dentato.

Icon. *Rchb.* fil. l. c., tab. 150, f. II, III. *Jacq.* fl. austr., III, tab. 233. *Clus.* hist. pl. I, p. 105.

Hab. in sylvaticis cacuminis *Monte Santo* (*Sveto Brdo*) in catena montium *Vellebit*. ubi legit *Jos. Kargl.* Fl. a vere in aestatem. Fl. albi, ochroleuci, vel rosei ♃.

Vol. III, pag. 96.

Ad **Corydalis solidae** *DC.* formam angustifoliam, sive laciniis tenuioribus linearibus praeditam, pertinet **C. tenuis** *Schott.* anal. bot., p. 43, ex inspectione speciminis authentici in herbario *Schott*, nunc ill. *Haynaldi*, a memetipso instituta.

Vol. III, pag. 98.

Fumaria Petteri *Rchb.* et mea discrepat, uti jam dixi, a **F. officinali** L. (a qua non differt specifice **F. media** *Lois.*) fructibus ovoideis latitudine propria longioribus, acutis vel obtusis, sed nunquam subrotundis, truncato-emarginatis et transverse latioribus, quales sunt in supradictis **F. officinali** et **F. media**. Oritur **F. Petteri** *Rchb.* etiam in insula *Pago*.

Post **F. agrariam** *Lag.* inseratur :

Fumaria macrocarpa *Parlat.* pl. nov. (1842), p. 5.

F. caule procumbente, foliis bitripinnato-partitis, segmentis obovatis, laciniis planis oblongo-lanceolatis obtusiusculis apiculatis, sepalis linearibus acuminatis corolla multo angustioribus triploque brevioribus, fructibus maturis globosis vix carinatis obtusis, valde ruguloso-tuberculatis.

HAB. ad *Ragusa* extra *Porta Ploçÿe* ad muros, ubi invenit dom. *Huter*, et *Ascherson*. Flores parvi pallidi. Fructus majusculi illis *Sorghi vulgaris* quidquam majores. Fl. vere. ⊙.

Vol. III, pag. 106.

In herbario dalmatico *Fr. Neumayer* nunc meo invenitur **Euclidium syriacum** *R. Br.* sine loci specialis notitia.

Vol. III, pag. 108.

Varietas β **lejocarpa I. canescentis** *DC.* crescit in rupestribus circa *Almissa:* species in scopulo *Osien* ad ostia Naronis. Ad **Isatidem canescentem** *DC.* junge synonimon **I. tinctoriae** *L.* β **canescens** *Boiss.* fl. orient., I, p. 381, nec ab ipso dissentio.

Vol. III, pag. 109, lin. 39.

Stylo siliculam superante corr. Stylo siliculam prius aequante. — Sub nomine **Capsellae rubellae** *Reut.*, cujus diagnosim frustraq uaesivi, accepi a cl. *Ascherson* duo specimina fructifera ab ipso lecta circa *Ragusa* ad *Lapad*, et circa *Stagno* ad aediculam S. Nicolai, quae tamen a specie ubique vulgatissima et ludibunda non differunt.

Vol. III, pag. 110.

Addatur:

Lepidium perfoliatum L. sp. pl. ed. II, p. 897. *Host* fl. austr., II, p. 233, *Rchb.* fl. exc., p.

L. foliis inferioribus petiolatis pinnatipartitis, laciniis multifidis, superioribus ovatis sessilibus cordato-amplexicaulibus integerrimis, floribus secus ramorum virgatorum apices racemosis, siliculis subrotundo-ellipticis summo apice anguste alatis, stylo lobos subsuperante.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ., II, f. 4217. *Jacq.* fl. austr., IV, tab. 346.

Hab. in hortis oleraceis ins. *Lacroma* contra *Ragusa,* ubi legit et communicavit doct. *Ascherson.* Fl. ochrolemi. Fl. Majo. ⊙.

Vol. III, pag. 110.

Invenit **Hutchinsiam procumbentem** etiam ad *Canidole* cl. *Tommasini.*

Vol. III, pag. 111.

Ad **Iberidem serrulatam** *Vis.* adde locum natale in *Montenegro*, et icon fl. dalm. suppl., tab. VIII, f. 2, litt. *a* folium, *b* silicula, *c* semen, *d* semina ex axe pendula — *Obs.* Flores in alabastro violacei. Folia margine cartilagineo inciso inaequaliter crenulata, potius quam serrulata Stigma saepe indivisum.

Iberis Zanardinii *Vis.*

I. pubescens caule fruticuloso undique foliato, foliis subcarnosis angustissime

lineari-spathulatis acutis integris, pedunculis fructus breviter racemosis, siliculis ellipticis emarginatis, lobis obtusis stylo subaequalibus.

SYN. I. serrulata *Zanard.* herb. non *Vis.*

ICON. *Vis.* fl. dalm. suppl., tab. VII, f. 2 — *a* pl. fructif., *b* silicula acuta, *c* dimidia silicula cum semine parum auctis, *d* semen quadruplo auctum.

HAB. in saxosis apricis ins. *Lesina*, ubi lectam ab egr. *Matthaeo Botteri* communicavit cl. algologus doct. *Joh. Zanardini* ♃.

OBS. Affinis **I. serrulatae** *Vis.*, a qua differt praeter notas in utriusque plantae diagnosi comparandas, seminibus ovalibus immarginatis.

DESCR. Fruticulus 3-4-pollicaris, usque ad flores foliatus, caulibus basi ramulosis, in sicco angulosis, superne pedunculis foliisque puberulis. Folia spiraliter congesta, alternantia, sensim breviora linearia, margine et carina vix cartilaginea integra, apice mucronata, 3-linearia, crassiuscula. Pedunculi erecto-patuli silicula sublongiores. Silicula sesquilinearis elliptica, apice late emarginata, lobis divergentibus obtusis, stylo lobos vix aequante aut breviore, stylo capitato subbilobo.

Vol. III, pag. 114.

Ad **Vesicariam utriculatam** *Lam.* emendes:

Vesicaria graeca *Reut.* in cat. sem. h. genev., 1858. *Boiss.* fl. orient., I, p. 262.

V. caespitosa, basi suffruticosa, foliis concoloribus basi attenuatis, late linearibus, inferioribus oblongo-spathulatis, pilis simplicibus stellatisve, petalorum lamina elliptica, siliculis pedicello erecto-patulo parum longioribus, seminis ala vix ipso angustiore.

SYN. Alyssum utriculatum *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., VII, p. 25. V. Barrelieri *Parlat.* ind. sem. h. flor., 1863.

ICON. *Sibth.* et *Sm.* l. c., VII, tab. 607. *Barrel.* ic. pl. rar., p. 883.

HAB. in praeruptis rupestribus montium *Mossor* et *Biokovo*, supra catarractam fl. *Cettina* ad *Duare*, ad rupes *Bergato* et *Giunchetto* supra *Ragusa*, et in *Monte d'Ossero* ins. *Cherso*. — Fl. lutei majusculi. Fl. aestate ♃.

OBS. Differt a **V. utriculata** *Lam.*, quae foliis gaudet subtus pallidioribus, pedicellis silicula globosa longioribus, petalorum lamina orbiculata, seminum ala angustiore.

Vol. III, pag. 116.

Ad **Alyssum microcarpum** *Vis.* Huc refer **Auriniam mirophysam** *Fenzl.* in catal. sem. h. vindob. 1858, non descriptam.

Vol. III, pag. 117.

Ad **Alyssum nebrodense** *Tin.* adde locum natale *Monti di Stagnevich* in dit. *Butuae* ubi legit doct. *Clementi*, et aufer a var. β **A. argentei** *Vitm.* cui male relatum.

Ad **A. montanum** L. adde locum *Lastva;* ad **A. emarginatum** *Zahlbr.* circa *Ragusa*.

Vol. III, pag. 121.

Ad **Drabam ciliatam** *Scop.* adde locum natale *Monte Santo* (Sveto Bardo) in monte *Vellebit*, et synonimon **Arabidis Scopolianae** *Boiss.* — Ad **Drabam Aizoon** L., cui subjunge synonimon **D. armatae** *Schott* anal. bot., p. 49, addatur var. β **longirostra**: contracta, siliculis glabris stylum subaequantibus — *Syn.* D. longirostra *Schott*, l. c., p. 48.

Vol. III, pag. 124.

Ad **Barbaream vulgarem** *R. Br.* adde locum natale montis *Orien*.

Vol. III, pag. 125.

Ad muros urbis *Ragusa* oritur *var.* fruticulosa **Cheiranthi Cheiri** L., sed ante praeponas genus

AUBRIETIA *Adans.* Fam. nat. II, p. 425.

CHAR. Calyx clausus basi bisaccatus, limbo integro vel retuso. Staminum filamenta dilatato-alata. Silicula oblonga stylo apiculata, seminibus biseriatis pluribus minimis. — *Cl.* Tetradynamia. *Ord.* Siliquosa. *Syst. sex.*

Aubrietia erubescens *Gris.* spic. fl. rum., p. 268. Boiss. fl. orient., I, p. 252.

A. caespitosa cinerascens, foliis ovalibus rhombeisque utrinque subbidentatis, pedunculo calycem bigibbum subaequante, petalis obovatis, filamentis brevioribus obtuse unidentatis, siliculis pube stellata velutinis, apice oblique stylo mucronatis compressis, seminibus obovato-subrotundis.

SYN. A. croatica *Schott.* anal. bot., p. 47.

HAB. in mont. *Malovan* catenae *Vellebit* saxosis. Fl. purpurei. Fl. aestate ♃.

OBS. Ab hac non differt **A. croatica** *Schott* nec pedunculorum longitudine, nec foliis quadridentatis.

Vol. III, pag. 127.

Locum natale addatur **A. muralis** *Bertol.* in monte *Vellebit.*

Post **Arabidem hirsutam** L. et ante **A. Turritam** L. addatur:

Arabis Halleri L. sp. pl., ed. II, p. 929. Host fl. austr., II, p. 274. *Rchb.* fl. exc., p. 678.

A. glabra, foliis petiolatis, inferioribus cordato-subrotundis ovatisve, petiolo nudo aut appendiculato, caulinis ovalibus basi cuneatis, petalis oblongo-obovatis, pedunculis siliquae adscendenti aequilatis, stigmate truncato, seminibus ala discolore latiuscula apice marginatis.

SYN. A. stolonifera et A. Halleri *DC.* Syst., p. 232-33. *Host* fl. austr., II, p. 273-74.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ., II, tab. XXXVI.

HAB. in herbidis ad **Lossin piccolo** ins. *Ossero.* Fl. albi. Fl. aestate ♂.

Arabis neglecta *Schult.* oesterr. fl., II, p. 248 (fide *Neilr.*) *Neilr.* ueb. *Schott.* anal. bot., p. 18.

A. glabra aut superne puberula, foliis radicalibus ellipticis integris lyratisve, caulinis oblongo-lanceolatis, basi anguste attenuatis, caule fractiflexo ramosissimo, pedunculis demum refractis, siliqua torulosa duplo brevioribus dimidio angustioribus, petalis oblongo-obovatis, seminibus ala discolore latiuscula apice marginatis.

SYN. Arabis croatica *Schott.* anal. bot., p. 44.

ICON *Vis.* fl. dalm. suppl., tab. IX, f. 1-2, *a* flos auctus, *b* siliqua, *c* semen, aucta.

HAB. in monte *Vellebit* ad *Lubiçko Bardo*, ubi legit *Fr. Maly*. Fl. albi. Fl. aestate ♂.

OBS. Ex observatione cl. *Neilreich*, **A. croatica** *Schott* eadem est ac **A. neglecta** *Schult.*, quae **A. glareosa** *Schur;* species pedunculis siliquarum demum refractis ab Arabidibus nostris bene distincta.

Vol. III, pag. 128.

A. **Cardamine tholictroide** *All.* β **maritima** excludenda est planta ex monte *Orien*, quae melius ad sequentem referri debet.

Cardamine carnosa *W. Kit.* pl. rar. hung., II, p. 137. *Host* fl. austr., II, p. 255.

C. glauca, foliis infimis subintegris trilobisve, inferioribus bitripartitis, laciniis obverse lanceolatis obtusis, basi cuneatis, siliquis linearibus deflexis, secundis, stylo angusto compresso cuspidatis, seminibus immarginatis.

SYN. Pteroneurum carnosum *DC.* syst. nat., II, p. 270. *Rchb.* fl. exc., p. 676. Cardamine croatica *Schott.* anal. bot., p. 46.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ., II, tab. 4312. *W.* et *Kit.*, II, tab. 125.

HAB. in saxosis rupestribus in summis jugis mont. *Vellebit* ad *Malovan*, et *Orien*, ubi legit *Neumayer;* in mont. *Bielagora* et *Lovçen* ad 5000′, nec non in *Montenegro* ubi a *Fr. Maly* reperta. Fl. albi. Fl. aestate ♂.

OBS. Interdum haec planta in parte superiore pubescit, sed nulla alia nota differt a **C. croatica** glabra, quam vidi in herb. *Schotti.*

Vol. III, pag. 129.

Crescit **Dentaria bulbifera** L. etiam in monte *Orien.*

Vol. III, pag. 132.

Oritur **Sisymbrium Jrio** L. in devexitatibus montis *Svilaja.*

Vol. III, pag. 135.

Ad **Brassicam Botterii** *Vis.* citetur icon Vis. fl. dalm., III, tab. LII, f. 1.

Vol. III, pag. 143.

Post **Ribes rubrum** L. addas:

Ribes alpinum *L.* sp. pl., ed. II, p. 291. *Host* fl. austr., I, p. 309. *Rchb.* fl. exc., p. 562.

R. caule inermi, foliis supra sparse pubescentibus cordato-ovatis trilobis, racemis multifloris erectis, bracteis lanceolatis pedicello longioribus, calycis glabri limbo rotato plano, petalis spathulatis, baccis glabris.

ICON. *Jacq.* fl. austr., I, tab. 47. *Oed.* fl. dan., VI, tab. DCCCCLXVIII.

HAB. in saxosis udis ultra *Njegus*, in *Montenegro*, cum **Anemone apennina** L. Fl. virescentes. Fl. Majo, Junio ♃.

Vol. III, pag. 145.

Ad **Helianthemum vulgare** β **glabratum** fl. dalm., adde locum mont. *Orien.*

Vol. III, pag. 146.

Ad **H. Fumana**, et var. β **majus** adde iconem *Willk.* ic. et descr. pl. hisp., tab. CLXVIII, sub **Fumana**.

Vol. III, pag. 148.

Ad **Cistum salvifolium** L. ejusque varietatem; ad **C. monspeliensem** L., **C. villosum** L. et **C. creticum** L. citentur icones *Willk.* pl. hisp., tab. LXXIX, LXXXI, LXXXII, LXXXIII, LXXXX, I, f. 3. Haec postrema icon exhibet **C. salvifolium** β **corbariensem** fl. dalm. excl. syn. *Pourr.* et aliorum.

Vol. III, pag. 150.

Ad **Violam sylvestrem** *Lam.* adde locum natale prope *Cattaro.*

Vol. III, pag. 151.

Ad var. δ **parvulam** fl. dalm. adde syn. **V. tricoloris** *α* **nanae** DC. prodr. syst. nat., I, p. 304, cum **V. tricolore** *π* **bellioide** jungendae, et haec varietas oritur in *Monte d' Ossero.*

Vol. III, pag. 153.

Ad **Hypericum montanum** L. adde var. *β* **scabrum**: foliis margine et subtus scabris. — *Hab.* in sylvaticis prope urbem *Veglia.*
Huic subjungas:

Hypericum barbatum *Jacq.* fl. austr., III, p. 33. *Host* fl. austr., II, p. 79. *Rchb.* fl. exc., p. 838.

H. caule herbaceo simplici tereti, foliis oblongo-lanceolatis antice attenuatis subtus discoloribus, bracteis anguste lanceolatis sepalisque setaceo-fimbriatis, fimbriis bracteae diametrum bis terve excedentibus, petalis nigro punctatis.

Icon. *Jacq.* fl. austr., III, tab. 259. *Rchb.* ic. fl. germ., VI, tab. CCCXLIX, fig. 5188.

Hab. ad radices montis *Orien*, ubi legere *Huter*, *Pichler* et *Ascherson*, et prope *Czrkviza* in *Montenegro* ubi legit *Th. Pichler.* Fl. flavi. Fl. aestate ♃.

Obs. In fig. *Rchb.* omissae sunt petalorum fimbriae.

Vol. III, pag. 157.

Ad **Polycarpon alsinefolium** DC. adde locum ins. *Meleda.*

Vol. III, pag. 157.

Post *Portulaceas* Juss. addantur:

FRANCACEAE *Vis.*

Flores hermaphroditi regulares. Calyx liber monophyllus tubulosus persistens 4-5 fidus, laciniis aestivatione imbricatis. Corolla petalis 4-5-6 alternantibus hypogynis liberis, aestivatione imbricato-subcontorta. Stamina petalis numero aequalia alternantia hypogyna libera, filamentis sterilibus, uno alterove fertili, antheris extrorsis dorso incumbentibus, longitudinaliter dehiscentibus. Pistillum ovario uniloculari libero, ovulis ad margines valvularum positis, stylis filiformibus superne stigmaticis. Capsula unilocularis calyce tecta, valvis 2-4 introflexis placentas nerviformis gerentibus, seminibus minutis plurimis, embryone recto.

Herbae saepius dichotomae, foliis oppositis fasciculatisque integris, margine saepissime revolutis, exstipulatis.

FRANCA Michel.

Nov. Gen. pl., p. 23.

CHAR. Calyx pentagonus tubulosus quinquedentatus. Corolla pentapetala, petalis intus nectario canaliculato praeditis. Stamina sex. Stigma trifidum laciniis intus puberulis. — *Class.* Hexandria *Ord.* Monogynia *Syst. sex.*

Franca pulverulenta *Vis.*

Fr. foliis obovatis retusis glabris, subtus pulverulentis.

SYN. Frankenia pulverulenta L. sp. pl., ed. II, vol. I, p. 474. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., I, p. 37. *DC.* prodr. syst. nat., I, p. 349.

ICON. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., vol. IV, tab. 344. *Lam.* enc. bot. ill., tab. 263, f. 3. *Zanon* hist. bot., tab. LXVI. *Clus.* hist. pl., libr. 6, p. CLXXXVI.

HAB. in maritimis prope *Convento* ins. *Meleda*, ubi legit pater *L. Sodiro.* Fl. aestate. Fl. rosei ⊙.

OBS. Genus FRANCA a *Michelio* conditum jam ab anno 1729 nequit ullo jure in *Frankeniam* L. mutari. Hinc **Franca nodiflora, F. Nothria, F. laevis, F. hispida, F. corymbosa, F. ericifolia, F. velutina, F. mollis, F. thymifolia, F. microphylla, F. fruticulosa, F. pauciflora, F. tetrapetala,** et **F. revoluta,** *Francae* nomine salutanda.

Vol. III, pag. 159.

Ad **Dianthum obcordatum** *Reut.* adde locum *Perçanjo* prope *Cattaro.*

Vol. III, pag. 160.

Ad **D. velutinum** *Guss.* adde locum *Cattaro*, ad **D. Armeria** L. adde *Stolivo* prope *Cattaro.*

Vol. III, pag. 162.

Ad **D. liburnicum** *Bartl.* adde locum *Cattaro* et *Montenegro* et icon *Villk.* ic. et descr. pl. hisp., tab. I, A : ad **D. Brocchianum** adde locum in coll. prope *Dizmo.*

Ad **Dianthum viridescentem** *Vis.* adde iconem fl. dalm., tab. LIII, f. 2.

Vol. III, pag. 162.

Post **D. monspessulanum** L. addatur :

Dianthus arenarius L. sp. pl., ed. II, p. 589. *Rchb.* fl. exc., p. 806.

D. glaber, caulibus unifloris, foliis lanceolato-linearibus acutiusculis, margine scabris, subtus uninervibus; squamis calycinis quaternis late ovatis breviter acutatis calyce triplo brevioribus; dentibus calycinis lanceolatis margine membranaceis glabris, petalis pinnatifido-multipartitis supra pilosis.

Icon. *Rchb.* ic. fl. germ., VI, tab. CCLVI, f. 5026, opt. et ic. bot., II, tab. 137, f. 259.

Hab. in sterilibus montis *Promina*, ubi legit *Fr. Maly.* Fl. albi. Fl. aestate ♃.

Vol. III, pag. 163.

A **D. stricto** *Sibth.* et *Sm.* excl. syn. **D. alpestris** *Balb.* et *Bertol.* et ic. *Balb.* l. c.

Vol. III, pag. 164.

Dianthus multinervis *Vis.* suppl. fl. dalm., IX, f. 2, *a* fragmentum folii, *b* calyx: omnia aucta. Calyx dentibus ovatis marginatis. Petala breviter parceque dentata, glabra.

Vol. III, pag. 165.

Ad **Silenem nocturnam** β **brachypetalam** citetur *Willk.* ic. pl. hisp., tab. L, f. B.

Vol. III, pag. 166.

Ante **Silenem gramineam** *Vis.* insere sequentem:

Silene vallesia L. sp. pl., ed. II, p. 603. *Rchb.* fl. exc., p. 878.

S. pubescens, caule adscendente, ramis erectis simplicibus, foliis sessilibus lanceolatis acuminatis, infimis in petiolum attenuatis, pedunculo foliis floralibus duplo longiore, calyce oblongo-clavato nervoso, dentibus lineari-lanceolatis, petalorum ungue cuneato-dilatato, corollae bipartitae lobis subrotundis discretis, capsula inclusa carpophoro subaequali.

ICON. *Rchb.* ic. fl. germ., VI, tab. CCLXXXVI, f. 8087.

HAB. in saxosis alpium *Vellebit*, ubi legit *Fr. Maly*. Fl. rosei. Fl. aestate ♃.

OBS. Planta omni ex parte sequente major, cum qua a *Rchb.* fil. conjungitur, flores rosei subtus pallidiores, capsula ovalis nec ovata.

Vol. III, pag. 167.

Illustrationi **Silenes Kitaibelii** *Vis.* jungas sequentem:

Silene dalmatica *Scheel.* in fl. od. bot. zeit., 1843, p. 450.

SYN. **S. Kitaibelii** *Vis.* fl. dalm., III, p. 167. S. Waldsteinii *Gris.* spic. fl. rum., p. 179. S. saxifraga var. clavata *Hampe* in fl. od. bot. zeit., 1837, p. 233. S. clavata (Hampe) *Rohrbach* monogr. d. gatt. Silene p. 140.

OBS. Nomen **S. clavatae** a cl. *Rohrbach* editum in Monographia, posterius est omnino **S. dalmaticae** *Scheele*, qui primus pro specie propria speciem hanc recognovit et edidit. Adde locum *Kamesnicza.*

Vol. III, pag. 168.

Ad **Silenem inflatam** γ fl. dalm. adde synonimon **S. microlobae** *Schott* anal. bot., p. 59. *Cfr.* observationes cl. *Neilreich.* ueb. *Schotts* anal. bot., p. 21, et ad S. conicam L. adde locum prope *Ragusa.*

Vol. III, pag. 169.

Ad **Silenem creticam** L. adde locum in agris lino consitis prope *Cittavecchia* ins. *Lesina*, ubi legit *Pichler*, et adde syn. **S. tenuiflorae** *Guss.* pl. rar., p. 177, tab. 316.

Ad **S. Reichenbachii** *Vis.* adde locum *Czrkviza* 3000 pedes supra *Risano*, et in montibus *Lovçen* et *Orien* ubi legere *Huter*, *Pichler* et *Maly*. Huic postremae adde descriptionem *Rohrb.* monogr. Silen., p. 188, et iconem nostram fl. dalm. suppl., tab. VIII, fig. 2, in qua sub *a* flos, *b* petalum, *c* fructus, *d* semen, *e* sectio transversa seminis, omnia aucta. Squamulae petalorum minimae aut fere obsoletae. Basis calycis carpophoro adhaerens. Semen undique granulatum, faciebus planis, dorso canaliculatum.

Vol. III, pag. 170.

Ad **Silenem italicam** L. citetur *Willk.* ic. pl. hisp., p. 63, tab. XLV, f. B.

Ad **S. Otites** L. adde locum circa *Macarsca.* — Post **S. lividam** W. addatur sequens.

Silene multicaulis *Guss.* pl. rar., p. 172.

S. caule decumbente, suffruticuloso, ramoso, ramis erectis superne puberulis, foliis linearibus acutis serrulato-ciliatis, floribus terminalibus longe pedunculatis, calyces tubuloso-clavati simpliciter quinque striati dentibus alterne oblongis obtusis et lanceolatis acutis albo marginatis, petalorum lamina bifida, coronae squamulis bipartitis acutis, capsula ovoideo-oblonga carpophoro aequali.

Syn. S. inaperta L. herb.! *Sibth.* et *Sm.* prodr. fl. gr., I, p. 95 et fl. gr., V, p. 14, *Bertol.* fl. ital., IV, p. 615, non L. sp. pl.

Icon *Guss.* pl. rar., tab. XXXV. *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., V, tab. 420.

Hab. in monte *Vellebit* Dalmatiae, ubi legit *Fr. Maly*. Fl. albi, extus sordide virides. Fl. aestate ♃.

Obs. Icon **S. Notarisii** *Cesat.* ic. stirp. ital., I, tab. 8, ab auctoribus huc citata, a planta nostra et *Bertolonii* recedit foliis inferioribus spathulatis. — **S. inaperta** L. sp. pl. vide in *Willk.* ic. pl. hisp., tab. XXXVIII A.

Vol. III, pag. 171.

Adde locum in monte *Malovan* catenae *Vellebit* ad **Heliosperma pusillum** *Vis.*
Ad **H. Tommasinii** *Vis.* corr. H. Tommasinii *Gris.* sp. fl. rumel., II, p. 503, et adde:

Heliosperma chromodontum *Rohrb.* monogr. d. gatt. Silen., p. 232.

H. tota pubescenti-viscidula, caulibus caespitosis intricatis dichotomis, foliis lanceolato-linearibus obtusis, calycibus clavatis, petalis quadrilobis, capsulis subglobosis inclusis carpophoro-subaequalibus, seminibus echinulatis, margine acute cristatis.

Syn. Silene chromodonta *Boiss.* et *Reut.* diagn. pl. or., ser., II, 1, p. 71.

Hab. ad rupes in *Montenegro* circa *Cettigne* ubi legit *Fr. Maly.* Fl. aestate. Fl. albi ♃.

Obs. Ab **H. Tommasinii** *Gris.* discrepat foliis obtusioribus, et floribus duplo majoribus, sed potius jungenda sub **H. chromodonto** β **Tommasinii** *Vis.*

Vol. III, pag. 172.

Ad **Saponariam bellidifoliam** *Sm.* adde locum montis *Orlovaz* supra *Plavno*, ubi legit *Fr. Maly.*

Vol. III, pag. 176.

Ad **Saginam apetalam** L. adde locum circa *Ragusa,* et ad **Saginam maritimam** *Don* in arenosis ins. *Sansego* et *Canidole*, nec non ad *Stagno* et prope *Gravosa.*

Vol. III, pag. 177.

Ad **Alsinem fasciculatam** *Maly* adde locum *Clissa.*

Vol. III, pag. 178.

Ad **Arenariam graminifoliam** *Gmel.* γ **glaberrimam** fl. dalm. adde locum montis *Sella* ex *Th. Pichler*, et *Bielagora* a *Fr. Maly.*

Vol. III, pag. 179.

Ad **Alsinem linifloram** *Vis.* adde locum *Vellebit.*

Vol. III, pag. 180.

Pro **Arenaria orbiculari** *Vis.* vide iconem Vis. suppl. fl. dalm., tab. V, f. 2, sub litt. *a* flos, *b* sepalum, *c* petalum, omnia aucta. — Haec species admodum similis **A. Neilgherrensi** *Wight.* et *Walk-Arn.* prodr. fl. penins. Ind. or., I, 43. *Wight.* ic. pl. Ind. or., III, 949. *Wight.* cat., n. 144, 149. Differt ab ipsa, praeter patriam omnino alienam (America et Asia), foliis orbiculatis nec obovatis, triplinervibus nec uninervibus, sepalis quinquenervibus corollae subaequalibus, nec uninervibus corolla brevioribus. Folia in utroque venoso-reticulata. Capsulae ovatae dentes in **A. orbiculari** obtusi: pubes variabilis nec specifica. — Ad **Arenariam gracilem** *W.* et *Kit.* adde locum *Bielagora* in monte *Orien* a *Fr. Maly* observatum.

Vol. III, pag. 182.

Ad **Stellariam anomalam** *Rchb.* adde idem locum a *Th. Pichler* notatum.

Vol. III, pag. 183.

Ad **Cerastium viscosum** L. adde var. γ **apetalum**: bracteis omnino herbaceis, petalis abortientibus. *Hab.* in arenosis ins. *Sansego.*

Vol. III, pag. 184.

Post **Cerastium arvense** L. inseratur:

Cerastium latifolium L. sp. pl., ed. II, p. 797. *Host* fl. austr., I, p. 558.

C. radice caespitosa, caule basi prostrato glanduloso-piloso, pilis patentibus, foliis ovali-oblongis, infimis latioribus petiolatis acutis, bracteis viridibus, pedicellis calycem subaequantibus, sepalis margine et apice scariosis, petalis calyce sesquilongioribus, staminibus basi glabris, capsulis cylindraceis rectis.

ICON *Rchb.* ic. fl. germ., VI, f. 4975. *Wulf.* in *Jacq.* collect. vol. I, tab. 20.

HAB. in monte *Malovan* catenae mont. *Vellebit* ubi legit *Th. Pichler.* Fl. albi. Fl. Majo ♃.

Vol. III, pag. 187.

Ad **Sedum stellatum** L. adde locum *Ragusa*, et *Lapad.*

Post **Sedum Cepaea** L. **S. olympicum** Boiss. sic emenda

Sedum magellense *Ten.* fl. napol., IV, p. 246. *Guss.* pl. rar., p. 284. *Bertol.* fl. ital., IV, p. 703.

S. multicaule glabrum, caulibus subsimplicibus erectis, foliis oblongo-spathulatis basi attenuatis sessilibus, apice rotundatis, inferioribus spathulatis dimidio brevioribus, floribus stricte paniculatis, sepalis lanceolatis adpressis erectis, petalis lanceolato-oblongis calyce triplo longioribus patulis, carpellis glabris rostrum corollamque superantibus.

SYN. Sedum olympicum *Boiss.* diagn. pl. or., III, p. 116. *Vis.* fl. dalm., III, pag. 187.

ICON *Ten.* fl. nap., tab. 139, fig. 1.

HAB. in saxosis apricis montis *Orien* ubi legere *Neumayer*, *Pichler* et *Maly.* Fl. albo-luteoli. Fl. aestate ♃.

OBS. Stamina decem dimidio corollae breviora, antheris rubro-fuscis erectis. Pistilla quina, ovariis ovatis in stylum brevem acuminatis, stigmatibus obtusis obliquis. Flores vix odori, pedunculo et bractea foliiformi vix longiore suffulti. Caules dense rubro lineati. Alabastra ovata pentagona — Planta graeca *Boissieri* a **S. magellensi** *Ten.* non differt.

Vol. III, pag. 189.

Ad varietatem **Sedi acris** L. β **neglectam** *Vis.* adde locum circa *Traù* ubi legit *Andr. Andrich*, et ad **S. nicacense** *All.*, ins. *Lissa.*

Vol. III, pag. 190.

Ad **Cotyledon horizontalem** *Guss.* adde varietatem β **laxiflorum**: floribus angustioribus longioribusque remotis. *Hab.* ad rupes et saxa ad *Cittavecchia* in ins. *Lesina*, ubi invenit *P. Nisiteo.* Fl. pallidi. Fl. Majo, Junio ♃.

OBS. Planta haec forsan ad speciei dignitatem evehi potest si praesto sint meliora specimina.

Vol. III, pag. 192.

Ad **Saxifragam Aizoon** *Jacq.* quae crescit quoque in m. *Orien*, adde synonimon **S. Malyi** *Schott* anal. bot., p. 23, quae a specie italica et germanica nec non ab iconibus *Jacquini* et *Tenorei* (fl. nap., tab. 254, f. 2) non differt nisi petalis roseis punctatis, quae variant alba et epunctata in illa.

Vol. III, pag. 193.

Post **Saxifragam mediam** *Gon.* addatur:

Saxifraga Rocheliana *Sternb.* suppl. saxifr., dec. II, ex *Host* fl. austr., I, p. 502. *Rchb.* fl. exc., n. 3611. *DC.* prodr. syst. nat., IV, p. 22.

S. foliis rosularum breviter oblongis obtusis expansis rigidis, subtus convexo-carinatis, margine cartilagineo 5-7 foveolatis, basi ciliatis, caulinis floribusque corymbosis viscoso-villosis, calycis laciniis oblongis obtusis corolla duplo brevioribus, petalis obovatis basi uninervibus, nervo palmatim dichotomo.

SYN. S. Rochelii *Sternb.* rev. Saxifr., II, p. 11. S. pseudocaesia *Roch.* pl. ban. rar., p. 35. S. coriophylla *Gris.* spic. fl. rumel., I, p. 333.

ICON *Sternb.* l. c., tab. II, 11. *Roch.* l. c., tab. III, f. 9.

HAB. in rupestribus calcareis montium *Vellebit*, ubi invenit *Fr. Maly*, et montis *Biokovo* ad septemtrionem jugi *Troglav* ubi legit cl. *Michael de Sardagna* et postea *Th. Pichler.* Fl. albi. Fl. Majo ♃.

OBS. Folia basi attenuata, caulina erectiuscula apice rotundata ibique 3-5-7 punctata. Corymbus interdum biflorus. Pedunculi flore subaequales. Calyx in fructu ovatus profunde 5-partitus laciniis erectis adpresse conniventibus, ovario subaequalibus. Planta et folia in icone *Rochelii* majora, foliis pluripunctatis, sed non diversa. — **S. scardica** *Gris.* videtur differre foliis acutis.

Ad **Saxifragam rotundifoliam** L. referri debet **S. lasiophylla** *Schott* anal. bot., p. 20, quae nil est nisi forma mutabilis praecedentis sepalis angustioribus.

Vol III, pag. 194.

Post **Saxifragam tridactylitem** L. adde sequentem inter **Saxifragas veras** *Haw.* sax. enum., p. 32, recensendam.

Saxifraga muscoides *Wulf.* in *Jacq.* misc., II, p. 123. *Host* fl. austr. I, p. 509. *Rchb.* fl. exc., p. 554.

S. perennis, foliis rosularum aggregatis trifidis laevissimis basi cuneatis, laciniis porrectis linearibus obtusis muticis, surculorum omnibus indivisis, caule uni-plurifloro, petalis sessilibus patentibus calycem superantibus.

SYN. **Saxifraga caespitosa** *Scop.* fl. carn., ed. II, p. 293. S. moschata *Wulf.* in *Jacq.* misc., II, p. 128.

ICON *Jacq.* misc. l. c., tab. 21, f. 21. *Scop.* l. c., tab. 14. *Dill.* elth. v. 2, tab. CCLIII, f. 329.

HAB. in herbidis mont. *Malovan* in catena *Vellebith*, ubi legit *Fr. Maly*. Fl. lutei. Fl. aestate ♃.

Vol. III, pag. 196.

Ad **Hippurim vulgarem** L. adde locum circa *Zara*.

Ad **Callitrichem aquaticam** *Huds* adde sequentem :

Callitriche truncata *Gusson*, pl. rar., p. 4.

C. caule fluitante, foliis uniformibus uninervibus linearibus truncatis, fructibus inferioribus longe pedunculatis, utrinque rotundatis.

SYN. Callitriche autunnalis L. δ pusilla *Bertol.* fl. ital., I, p. 30.

ICON *Gusson.* l. c., tab. II, fig. 2.

HAB. in parvo *Stagno dei campi* prope urbem *Veglia* in insula ejusdem nominis, unde misit cl. *Tommasini.* Fl. aestate ⊙.

Vol. III, pag. 198.

Ad **Epilobium angustifolium** L. adde locum *Czrkvizza* et *Orien*.

Vol. III, pag. 199.

Ad **Epilobium montanum** L. adde formam floribus pallescentibus in monte *Lovçen* supra *Cattaro* inter dumeta a rev. *Huter* collectam. — Ad **E. tetragonum** L. adde locum ad muros in monasterio S. Francisci ad *Pridvorje*.

Vol. III, pag. 201.

Ad **Punicam Granatum** L. adde locum ad *Stagno.*

Vol. III, pag. 202.

Post **Tiliam** L. inseratur:

Tilia alba *Waldst.* et *Kit.* pl. rar. hung., I, p. 2 (1802).

T. foliis oblique subrotundo-cordatis acuminatis, subtus discoloribus, axillis imberbibus, corymbis plurifloris.

Syn. Tilia argentea *Hort. paris.* et *DC.* cat. h. monsp., p. 150 (1813).

T. rotundifolia *Vent.* diss., p. 13. *Duham.* (nouv.) trait. des arbr. et arb. de Fr., I, p. 52.

Icon *Waldst.* et *Kit.* pl. rar., I, tab. 3. *Duham.* loc. cit., I, tab. 52. *Rchb.* ic. fl. germ., VI, tab. CCCXXIV.

Hab. in montibus Ragusinam ditionem ab *Erzegovina* discriminantibus, unde habuit et cl. *Ascherson* communicavit, rev. *Vodopjch.* Fl. lutei. Fl. aestate.

Vol. III, pag. 307.

Ad **Malvam Cyrilli** *Vis.* seu **Lavateram sylvestrem** *Cyrill.* adde locum in *Krivoscie* prope *Czrkvizza* in rupestribus, et ad **Malvam moschatam** L. β **laciniatam**, in *Vellebit* ad *Mali Hallan.*

Vol. III, pag. 308.

Ad **Althaeam taurinensem** *DC.* adde:

Althaea cannabina L. sp. pl., ed. II, p. 966. *Host* fl. austr., II, p. 295. *Rchb.* fl. exc., p. 773.

A. velutino-tomentosa, foliis cordatis inaequaliter serratis quinquepartitis, supremis tripartitis, laciniis lanceolatis terminali longiore, pedunculis paniculatis terminalibus bifloris folio multo longioribus, carpellis stellato-tomentosis.

ICON *Cavan.* diss. cl. monad., tab. XXXI, f. I. *Rchb.* ic. fl. germ., XV, t. 173, f. 4847. *Sabbat.* h. rom., I, tab. 148.

var. β **narbonensis**: foliis cordato-ovatis 3-5 fidis, supremis 3-5 partitis.

SYN. Althaea narbonensis *W.* sp. pl., III, p. I, p. 771. *DC.* prodr. syst., I, pag. 136.

ICON *Cavan.* diss. cl. monad., tab. XXIV, fig. 2. *Jacq.* ic. rar., I, tab. 138.

HAB. ad sepes et margines agrorum circa *Zara*, *Spalato*, *Narenta*, *Ragusa*, nec non in ins. *Veglia*. Fl. rosei. Fl. aestate ♃.

Vol. III, pag. 213.

Post **Geranium phaeum** L. adde:

Geranium subcaulescens *L'Herit.* ms. in *DC.* prodr., 1, p. 640. *Boiss.* fl. orient., I, p. 872.

G. villosum, caule brevissimo, foliis subradicalibus petiolatis reniformibus quinquefidis subtus pubescentibus, segmentis trifidis, pedunculis bifloris, sepalis mucronatis petalis obcordatis multo brevioribus.

SYN. Geranium asphodeloides *Sibth.* et *Sm.* fl. graec., VII, p. 56, non *Burm.*

ICON *Sibth.* et *Sm.* fl. gr., VII, tab. 661.

HAB. in saxosis apricis montium *Mossor*, ubi legit *Fr. Maly*. Flores purpurei. Fl. aestate ♃.

Vol. III, pag. 214.

Ad **Erodium malacoides** W. adde locum ad *Stagno piccolo* dit. ragusinae.

Vol. III, pag. 215.

Ad **Linum austriacum** L. var. α fl. dalm. refer **Linum cribrosum**. *Rchb.* ic. fl. germ., VI, p. 63, et tab. CCCXXX fig. 5158 b.

Vol. III, pag. 216.

Ad **Linum capitatum** *Kit.* adde locum natalem in *Kamesniza*, et nomen lectoris *Th. Pichler*.

Vol. III, pag. 224.

Ad **Euphorbiam capitulatam** *Rchb.* adde iconem *Boiss.* euph., p. 20, tab. 83.

Vol. III, pag. 225.

Oritur **Euphorbia spinosa** L. var. **spinosa** et var. **inermis** promiscue in tota Dalmatia insulari et litorali. — Post **Euphorbiam dendroidem** L. addatur:

Euphorbia palustris L. sp. pl., ed. II, p. 662. *Host* fl. austr., II, p. 567. *Rchb.* fl. exc., p. 758.

E. perennis glabra, caule erecto, ramis sterilibus, foliis oblongo-lanceolatis utrinque angustatis, subtus glaucis, umbellae floralis multifidae radiis trifidis bifidis, involucellis ellipticis basi attenuatis sessilibus, capsula glabra papillis subcylindricis verrucosa, seminibus laevibus.

Icon. *Oed.* fl. dan., tab. 866. *Bull.* herb. de la Fr., I, tab, 87. *Rchb.* ic. fl. germ., V, tab. 139, fig. 4771.

Hab. Ad ostia fluminis Naronis (Narenta) ubi legit doct. *Ascherson.* Fl. luteoli. Fl. Junio ♃.

Vol. III, pag. 225.

Ad **Euphorbiam pilosam** L. adde var. β **literatam**: foliis cano-pubescentibus.

Syn. E. literata *Jacq.* ic. rar., III, p. 5, tab. 482. — *Hab.* ad *Scagliari* prope *Cattaro*, in valle *Zuppa*, et ins. *Lissa* ad *Comisa.*

Vol. III, pag. 226.

Ad varietatem **Euphorbiae niceaensis** *All.* refero etiam var. β **Baselicis**: pumila, umbellis tri-quinquefloris. — *Syn.* E. Baselicis *Ten.* fl. nap., IV, p. 265. E. triflora *Schott* anal. bot., p. 63. — *Icon. Ten.* fl. nap., tab. 243. *Rchb.* ic. fl. germ., V, tab. 144, fig. 4776, *b.* — *Hab.* in saxosis montium *Vellebith* in monte *Sladov* prope *Ostaria* ad confinia Dalmatiae et Croatiae. Fl. viriduli. Fl. Majo ♃. — *Obs.* Huc pertinet **E. Baselicis** *Ten.*, et ipsa icon *Barrelierii* ic. pl., tab. 283 tantum ab ea differt statura omnium

partium majore, et inflorescentia tri-quinqueradiata. Folia inferiora obovata ut in specie. De hac identitate confer etiam quae scripsit cl. *Neilreich* in Ueb. *Schotts* anal. bot., p. 22, in Wien. akad. der Wissenschaff. 1868.

Vol. III, pag. 227.

Ad **Euphorbiam imperfoliatam** *Vis.* substitue nomen antiquius **E. filicinae** *Portenschl.* en. pl. dalm. ic., tab. VIII.

Vol. III, pag. 228.

Ad **Euphorbiam dalmaticam** *Vis.* nomen mutandum in **E. graecam** *Boiss.* et *Sprun.* diagn. pl. orient., V, p. 53, et *Boiss.* in *DC.* prodr. syst. veg., XV, sect. post., p. 144. **E. dalmatica** *Vis.* fl. dalm., III, p. 228. Crescit in satis Dalmatiae, nec in locis montanis.

Vol. III, pag. 233.

Rhamni Frangulae L. var. **pumila** fl. dalm. sic. corrigenda.

Rhamnus rupestris *Scop.* fl. carn., ed. II, tom. I, p. 164.

Rh. frutescens, adscendens aut prostratus, foliis ovalibus vel subrotundis, margine cartilagineo serrato-crenatis penninervibus, ad nervos piloso-ferrugineis, petiolis lamina multo brevioribus, calycibus quinquefidis liberis, stylo trifido.

Syn. Rhamnus Frangula L. β pumila *Vis.* fl. dalm., III, p. 233. Rh. Wulfenii *Spr.* syst. veg., I, p. 768. Frangula Wulfenii *Rchb.* fl. exc., p. 488. Rh. pumilus *Wulf.* in *Jacq.* coll., II, p. 141. *Vis.* stirp. dalm., p. 45. *Host* fl. austr., I, p. 304. *Alsch.* fl. jadr., p. 55. *Pett.* bot. wewg., n. 774, non Rh. pumilus L. qui Rh. pusillus *Ten.* fl. nap., 3, p. 232. — *Hab.* ad rupes *alla Torretta* prope *Spalato*, circa *Ragusa*, et in *Monte d' Ossero*. Flores viriduli. Fl. vere.

Obs. **Rh. pusillus** *Ten.* differt a **Rh. rupestri** *Scop.* floribus tetrameris et foliis utrinque glabris, nec adhuc in Dalmatia repertus. — Ad diagnosim **Rh. Frangulae** L. adde calycem quinquefidum et stylum indivisum.

Vol. III, pag. 237.

Ad **Haplophyllum patavinum** *A. Juss.* adde locum *Czrkvizza* in *Krivoscie* supra *Cattaro.*

Vol. III, pag. 240.

Post Rosam alpinam L. adde:

Obs. Cl. *Kerner* duas novas Rosarum species descripsit in *Oest. bot. zeitschr.*, n. 11, 1869, et n. 1, 2, 1870, e Dalmatia, quas mihi quoque egregius *Fr. Maly* viventes communicaverat, sed quas nondum florentes vidi. Harum prima e loco *Sveto Bardo* catenae montium *Vellebit (Rosa Maly Kern.)*, ubi crescit **R. alpina** L., mihi videtur mera forma hujusce speciei. Altera sub nomine **R. dalmaticae** *Kern.*, crescens ad *Bjela Gora* in monte *Orien* quid sit ignoro, cum utriusque stirpis desit diagnosis specifica in diario citato, cujus ope novae plantae ab affinibus distingui possint. — Denique Rosa quam cl. *Ascherson* sub nomine dubio **R. pomiferae ?** misit ex *Czrkviza*, et quam ego sub **R. collinae** nomine in flora descripsi, cl. *Kerner* **R. reconditam** *Puget* esse autumat, quae mihi ignota. Cavendum ne de *Rosis* contingat quae de *Rubi* speciebus chaotica confusione paene obrutis conquestum est.

Vol. III, pag. 243.

Ad **Amelanchier creticam** DC. adde locum *Czrkvizza* in *Krivoscie*, et loco **laciniis calycinis extus lanatis**, lege **laciniis calycinis intus lanatis.**

Vol. III, pag. 252.

Ad **Potentillam Clusianam** *Jacq.* adde locum in monte *Kamesniza*, et ad **P. Fragariastrum** β **breviscapam** *Vis.* locum *Czrkvizza* et *Orien.*

Vol. III, pag. 253.

Ad **Potentillam speciosam** W. adde iconem *Sibth.* et *Sm.* fl. graec. cent., V, tab. 484, et locum natalem *Montenegro*, et *Bjelagora*, ubi legit *Fr. Maly*, et montem *Lovçen* supra *Cattaro* ubi invenit *Th. Pichler.*

Vol. III, pag. 255.

Ad **Poterium spinosum** L. adde locum in monte *Marian* contra *Spalato.*

Vol. III, pag. 256.

Ad **Spiraeam Filipendulam** L. adde locum *Czrkvizza.*

Vol. III, pag. 262-71.

Ad **Cytisum Alschingeri** *Vis.* adde syn. **Laburni vulgaris** *Gris.* β **Alschingeri** *Rchb.* f. ic. fl. germ., XXII, tab. 15, f. I, II. — Ad **C. Weldeni** *Vis.* adde locum *Krivoscie* et syn. **Petteria ramentacea** *Presl* bot. bemerk., p. 139. *Rchb.* fil. l. c., tab. XIX, et tab. XLIII, f. IV. — Ad **C. monspessulanum** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. XXVIII, f. I-II. — Ad **C. infestum** *Guss.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. XLIII, f. II-III. — Ad **C. capitatum** *Scop.* adde iconem *Rchb.* f. l. c., tab. XXIV. — Ad **C. Tommasinii** *Vis.* adde locum circa *Cattaro* ubi invenit *R. Huter* et iconem *Rchb.* f. l. c., tab. XXVI, f. IV. — Ad **Cytisum hirsutum** L. addatur var. β **ciliata**: ovario leguminibusque glabris, margine ciliato-hirsutis. *Koch.* syn. fl. germ., ed. II, vol. I, p. 171. — *Hab.* in sylvaticis montis *Malovan* catenae *Vellebit*, ubi legit *Fr. Maly.* — Ad **C. spinescentem** *Sieb.* adde iconem *Rchb.* f. l. c., tab. XXVIII, f. III. — Ad **C. argenteum** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 13, f. II, et syn. **Argyrolobii Linnaeani** *Walp.* — Ad **C. calycinum** *Bieb.* adde synonimon **Argyrolobii calycini** *Benth.*, et iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 15, f. VI. — Ad **C. sagittalem** *Koch* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 30. — Ad **C. triangularem** *Vis.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., t. 40. — Ad **C. germanicum** *Vis.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 35, f. I, II. — Ad **C. sylvestrem** *Vis.* adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 33, et sub var. β **pungente** aut **dalmatica** iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 34, f. III. — Ad **Cytisum diffusum** *Vis.* adde synonimon et iconem **C. decumbentis** α **diffusi** *Rchb.* fil. l. c., tab. 29, f. I-II. — Ad **C. Kitaibelii** *Vis.* adde synonimon et iconem **C. decumbentis** β **Halleri** *Rchb.* fil. l. c., tab. 29, f. III-IV. — Ad **Cytisum sericeum** *Vis.* adde locum *Lapad* prope *Ragusa*, et iconem *Rchb.* fil.

l. c., tab. 36, fig. I, II, III, sub **Genista sericea** *Wulf.* Iconem **Cytisi pulchelli** *Vis.* ab icone nostra mutuatam videas in *Rchb.* fil. l. c., tab. 41, f. III, IV. — Ad **Cytisum Villarsii** *Vis.* adde synonimon et iconem **Genistae pulchellae** *Rchb.* fil. (non *Vis.*) ic. fl. germ., l. c., tab. 42, f. III, IV, V.

Vol. III, pag. 272.

Ad **Chamaecytisum dalmaticum** *Vis.* adde icones *Rchb.* fil. l. c., tab. 13, f. I, et tab. 15, f. III, ubi consulas observationes auctoris de generis praestantia, et quam differat ab **Argyrobio Linnaeano**, cui plantam sibi incognitam et invisam referre studuit cl. *Bentham.* — Ad **Lupinum hirsutum** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 7.

Vol. III, pag. 273.

Ad **Ononidem antiquorum** L. adde iconem *Sturm* deutsch. phan., XVII, 3, p. 158, 2. *Rchb.* fil. ic. fl. germ. XXII, tab. 47, f. I, 7-8, et locum circa *Cattaro*, ubi legit *Pichler.* — Ad **O. repentem** L. adde iconem *Rchb.* fil. l. c., tab. 46, f. IV. — Ad **O. brachystachyam** *Vis.* citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 47, f. III. — Ad **O. mitissimam** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 48, f. II. — Ad **O. Columnae** *All.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 49, f. I. — Ad **O. minutissimam** L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 48, f. II: ad **O. reclinatam** L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 51, f. I: ad **O. ornithopodioidem** L. icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 51, f. II-III, et locum *San Girolamo* prope *Spalato.* — Ad **O. viscosam** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 52, f. I, et var. **brevifloram**, tab. 52, f. II. — Ad **O. Natricem** L. citetur icon *Rchb.* fil. l. c., tab. 55, f. I, et ejus varietatem ramosissimam, f. II.

Vol. III, pag. 277.

Ad **Anthyllidis Vulnerariae** L. varietatem **rubrifloram** DC. adde ic. *Sturm* deut. phan. l. c., tab. XII, f. 49, et post addatur sequens:

var. β **pulchella**: pusilla, calycis superne nigrescentis dentibus duobus superioribus obtusioribus brevioribusque. — *Hab.* in monte *Orien*, et *Montenegro* in monte *Lovçen* ad alt. ped. 6000. Fl. aestate. Legit rev. *Huter* ♃.

Vol. III, pag. 280 ad 285.

Ad **Medicaginem sativam** L. citetur *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XXII, tab. 60; ad **M. falcatam** L. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 62, fig. III, IV; ad **M. prostratam** *Jacq.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 61, f. I-II; ad **M. orbicularem** *All.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 63, f. I-II; ad **M. scutellatam** *All.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 63, f. III-IV sub **M. scutellari.** Ad **M. denticulatam** W. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 70, fig. I-II; et ad var. **lappaceam** *Rchb.* fil. l. c., tab. 70, fig. III; ad **M. praecocem** *DC.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 68, f. I-II; ad **M. disciformem** *DC.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 69, f. I. Ad **M. coronatam** *Desr.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 64, f. I. Ad **M. cordatam** *Desr.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 67, fig. I sub **M. maculata** W. Ad **M. carstiensem** *Jacq.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 66, f. I-II. Ad **M. Gerardi** *W.* et *Kit.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 69, f. II. Ad **M. ciliarem** W. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 66, f. III. Ad **M. minimam** *Desr.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 72, fig. III, et ad var. β **longisetam** *DC.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 72, f. IV sub **M. mollissima,** et f. XX sub **M. minima** c. **longiseta.** Ad **M. laciniatam** *All.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 64, f. II. Ad **M. marinam** L. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 62, f. I, II. Ad **M. litoralem** *Rhod.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 71, f. III, IV. Ad **M. tuberculatam** W. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 65, f. I, II. Ad **M. turbinatam** W. cit. icon *Rchb.* fil., tab. 65, f. III-IV. Ad **M. lupulinam** L. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 73, f. III-IV.

Vol. III, pag. 280-285.

Ad **Medicaginem falcatam** L. β **versicolorem** *Wallr.* adde locum circa *Ragusa.* Ad **M. denticulatam** W. β **lappaceam** *Benth.* et γ **Histricem** *Vis.* adde locum ins. *Lesina.* Ad **M. litoralem** *Rhod.* β **arenariam** *Vis.* adde locum circa *Zlosella*, *Spalato*, *Almissa*, *Ragusa*, *Castelnovo*, et in insula *Sansego*, ad **M. litoralem** *Rhod.* γ **inermem** *Moris* in ins. *Lesina.* Ad **M. praecocem** *DC.* adde locum *Prapatora:* ad **M. tribuloidem** *Desr.* ad *Forte Grippi* prope *Spalato:* ad **M. disciformem** *DC.* in collibus aridis circa *Spalato* et *Ragusa:* ad **M. turbinatam** W. in agris secus viam circa *Almissa.*

Vol. III, pag. 286.

Ad **Trigonellam corniculatam** L. adde:

SYN. **T. maritimae** *Tommas.* die veg. d. Sansego in d. schrift. d. K. K. zool. bot. gesell., Wien 1862, p. 825 (77) non L., quae a forma exili **T. corniculatae** L. non differt, teste ipso cl. *Tommasinio* in litt. — Ad **Tr. gladiatam** *Stev.* citetur *Rchb.* fil. l. c., tab. 56, fig. I-II. Ad **T. monspeliacam** L. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 59, f. I-II. Ad **T. corniculatam** L. cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 58, f. IV-V.

Vol. III, pag. 287.

Ad **Melilotum officinalem** L. citetur *Rchb.* f. l. c., tab. 79, f. III-IV-V; ad **M. albam** *Desr.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 79, f. I-II; ad **M. macrorrhizam** *Pers.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 80, f. III-IV; ad **M. indicam** *All.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 76, sub **M. parviflora** *Desf.*, et locum *Spalato*, *Salona*, *Stagno*; ad **M. neapolitanam** *Ten.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 78, f. I-II, et ad var. β **rostratam** *Vis.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 78, f. III, et locum rupestrem montis *Marian* contra *Spalato*; ad **M. italicam** *Lam.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 75; ad **M. elegantem** *Salzm.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. f. III, bis, et f. IV; ad **M. sulcatam** *Desf.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 74, f. III. Ad **M. indicam** *All.* citetur synonimon **M. Tommasini** *Jord.* ex icone *Rchb.* f. l. c., tab. 77, f. I-II, et **M. permixtae** *Jord.* ex icone *Rchb.* f. l. c., tab. 77, f. III.

Vol. III, pag. 290-299.

Ad **Trifolium angustifolium** L. citetur icon *Rchb.* f. l. c., XXII, tab. 93, f. I; ad **T. intermedium** *Guss.* cit. *Rchb.* l. c., tab. 94, f. I; ad **T. stellatum L.** citetur *Rchb.* f. l. c., tab. 92, opt.; ad **T. maritimum** *Huds.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 80, f. II; ad **T. supinum** *Savi* cit. ic. *Rchb.* f. l. c., tab. 90, f. II; ad **T. leucanthum** *Bieb.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 97, f. II; ad **T. lappaceum** L. cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 91, f. I; ad **T. diffusum** *Ehrh.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 96, f. II; ad **T. Bocconi** *Savi* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 98, f. I, colore florum purpureo; ad **T. tenuifolium** *Ten.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 98, f. II;

ad **T. dalmaticum** *Vis.* cit. locum *Cattaro* et *Clissa;* ad **T. cinctum** *DC.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 97, f. I; ad **T. Cherleri** L. cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 91 f. II; ad **T. alpestre** L. cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 84, f. III, et loca *Czrkvizza* et *Krivoscie;* ad **T. patulum** *Tausch* cit. *Rchb.* l. c., tab. 81, fig. I; ad **T. pallidum** *W. Kit.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 82, f. II; ad **T. ochroleucum** L. cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 85, f. II; ad **T. noricum** *Wulf.* cit. *Rchb.* fil. l. c., tab. 85, f. I; ad **T. laevigatum** *Poir.* cit. *Rchb.* f. l. c., tab. 99. Ad **T. suffocatum** L. adde locum *Spalato* et *Ragusa;* ad **T. resupinatum** L. locum *Gravosa* prope *Ragusa* et ad salinas circa *Stagno;* ad **T. tenuifolium** *Ten.* locum in parte meridionali montis *Vermaz* prope *Cattaro;* ad **T. supinum** *Savi* in *Pianura di Canali* prope *Ragusa;* ad **T. pallidum** *W.* et *Kit.* circa *Lapad* prope *Ragusa;* ad **T. Pignantii** *Fauch.* et *Chaub.* ad *Czrkvizza* et *Krivoscie*, ubi legit *Th. Pichler.* Hujusce speciei varietatem floribus purpureis, qualem pinxit cl. *Rchb.* f. l. c., tab. 89, fig. I, legit quoque diligentissimus *Pichler.* Huic basis paris supremi foliorum barbata cernitur pilis longioribus patulis. — **T. nigrescens** *Viv.* oritur quoque circa *Stagno* ad salinas.

Vol. III, pag. 291.

Post **Trifolium diffusum** *Ehrh.* addatur:

Trifolium reclinatum *Waldst.* et *Kit.*, III, p. 299. *Host* fl. austr., II, p. 369. *Reichb.* fl. exc., p. 494.

T. caulibus decumbentibus erectisve glabris; foliis oblongis obsolete-denticulatis obtusis emarginatisve; stipularum caudis lanceolato-acuminatis; capitulis subrotundis ebracteatis; calycis dentibus setaceis basi latioribus, valde inaequalibus, sparse pilosis, tubo decemnervi pilosulo paullo longioribus, corollam subaequantibus.

Syn. Trifolium panormitanum *Huter*, an *Presl* fl. sic., I, p. XXI? T. reflexum DC. prodr. syst. nat., II, p. 397.

Icon *Waldst.* et *Kit.*, III, p. 269. *Rchb.* f. ic. fl. germ., XXII, tab. 90, f. I.

Hab. in agris ad *Breno* prope *Ragusa*, ubi legit rev. *Huter.* Fl. rosei. Fl. Majo ⊙.

Obs. Planta speciei Kitaibelianae e loco classico acceptae simillima. A **T. squarroso** *Savi* (non L.) differt praesertim dentibus calycinis lanceolatis refle-

xis. Icones *Kitaibelii* et *Reichenbachii* fil. nostram plantam sat bene exhibent, sed corollas justo majores offerunt. An **T. panormitanum** *Presl* a **T. reclinato** *Kit.* diversum?

Vol. III, pag. 298.

Ad **Trifolium uniflorum** L. observandum, plantam hanc a solo *Guilelmo Noe* in ins. *Veglia* ad *Castel muschio* lectam mihique communicatam, teste cl. *Tommasinio*, circa *Lazzaretto di Sanità di Martinschize* ad *Fiume* solummodo inveniri, et ab ipso *Noe*, utpote plantam circa Flumen crescentem, *Tommasinio* ipso datam fuisse. Hinc Dalmatiae hospes admodum dubia.

Vol. III, pag. 302.

Ad **Lotum ornithopodioidem** L. adde locum ins. *Lissa.*

Vol. III, pag. 303.

Ad **Lotum angustissimum** L. adde locum *Ragusa* et *Cattaro.*

Vol. III, pag. 304.

Ad **Lotum Crantzii** *Vis.* adde locum *Czrkvizza* in *Krivoscìe.*

Vol. III, pag. 305.

Ad **Glycyrrhizam echinatam** L. adde locum *Stobrez* prope *Spalato.*

Vol. III, pag. 306.

Ad **Coluteam arborescentem** L. addatur var. β **microphylla:** canescens, foliolis duplo minoribus. — *Icon.* Tab. XV, *Tommasin.* die veg. d. ins. *Sansego* in d. schrift. d. zool-bot. gesell., Wien 1862, p. 825 (17). — *Hab.* in arenosis ins. *Sansego* prope *Deputazione di sanità*, ubi legit *Sendtner*, qui eam tardius ac species florere dicit.

Vol. III, pag. 308.

Ad **Astragalum Mülleri** *Steud.* adde locum *Almissa.*

Vol. III, pag. 310.

Ad **Astragalum depressum** L. adde locum montem *Lovçen* in *Montenegro*, ubi legit *Th. Pichler.*

Vol. III, pag. 311.

Ad **Astragalum angustifolium** *Lam.* adde locum in *Montenegro*, ubi invenit *Fr. Maly.*

Vol. III, pag. 314.

Ad **Bonaveriam Securidacam** *Rchb.* adde locum circa *Spalato* in agris.

Vol. III, pag. 314.

Ad **Ornithopum compressum** L. adde locum in ins. *Giuppana.*

Vol. III, pag. 314.

Ad **Hippocrepidem comosam** L. adde locum in monte *Orien.*

Vol. III, pag. 316.

Ad **Onobrychidem albam** *Desv.* addatur locus *Kamesniza.*

Vol. III, pag. 316.

Ad **Onobrychidem sativam** *Desv.* adde iconem *Rivin.* ic. fl. tetr. irr., tab. 2, et synon. **O. Tommasinii** *Jord.* jard. de Gren. 1851, quae non differt a specie

nec dentium leguminis forma aut brevitate, nec areolarum disci proportione, cum hae notae varient in eodem specimine. Planta tergestina, istriaca et dalmatica sistit formam australem speciei. — **O. arenaria** *Koch.* non differt ab **O. sativa**, quod suspicatus erat cl. auctor.

Vol. III, pag. 319.

Ad **Viciam grandifloram** *Scop.* var. α, adde locum ad *Clissa;* ad **V. cordatam** *Wulf.* adde locum circa *Spalato*, et iconem *Sturm* deutsch. fl. phaner., VIII, 32.

Vol. III, pag. 320.

Ad **Viciam peregrinam** L. citetur icon *Sturm.*, l. c., phaner. VIII.

Vol. III, pag. 321.

Ad **Viciam gracilem** *Loisl.* cit. icon Engl. bot. ed. III, tab. CCCLXXXIV.

Vol. III, pag. 323.

Ad **Viciam ochroleucam** *Ten.* adde locum in *Montenero.*

Vol. III, pag. 326.

Ad **Lathyrum tenuifolium** *Desf.* adde locum *Canidole piccole* prope *Unie*, unde misit *Tommasini.*

Vol. III, pag. 327.

Ad **Lathyrum Gorgoni** *Parlat.* observes, plantam sub hoc nomine mihi missam, utpote lectam circa *Lossin piccolo* et *Sansego* a *Guilelmo Noe*, in neutro locorum horum, etiamsi pluries explorato, inventam fuisse nec a *Sendtnero*, nec a *Tommasinio*, etiamsi plantam missam certo certius **L. Gorgoni** *Parlat.* pertineat: hinc valde dubia Dalmatiae incola.

Vol. III, pag. 328.

Ad **Lathyrum sphaericum** *Retz* citetur icon *Sibth.* et *Sm.* fl. graec., VII, t. 696.

Vol. III, pag. 330.

Ad **Lathyrum album** *Peterm.* adde locum *Tulove grede* in montibus *Vellebit.*

Vol. III, pag. 332.

Ad **Ceratoniam Siliquam** L. adde iconem *Rchb.* fil. XXII. tab. MMLIV, tab. 3, et MMLXXVI, tab. 25.

Vol. III, pag. 371.

Adde **Coriandrum sativum** L. post Trib., X, CORIANDREAE.

Vol. III, pag. 371.

Crypsit aculeata *Vis.* corr. **Crypsis aculeata** *Ait.*

Restat, ut egregio juveni doct. *Petro Andreae Saccardo*, scholae hortoque patavino addicto, mihique in hoc opere concinnando adjutori strenuo, meritas uti par est gratias agam.

Vol. III, p. 26.

Astrantiam majorem nostram sic ponas.

Astrantia major L. var. **alpestris** *Eins.* et *F. Schultz* in Archiv. de flor. I, pag. 220.

SYN. A. major *Vis.* fl. dalm., l. c. excl. syn. et icon. praeter *Alsch.* fl. jadr., p. 245. — A. bavarica *F. Schultz* in bot. zeit. 1858, p. 161. — A. alpina *Dion. Stur* monogr. Astrant. Wien 1960, p. 26. — A gracilis *Rchb.* fil. ic. fl. germ., XXI, p. 3, non *Bartl.*

ICON. *Rchb.* fil. l. c., tab. IV, f. I. *Moris.* hist. pl. sect. IX, tab. 4, f. 2.

HAB. in pratis siccis elatioribus *Sveto-Brdo* mont. *Vellebit*, unde misere *Alschinger* et *Tommasini.* Fl. pallidi aut rosei. Fl. aestate ♃.

OBS. Planta nostra e statione elatiore, aprica, sicciore omni ex parte minor est **A. majore** L., a qua, diligentissime comparata, non differt. Rugae fructus tum in hac tum in specie ad medium fructum obtusae, solum in parte superiore acutae, secus ac dictum fuit in diagnosi fl. dalm. — **A. gracilis** *Bartl.* nil est nisi forma gracilior ex loco umbroso et humido **A. carniolicae** *Wulf.*, quod probavit cl. *Stur*, qui illius plantae specimen Bartlingianum vidit et contulit.

ENUMERATIO SYSTEMATICA

STIRPIUM VASCULARIUM

FLORAE DALMATICAE.

CLASSIS I CRYPTOGAMAE.

I. **Characeae** L. Cl. Rich.
Chara foetida A. Br.
— hispida L.
— — β polyacantha A. Br.
— fragilis Desv.
— intermedia A. Br.
— ceratophylla Wallr.
— flexilis D. C.
— hyalina D. C.
— glomerata Desv.
— opaca Ag.
— — β. pseudoflexilis A. Br.
— Stalii Vis.

II. **Equisetaceae** DC.
Equisetum arvense L.
— Telmateja Ehrh.
— palustre L.
— elongatum W.

III. **Lycopodineae** Sw.
Lycopodium denticulatum L.

IV. **Filices** Sw.
Polypodiaceae Hook.
Ceterach officinarum W.
— — β. crenatum Mild.
Grammitis leptophylla Sw.
Polypodium vulgare L.
— — β. serratum Vis.
Polypodium — γ. semilacerum Morr.
— Dryopteris L.
Aspidium Lonchitis Sw.
— Thelypteris Sw.
— aculeatum W.
Aspidium lobatum W.
— rigidum Sw.
— spinulosum W.
— — β. dilatatum Koch
— fragile Sw.
— alpinum Sw.
Scolopendrium officinarum W.
— — β. hybridum Mild.
Asplenium Trichomanes L.
— viride Huds.
— germanicum Weiss
— Ruta muraria L.
— Adianthum nigrum L.
— — β. acutum Vis.
— fissum Kit.
Pteris aquilina L.
Adianthum Capillus Veneris L.
Cheilanthes odora Sw.
Oeosporangium persicum Vis.
Ophioglosseae Hook.
Ophioglossum vulgatum L.
— lusitanicum L.
Botrychium Lunaria Sw.

Classis II Phanerogamae, Monocotyledones.

V. **Gramina** L.

Zea Mays L.
— — β. praecox.
Anthoxanthum odoratum L.
— — β. Puellii St. Am.
Holcus avenaceus Scop.
— — β. nodosus Vis.
Sorghum vulgare L.
— saccharatum Pers.
— cernuum W.
— halepense Pers.
Pollinia Gryllus Spr.
— distachys Spr.
Andropogon Ischaemum L.
— hirtus L.
— — β. pubescens Vis.
Heteropogon glaber Pers.
Saccharum Ravennae Murr.
— strictum Spr.
Imperata cylindrica Beauv.
Lagurus ovatus L.
Polypogon monspeliense Desf.
— maritimum L.
Digitaria Dactylon Scop.
— sanguinalis Scop.
— ciliaris L.
Chaeturus fasciculatus Link
Lappago racemosa W.
Calamagrostis Epigejos Roth
— montana Host
Agrostis alpina Scop.
— canina L.
— stolonifera L.
— — β. maritima Vis.
— frondosa Tenor.
— verticillata Vill.
— pungens Schreb.
Milium lendigerum L.
— multiflorum Cav.
— paradoxum L.
— effusum L.
Stipa pennata L.
— tortilis Desf.
— Calamagrostis Wahlb.
— Aristella L.
Panicum cruciforme Sibth.
— Crus Galli L.
— miliaceum L.
Setaria verticillata Beauv.
— viridis Beaub.
— setacea Beauv.
— glauca Beauv.
— italica Beauv.
Phalaris brachystachys LK.
— aquatica L.
— nodosa L.
— minor Retz
— paradoxa L.
Baldingera arundinacea Rchb.
Phleum tenue Schrad.
— pratense L.
— — β. nodosum Vis.
(Phl. Bertolonii DC.)
— arenarium L.
— asperum Vill.
— alpinum L.
— echinatum Host.
— — β. elongatum Vis.
— — γ. villosum Vis.
Alopecurus agrestis L.
— utriculatus Pers.
Crypsis alopecuroides Schrad.
— schoenoides Lam.
— aculeata Ait.
Melica uniflora Retz
— nutans L.
— ciliata L.
Aira praecox L.
— media Gou.
— caespitosa L. β. Trin.
— caryophyllea L.
— — β. capillaris Vis.
Avena sativa L.
— barbata Brot.
— fatua L.
— sterilis L.

Avena convoluta Presl
— pubescens L.
— compacta Boiss.
(A. Neumayeriana Vis.)
— myriantha Bertol.
Danthonia calycina Rchb.
Koeleria cristata Pers.
— — β. canescens Vis.
— phleoides Pers.
Bromus sterilis L.
— tectorum L.
— madritensis L.
— rigidus Roth
— arvensis L.
— maximus Desf.
— — β. Gussonii Vis.
(B. Gussonii Parl.)
— mollis L.
— — β. nanus Vis.
— intermedius Guss.
— — β. polystachyus Vis.
— erectus Huds.
— — β. villosus Vis.
— secalinus L.
— squarrosus L.
— — β. pubescens Vis.
Festuca duriuscula L.
— — β. ovina Vis.
(F. ovina L.)
— heterophylla Lam.
— violacea Gaud.
— pratensis Huds.
— varia Haenk.
— — β. flavescens Vis.
— arundinacea Schreb.
— spectabilis Jan
— Myurus L.
— ciliata Lk.
— — β. imberbis Vis.
— uniglumis Soland.
— Michelii Kth.
— serotina L.
Dactylis glomerata L.
— — β. villosa Vis.
(D. hispanica Roth.)
Dactylis litoralis W.
Arundo Donax L.
— Pliniana Turr.
— Phragmites L.
Psamma arenaria Beauv.
Poa bulbosa L.
— — β. prolifera Vis.
— alpina L.
— nemoralis L.
— annua L.
— compressa L.
— trivialis L.
— — β. Koeleri DC.
— pratensis L.
— — β. angustifolia Pitt.
— serotina Ehrh.
— Eragrostis L.
— pilosa L.
— megastachya Koel.
— rigida L.
— — β. patens (Guss.)
— dura L.
Glyceria fluitans R. Br.
— aquatica Wahlb.
— distans Wahlb.
Molinia coerulea Moench.
— — β. arundinacea Schrk.
Lamarckia aurea Moench.
Sesteria argentea Savi
— — β. nitida (Ten.)
— elongata Host
— juncifolia Host
— interrupta Vis.
Echinaria capitata Desv.
Beckmannia erucaeformis Host
Rottboellia incurvata L. fil.
— pannonica W.
Psilurus nardoides Trin.
Aegylops ovata L.
— biuncialis Vis.
— uniaristata Vis.
— triuncialis L.
Lolium arvense Schrad.
— subulatum Vis.
— rigidum Gaud.

Lolium temulentum L.
— — β. robustum Rchb.
— perenne L.
— siculum Parlat.
Triticum vulgare L.
— — β. hybernum
— durum Desf.
— — β. villosum Vis.
— pannonicum L.
— monococcum L.
— Spelta L.
— villosum Bieb.
— repens L.
— — β. glaucum (Desf.)
— — γ. virescens Panç.
— pungens Pers.
— caninum L.
— loliaceum Sm.
— ciliatum DC.
— sylvaticum Moench.
— pinnatum Mch.
— — α. glabrum Vis.
— — β. pubescens Vis.
— ramosum Vis.
Secale cereale L.
— dalmaticum Vis.
Hordeum vulgare L.
— bulbosum L.
— murinum L.
— pratense Huds.
— maritimum With.
— distichon L.

VI. **Cyperoideae** Juss.
Carex divulsa Good.
— muricata L.
— remota L.
— vulpina L.
— divisa Good.
— leporina L.
— arenaria L.
— illegitima Cesat.
(C. pharensis Vis.)
— nitida Host
— distans L.
— glauca Scop.
Carex pallescens L.
— sempervirens Vill.
— — β. laevis (Kit.)
— hirta L.
— hordeistichos Vill.
— flava L.
— extensa Good.
— Linkii Schk.
— alpestris All.
— digitata L.
— humilis Leyss.
— verna L.
— tomentosa L.
— riparia L.
— ampullacea Good.
Blysmus compressus Panz.
Schoenus nigricans L.
— mucronatus L.
Cyperus flavescens L.
— fuscus L.
— — β. virescens Vis.
— olivaris Targ.
— longus L.
— badius Desf.
— difformis L.
— glaber L.
— Monti L. fil.
Cladium Mariscus Hook.
Heleocharis palustris R. et Sch.
— uniglumis Link
— ovata R. Br.
Fimbristylis dichotoma Vahl
Isolepis tenuis Presl
Scirpus lacustris L.
— maritimus L.
— — α. laxus Vis.
— — β. compactus Vis.
— — γ. macrostachys Willd.
Dichostylis Micheliana Nees
Holoschoenus vulgaris LK.
Eriophorum angustifolium Roth

VII. **Junceae** R. Br.
Juncus glaucus Ehrh.
— acutus L.
— maritimus Lam.

Juncus insulanus Viv.
— bufonius L.
— lampocarpos Ehrh.
— obtusiflorus Ehrh.
— Tenageja L. fil.
— bulbosus L. β. Gerardi Vis.
Luzula campestris DC.
— — β. congesta Vis.
— Forsteri DC.
— albida DC.

VIII. **Irideae** Juss.

Iris pumila L.
— — β. lutescens Vis.
— germanica L.
— graminea L.
— pseudo-acorus L.
— tuberosa L.
Crocus vernus All.
— reticulatus Stev.
— dalmaticus Vis.
— Sieberi Gay
— biflorus Mill.
— Pallasii Bieb.
— sativus L.
Romulea Bulbocodium Seb. et Maur.
— crocifolia Vis.
Gladiolus segetum Gawl.
— triphyllus Sibth.
— illyricus Koch

IX. **Amaryllideae** R. Br.

Agave americana L.
— — β. marginata Vis.
Sternbergia colchiciflora W. Kit.
— lutea Ker.
Leucojum aestivum L.
Galanthus nivalis L.
Narcissus poeticus L.
— radiiflorus Salisb.
— Tazzetta L.
— niveus Loisl.
— — β. fl. pleno
— polyanthos Lois.
— biflorus Curt.
— serotinus L.
— odorus L.
Narcissus Pseudo-Narcissus L.
Pancratium maritimum L.

X. **Liliaceae** DC.

Fritillaria montana Hopp.
— — β. biflora Vis.
— messanensis Rafin.
Lilium candidum L.
— Cattaniae Vis.
(L. dalmaticum Vis.)
— carniolicum Bernh.
Tulipa sylvestris L.
Allium moschatum L.
— saxatile Bieb.
— fallax Schult
— subhirsutum L.
— roseum L.
— neapolitanum Cyr.
— Chamae-Moly L.
— ursinum L.
— nigrum L.
— pulchellum Don
— intermedium Lam.
— — β. bulbilliferum Vis.
— tenuiflorum Ten.
— — β. bulbilliferum Vis.
— pallens L.
— flavum L.
— fuscum W. et Kit.
— cornutum Clement.
— Ascalonicum L.
— Cepa L.
— sativum L.
— Porrum L.
— Ampeloprasum L.
— rotundum L.
— sphaerocephalon L.
— margaritaceum Sibth. Sm.
— vineale L.
Scilla autumnalis L.
— bifolia L.
— pratensis W. et Kit.
(Sc. amethystina Vis.)
Ornithogalum arabicum L.
— umbellatum L.
— exscapum Ten.

Ornithogalum comosum L.
— narbonense L.
— pyrenaicum L.
Gagea arvensis Schult
— pusilla Schult
— pygmaea Schult
Muscari racemosum Mill.
— botryoides Mill.
— comosum Mill.
Hyacinthus orientalis L.
— — β. phyllanthus Vis.
Bellevalia pallens Vis.
— romana Reichb.
— dubia Reichb.
Anthericum Liliago L.
— ramosum L.
Asphodeline lutea Reichb.
— cretica Vis.
Asphodelus microcarpus Viv.
— albus Mill.
— fistulosus L.
Erythronium Dens canis L.

XI. **Colchicaceae** DC.
Veratrum album L.
— nigrum L.
Colchicum montanum L.
— Bivonae Guss.

XII. **Smilaceae** R. Br.
Paris quadrifolia L.
Ruscus aculeatus L.
— Hypoglossum L.
Asparagus officinalis L.
— tenuifolius Lam.
— scaber Brign.
— acutifolius L.
Smilax aspera L.
— nigra W.
Convallaria majalis L.
— Polygonatum L.
— multiflora L.
— latifolia Jacq. β. bracteata Vis.

XIII. **Dioscoreae** R. Br.
Tamus communis L.

XIV. **Orchideae** L.
Platanthera bifolia Rich.
Platanthera bifolia β. chlorantha (Guss.)
Orchis Morio L.
— — β. picta Loisl.
— provincialis Balb.
— — β. pauciflora Ten.
— mascula L.
— — β. speciosa Host
— patens Desf.
— laxiflora Lam.
— Hostii Trattin.
— rubra Jacq.
— fusca Jacq.
— variegata All.
— Simia Lam.
— coriophora L. β. fragrans (Poll.)
— sambucina L.
— — β. purpurea Koch
— angustifolia Wimm.
— saccifera Brongn.
— conopsea L.
— albida Scop.
— pyramidalis L.
— — β. condensata Desf.
— hircina Sw.
Tinaea maculata Vis.
Goodyera repens R. Br.
Spiranthes autumnalis Rich.
Ophrys arachnites Reich.
— atrata Lindl.
— aranifera Huds.
— apifera Huds.
— cornuta Stev.
— bombyliflora Link
— tabanifera W.
— Bertolonii Morett.
— flavicans Vis.
— Tommasinii Vis.
— iricolor Desf.
— lutea Cav.
Serapias Lingua L.
— cordigera L.
Cephalanthera pallens Rich.
— ensifolia Rich.
— rubra Rich.
Limodorum abortivum Sw.

Neottia Nidus avis Rich.
Corallorrhiza innata R. Br.
Epipactis latifolia All.
— palustris Crantz.
— microphylla Sw.

XV. **Callaceae** Bartl.
Arum maculatum L.
— longispathum Reichb.
— orientale Bieb.
— Dracunculus L.
Biarum tenuifolium Schott
Arisarum vulgare Targ.

XVI. **Typhaceae** Juss.
Typha latifolia L.
— angustifolia L.
Sparganium erectum L.

XVII. **Najadeae** A. Rich.
Zannichellia major Boenn.
Ruppia maritima L.
Posidonia oceanica Delil.
Phycagrostis major Cavol.
Zostera marina L.
— nana Roth
Najas major Roth
Potamogeton natans L.
— oblonga Viv.
— fluitans Roth
— lucens L.
— crispa L.
— perfoliata L.
— pectinata L.
— pusilla L.

XVIII. **Lemnaceae** Link
Lemna minor L.
— polyrrhiza L.
— arrhiza L.
— gibba L.

XIX. **Alismaceae** L. Cl. Rich.
Triglochin maritimum L.
— Barrelieri Lois.
Alisma Plantago L.
— ranunculoides L.

XX. **Butomeae** L. Cl. Rich.
Butomus umbellatus L.

XXI. **Hydrocharideae** DC.
Hydrocharis morsus ranae L.

Classis III Phanerogamae, Dicotyledones.

Subclassis I. Clamydoblastae.

XXII. **Asarineae** Agardh
Aristolochia Clematitis L.
— rotunda L.
— pallida L.
Asarum europaeum L.

XXIII. **Cytineae** Ad. Brong.
Cytinus Hypocystis L.

XXIV. **Nymphaeaceae** Salisb.
Nymphaea alba L.
— — β. minor Rchb.
Nuphar luteum Sm.

Subclassis II. Gymnoblastae.

Monochlamydeae.

XXV. **Coniferae** L.
Pinus Pinaster Lit.
— sylvestris L.
— Laricio Poir.
— — α. austriaca (Tratt.)
— — β. dalmatica (Vis.)
— — γ. leucodermis (Antoin.)
— Abies Du Roi
Cupressus sempervirens L.
Juniperus communis L.
— Oxycedrus L.
— — β. macrocarpa
— nana W.
— phoenicea L.
— — β. Lobelii (Guss.)
— Sabina L.
Ephedra campylopoda C. A. Mey.
— procera F. et Mey.
Taxus baccata L.

XXVI. **Amentaceae** Vis.
Fagus sylvatica L.
Castanea sativa L.
Quercus Robur L.

Quercus pubescens W.
— — β. intermedia Berang.
— Cerris L.
— Ilex L.
— — β. suberosa Vis.
— coccifera L.
Corylus Avellana L.
Carpinus Betulus L.
— duinensis Scop.
Ostrya carpinifolia Scop.
Alnus glutinosa Gaertn.

XXVII. **Salicinae** Rich.
Salix alba L.
— fragilis L.
— amygdalina L.
— purpurea L.
— incana Schrk.
— viminalis L.
— aurita L.
— cinerea L.
Populus alba L.
— tremula L.
— dilatata Ait.
— nigra L.

XXVIII. **Juglandeae** DC.
Juglans regia L.

XXIX. **Urticaceae** Rchb.
Urtica urens L.
— dioica L.
— — β. pubescens (Trauttw.)
— — γ. glabrata (Vis.)
— membranacea Poir.
— pilulifera L.
Parietaria officinalis L.
— lusitanica L.
Cannabis sativa L.
Humulus Lupulus L.
Morus alba L.
— nigra L.
Ficus Carica L.
Celtis australis L.
Ulmus campestris L.
— — β. suberosa (Vis.)

XXX. **Santalaceae** R. Br.
Thesium Linophyllum L.
Thesium Parnassi A. DC.
— divaricatum Jan
— humile Vahl
Osyris alba L.

XXXI. **Thymelaeae** Juss.
Daphne Mezereum L.
— alpina L.
Passerina annua L.
— hirsuta L.

XXXII. **Laurineae** Vent.
Laurus nobilis L.

XXXIII. **Polygoneae** Juss.
Polygonum viviparum L.
— amphibium L.
— Persicaria L.
— nodosum Pers.
— — β. incanum (Rchb.)
— laxiflorum Weihe
— aviculare L.
— Bellardi All.
— — β. microphyllum Vis.
— arenarium W. et Kit.
— maritimum L.
— Convolvulus L.
— dumetorum L.
— Fagopyrum L.
Rumex Acetosa L.
— arifolius All.
— tuberosus L.
— Acetosella L.
— — β. angustifolius Vis.
— — γ. multifidus (L.)
— scutatus L.
— pulcher L.
— bucephalophorus L.
— Patientia L.
— crispus L.
— aquaticus L.
— conglomeratus Murr.

XXXIV. **Phytolacceae** R. Br.
Phytolacca decandra L.

XXXV. **Chenopodeae** Vent.
Salicornia herbacea L.
— fruticosa L.
— macrostachya Moric.

Spinacia oleracea L.
— glabra Mill.
Atriplex portulacoides L.
— hortensis L.
— patula L.
— — α. integrifolia Vis.
— — β. hastaefolia Vis.
— — γ. triangularis (Vis.)
— litoralis L.
— laciniata L.
Thelygonum Cynocrambe L.
Chenopodium Vulvaria L.
— polyspermum L.
— ambrosioides L.
— album L.
— viride L.
— murale L.
— urbicum L.
Agathophyton Bonus Henricus Moq-Tan.
Beta vulgaris L.
— maritima L.
Camphorosma monspeliaca L.
Suaeda maritima Moq-Tand.
— fruticosa Forsk.
Salsola Kali L.
— Soda L.
Halogeton sativus Moq-Tand.

XXXVI. **Amaranthaceae** R. Br.
Amaranthus Blitum L.
— sylvestris Desf.
— deflexus L.
— retroflexus L.
Polycnemum arvense L.

XXXVII. **Sclerantheae** Bartl.
Scleranthus annuus L.

CLASSIS III. PHANEROGAMAE, DICOTYLEDONES.

SUBCLASSIS I. *Gymnoblastae.*

Legio II. *Dichlamydeae.*

Coh. I. *Monopetalae.*

XXXVIII. **Plantagineae**
Plantago major L.
Plantago Cornuti Gon.
— media L.
— lanceolata L.
— — β. altissima (L.)
— — γ. hungarica (W. K.)
— — δ. lanata (Host)
— — ε. ambigua (Guss.)
— Lagopus L.
— argentea Chaix.
— Bellardi All.
— Weldeni Rchb.
— maritima L.
— — β. subulata (L.)
— serraria L.
— Coronopus L.
— Psyllium L.

XXXIX. **Plumbagineae** Juss.
Armeria canescens Boiss.
Statice Limonium L.
— incana L.
— oleaefolia Pourr.
— cordata L.
(St. pubescens DC.)
— cosyrensis Guss.
— dictiophora Tausch
(St. cancellata Bernh.)
— caspica W.
— ferulacea L.
Plumbago europaea L.

XL. **Globularieae** DC.
Globularia vulgaris L.
— cordifolia L.

XLI. **Dipsaceae** Vaill.
Dipsacus sylvestris Mill.
— laciniatus L.
Succisa pratensis Moench
— australis Rchb.
Cephalaria leucantha Schrad.
— — var. α. genuina Vis.
— — var. β. albescens (R. et Sch.)
— — var. γ. leucanthema (R. Sch.)
— — var. δ. Scopolii Vis.
— — var. ε. indivisa Vis.
— — var. ζ. mediterranea (Viv.)
— transylvanica Schrad.

Asterocephalus Columbaria Wallr.
— — β. mutica Vis.
— — γ. Columnae (Ten.)
— — δ. gramuntia (L.)
— suaveolens Wallr.
— holosericeus Spr.
— crenatus Spr.
— graminifolius Spr.
— maritimus Spr.
— — β. Cornucopia (Viv.)
Pterocephalus palaestinus Coult.
— — α. brachiatus (Sibth.)
— — β. Sibthorpianus (Sibth.)
Scabiosa arvensis L.
— — β. collina (Req.)
— — γ. integrifolia Coult.
— integrifolia L.
— — β. hybrida (All.)
— — γ. angustiloba Vis.

XLII. **Valerianeae** DC.

Valerianella echinata DC.
— gibbosa DG.
— pumila DC.
— eriocarpa Desv.
— Morisoni DC.
— Auricula DC.
— hamata Bast.
— discoidea Lois.
Centranthus ruber DC.
— Calcitrapa Dufr.
Valeriana montana L.
— tripteris L.
— tuberosa L.
— officinalis L.

XLIII. **Compositae** Adans.

Echinops Neumayeri Vis.
— Ritro L.
— — β. elegans Bertol.
Calendula arvensis L.
— sublanata Rchb.
Xeranthemum inapertum W.
— — β. oleaefolium Vis.
Amphoricarpos Neumayeri Vis.
Carlina vulgaris L.
— corymbosa L.
Carlina lanata L.
— acanthifolia All.
— acaulis L.
— — β. simplex (W. et K.)
Cnicus benedictus L.
Centaurea alba L.
— — α. genuina Vis.
— — β. splendens (Host.)
— Jacea L.
— — β. amara (L.)
— — γ. pratensis (Thuill.)
— — δ. nigrescens (W.)
— Cyanus L.
— napulifera Roch.
(C. tuberosa Vis.)
— montana L.
— — α. stricta W. et K.
— — β. axillaris (W.)
— cuspidata Vis.
— Scabiosa L.
— ragusina L.
— Cineraria L.
— salonitana Vis.
— — α. obovata Vis.
— — β. lanceolata Vis.
— — γ. latifolia Vis.
— hellenica Boiss. et Heldr.
— rupestris L.
— sordida W.
— — β. lanuginosa Vis.
— divergens Vis.
— Petteri Rchb. fil.
— Kartschiana Scop.
— cristata Bartl.
— incompta Vis.
— β. velutina Vis.
— glaberrima Tausch.
(C. punctata Vis.)
— Friderici Vis.
— crithmifolia Vis.
— salmantica L.
— solstitialis L.
— melitensis L.
— Calcitrapa L.
Crupina Crupinastrum Vis.

Centrophyllum lanatum DC.
Carthamus tinctorius L.
Silybum marianum Gaertn.
Tyrimnus leucographus Cassin.
Onopordon Acanthium L.
— illyricum L.
Cynara Scolymus L.
Carduus nutans L.
— chrysacanthus Tenor.
— — β. pumilus Vis.
— carlinaefolius Lam.
— acanthoides L.
— arctioides W.
— candicans W. et K.
— — α. genuinus Vis.
— — β. collinus W. et K.
— pycnocephalus Jacq.
— acicularis Bertol.
— bicolor Vis.
Cirsium lanceolatum Scop.
— eriophorum Scop.
— arvense Scop.
— siculum Spr.
— pannonicum Gaud.
— Erisithales Scop.
— acaule All.
— Acarna DC.
Chamaepeuce stellata DC.
— stricta DC.
Lappa major Gaertn.
— minor DC.
— tomentosa Lam.
Serratula tinctoria L.
— radiata Bieb.
Jurinea mollis DC.
— — β. moschata (Guss.)
Eupatorium cannabinum L.
Tussilago Farfara L.
Adenostyles alpina L.
Petasites officinalis Moench
Bellidastrum Michelii Cassin.
Aster Amellus L.
— Tripolium L.
Galatella cana Nees.
— — β. glabra Vis.

Erigeron alpina L.
— attica Vill.
— acris L.
— canadensis L.
Bellis perennis L.
— — α. sylvestris (Vis.)
— — β. pratensis Vis.
— — γ. annua (L.)
Solidago Virgaurea L.
— — β. integrifolia Vis.
Chrysocoma Linosyris L.
Phagnalon rupestre DC.
Evax pygmaea Pers.
Micropus erectus L.
Inula Helenium L.
— Conyza DC.
— hirta L.
— semiamplexicaulis Reut.
— squarrosa L.
— salicina L.
— ensifolia L.
— candida Cassin.
— Britanica L.
— — β. angustifolia Vis.
— montana L.
— graveolens Desf.
— viscosa Ait.
— crithmoides L.
Pulicaria vulgaris Gaertn.
— dysenterica Gaertn.
— odora Reichb.
Buphthalmum salicifolium L.
Asteriscus aquaticus Moench
Pallenis spinosa Cassin.
Senecio vulgaris L.
— nebrodensis L.
— — α. genuinus Vis.
— — β. rupestris (W. et Kit.)
— — γ. laciniatus (Bertol.)
— — δ. bipinnatifidus Vis.
— leucanthemifolius Poir.
— Jacobaea L.
— erraticus Bertol.
— erucifolius Huds.
— abrotanifolius L.

Senecio Cineraria DC.
— Cacaliaster Lam.
— Doronicum L.
— — α. latifolius Vis.
— — β. angustifolius Vis.
— — γ. lanatus (Scop.)
— Visianianus Papaf.
Doronicum caucasicum Bieb.
Gnaphalium luteo-album L.
— uliginosum L.
— sylvaticum L.
— fuscum Scop.
— Leontopodium L.
— dioicum L.
Helichrysum angustifolium DC.
Filago germanica L.
— — β. pyramidata (L.)
— — γ. spicata Vis.
— — δ. decumbens Vis.
— — ε. eriocephala (Parl.)
— gallica L.
Anacyclus radiatus Lois.
— clavatus Pers.
Anthemis arvensis L.
— Cota L.
— segetalis Tenor.
(A. Pseudo Cota Vis.)
— austriaca Jacq.
— chia L.
— Cotula L.
Diotis maritima Hook.
Santolina Chamae Cyparissus L.
Achillea Clavenae L.
— — β. argentea Vis.
— abrotanoides Vis.
— Millefolium L.
— — α. sylvatica Vis.
— — β. collina Vis.
— — γ. lanata Vis.
(A. setacea W. et K.)
— tanacetifolia All.
— nobilis L.
— odorata L.
— ligustica All.
Matricaria Chamomilla L.
Matricaria — α. marginata Vis.
— — β. papposa Vis.
Chamaemelum uniglandulosum Vis.
Chrysanthemum Leucanthemum L.
— — α. pratense Vis.
— — β. laciniatum Vis.
— — γ. montanum (L.)
— — δ. nudicaule Vis.
— — ε. graminifolium (L.)
— ceratophylloides All.
— cinerariaefolium Vis.
— corymbosum L.
— Parthenium L.
— macrophyllum W. et K.
— Tanacetum Vis.
— segetum L.
Pinardia coronaria Less.
Artemisia Absinthium L.
— arborescens L.
— camphorata Vill.
— — β. Biasolettiana Koch
— — γ. virens Vis.
— paniculata Lam.
(A. naronitana Vis.)
— scoparia W. K.
— campestris L.
— vulgaris L.
— gallica W.
— — β. vallesiaca (All.)
— caerulescens L.
Tanacetum vulgare L.
— — β. crispum Vis.
Helianthus tuberosus L.
Bidens tripartita L.
Scolymus hispanicus L.
Lampsana communis L.
Rhagadiolus stellatus DC.
— — α. indivisus Vis.
— — β. intermedius DC.
— — γ. edulis DC.
Cichorium Intybus L.
— — α. sylvestre Vis.
— — β. indivisum Vis.
— Endivia L.
— — β. pumilum (Jacq.)

Hyoseris radiata L.
— scabra L.
Hedypnois cretica W.
— tubaeformis Tenor.
Hypochaeris radicata L.
— maculata L.
Seriola aethnensis L.
Helminthia echioides Gaertn.
— — β. humifusa (Trev.)
Picris hieracioides L.
— laciniata Schkuhr
— Sprengeriana Lam.
Thrincia tuberosa DC.
Leontodon autumnale L.
— hastile L.
— — α. pratense Vis.
— — β. hispidum (L.)
— — γ. laciniatum Vis.
— saxatile Rchb.
— — α. simplex Vis.
— — β. asperum (W. K.)
— — γ. tenuifolium (Vis.)
— incanum Schrk.
— Berinii Roth.
Podospermum laciniatum DC.
— — β. calcitrapifolium (Vis.)
Scorzonera rosea W. et Kit.
— Candollei Vis.
— austriaca W.
— — α, latifolia Vis.
— — β. oblongifolia Vis.
— — γ. angustifolia (Rchb.)
— villosa Scop.
— — β. dalmatica Vis.
Geropogon glabrum L.
Tragopogon major Jacq.
— porrifolius L.
— eriospermus Tenor.
— crocifolius L.
— pratensis L.
— Tommasinii Schulz. bip.
Urospermum picroides Desf.
— Dalechampii Desf.
Taraxacum officinale Wigg.
— — β. palustre (Sm.)

Chondrilla juncea L.
Prenanthes purpurea L.
— — α. vulgaris Vis.
— — β. major Vis.
— — γ. latifolia Vis.
Lactuca perennis L.
— saligna L.
— Scariola L.
— augustana All.
— muralis Gaertn.
— sativa L.
Phoenixopus vimineus Rchb.
Trichocrepis bifida Vis.
Gatyona Dioscoridis Rchb.
Zacintha verrucosa Gaertn.
Crepis vesicaria L.
— — β. scariosa W.
— setosa Hall. fil.
— foetida L.
— rubra L.
— — β. scapigera Ten.
— bulbosa Cassin.
— alpestris Tausch
— — β. Visianiana Rchb.
— Jacquini Tausch
— — β. integrifolia Vis.
— chondrilloides Jacq.
— rigida W. et Kit.
— niceaensis Balb.
— — β. adenantha Rchb.
— neglecta L.
— pulchra L.
Hieracium Pilosella L.
— — β. major Vis.
— bifurcum Bieb.
— hybridum Chaix.
— florentinum L.
— — α. praealtum (Vill.)
— — β. piloselloides (Vill.)
— cymosum L.
— — β. Laggeri Rchb.
— collinum Gochn.
— — β. melachactum Gris.
— porrifolium L.
— glaucum All.

Hieracium — β. stuppeum Vis.
— sabaudum L.
— murorum L.
— sylvaticum Lam.
— villosum Jacq.
— — α. valde pilosum (Vill.)
— — β. flexuosum (W. et K.)
— — γ. glabratum Vis.
— lanatum Vill.
Sonchus oleraceus L.
— asper Vill.
— maritimus L.
Reichardia vulgaris Roth
(Picridium Desf.)
— — β. scapigera Vis.

XLIV. **Ambrosiaceae** Link.
Xanthium strumarium L.
— macrocarpum DC.
— spinosum L.
Ambrosia maritima L.

XLV. **Campanulaceae** Bartl.
Phyteuma orbicularis L.
— — β. lanceolata (Vill.)
— — γ. Columnae Vis.
— limoniifolia Sibth.
Campanula sibirica L.
— capitata Sims
— glomerata L.
— Trachelium L.
— rapunculoides L.
— bononiensis L.
— rotundifolia
— — α. caespitosa (Scop.)
— — β. pusilla (Haenk)
— — γ. Scheuchzeri (Vill.)
— Waldsteiniana R. S.
— garganica Ten.
— Portenschlagiana R. S.
— Morettiana Rchb.
— pyramidalis L.
— ramosissima Sibth.
— persicifolia L.
— Rapunculus L.
— Erinus L.
— graminifolia L.
Campanula caudata Vis.
— serpyllifolia Vis.
— Pumilio Portensch.
— Speculum L.
— hybrida L.
— falcata R. S.
— Alpini L.
— Pichleri Vis.

XLVI. **Vaccinieae** DC.
Vaccinium Myrtillus L.
Vitis idaea L.

XLVII. **Ericeae** R. Br.
Arbutus Unedo L.
Arctostapylos Uva ursi Spr.
Calluna vulgaris Salisb.
Erica carnea L.
— mediterranea L.
— verticillata Forsk.
— multiflora L.
— arborea L.
Azalea procumbens L.
Pyrola minor L.

XLVIII. **Styraceae** L. A. Rich.
Styrax officinalis L.

XLIX. **Ebenaceae** L. A. Rich.
Diospyros Lotus L.

L. **Samolinae** Rafin.
Samolus Valerandi L.

LI. **Primulaceae** Vent.
Cyclamen hederaefolium Ait.
— vernum Reichb.
Primula acaulis Jacq.
— suaveolens Bertol.
— Kitaibeli Schott
Androsace villosa L.
— lactea L.
Lysimachia vulgaris L.
— punctata L.
— Nummularia L.
— Linum stellatum L.
Anagallis arvensis L.
— — α. phoenica (All.)
— — β. coerulea (Schreb.)

LII. **Lentibulariae** L. A. Rich.
Utricularia vulgaris L.

LIII. **Scrophularinae** R. Br.

Verbascum Thapsus L.
— — β. elongatum (Willd.)
— densiflorum L.
— — β. thapsiforme (Schrad.)
— macrurum Ten.
(V. Visianianum Rchb. f.)
— phlomoides L.
— — β. samniticum (Ten.)
— floccosum W. et Kit.
— Lychnitis L.
— undulatum Lam.
— sinuatum L.
— nigrum L.
— — α. genuinum Vis.
— — β. lanatum (Schrad.)
— — γ. orientale (Bieb.)
— phoeniceum L.
— — β. lanuginosum Vis.
— Blattaria L.

Scrophularia nodosa L.
— Scopolii Hopp.
— laciniata W. Kit.
— canina L.
— — β. bicolor (Sibth.)
— peregrina L.

Linaria Cymbalaria Mill.
— — α. vulgaris Vis.
— — β. pilosa (L.)
— Elatine Mill.
— — α. vulgaris Vis.
— — β. commutata (Bernh.)
— — γ. lasiopoda Vis.
— spuria Mill.
— cirrhosa W.
— micrantha DC.
— minor Desf.
— litoralis W.
— alpina Mill.
— simplex DC.
— pelisseriana Mill.
— vulgaris Mill.
— italica Trevir.
— chalepensis Mill.
— repens Mill.

Linaria genistifolia Mill.
— dalmatica Mill.

Antirrhinum Orontium L.
— majus L.

Digitalis grandiflora Lam.
— laevigata W. et Kit.
— ferruginea L.

Gratiola officinalis L.

Veronica spicata L.
— longifolia L.
— saturejoides Vis.
— serpyllifolia L.
— acinifolia L.
— arvensis L.
— officinalis L.
— Pseudo Chamaedrys Jacq.
— Chamaedrys L.
— austriaca L.
— — α. orbiculata Vis.
— — β. elliptica Vis.
— latifolia L.
— Anagallis L.
— — β. ovalis Vis.
— Beccabunga L.
— agrestis L.
— — α. opaca (Fries.)
— — β. didyma (Ten.)
— persica Poir.
(V. Buxbaumii Ten.)
— hederifolia L.
— Cymbalaria Bodard.

Euphrasia officinalis L.
— — α. pratensis (Rchb.)
— — β. stricta (Host.)
— — γ. salisburgensis (Funk.)
— Odontites L.
— lutea L.
— latifolia L.
— Trixago Vis.

Pedicularis comosa L.
— Friderici Augusti Tommas.
— — β. montenegrina Ebel.

Rhinanthus Crista galli L.
— — β. angustifolius (Gm.)
— Alectorolophus Pollich.

Melampyrum arvense L.
— — β. barbatum (W. et K.)
— nemorosum L.
— cristatum L.
Orobanche gracilis Lm.
— speciosa DC.
— — β. Tommasinii Vis.
— Picridis F. Schulz.
— caryophyllacea Sm.
— Epithymum DC.
— major L.
— Hederae Duby.
— minor L.
— — β. adenostyla Vis.
— crinita Viv.
Phelipaea ramosa C. A. Mey.
— lavandulacea F. Schultz.

LIV. **Verbenaceae** Juss.
Verbena officinalis L.
— supina L.
Vitex Agnus Castus L.

LV. **Labiatae** Juss.
Lavandula Spica L.
— latifolia Vill.
Mentha sylvestris L.
— — β. ovalis Vis.
— — γ. polystachya Vis.
— — δ. dalmata Tsch.
— pubescens W.
— viridis L.
— aquatica L.
— — α. Linnaeana Vis.
— — β. hirsuta (L.)
— — γ. calaminthaefolia Vis.
— Pulegium L.
— — β. tomentella (Hoffms. et LK.)
Lycopus europaeus L.
— exaltatus L. fil.
Salvia officinalis L.
— — β. grandiflora (Etl.)
— — δ. auriculata Vis.
— glutinosa L.
— Horminum L.
— viridis L.
Salvia Sclarea L.
— argentea L.
— Bertolonii Vis.
— Verbenaca L.
— — α. sinuata Vis.
— — β. multifida (Sibth. et Sm.)
— verticillata L.
Rosmarinus officinalis L.
Origanum vulgare L.
— — α. genuinum Vis.
— — β. prismaticum Vis.
— — γ. virens (Hoffms et LK.)
— — δ. hirtum (Link.)
Thymus Serpyllum L.
— — α. vulgaris Vis.
— — β. montanus (Waldst. et Kit.)
— — γ. angustifolius (Pers.)
— — δ. pannonicus (All.)
— Zygis L.
— bracteosus Vis.
— capitatus Hoffms. et LK.
Satureja hortensis L.
— montana L.
— — α. communis Vis.
— — β. variegata (Host)
— — γ. subspicata (Bartl.)
— cuneifolia Ten.
Micromeria approximata Rchb.
— juliana Benth.
— — β. angustifolia Vis.
— — γ. latifolia Vis.
— graeca Benth.
— — β. tenuifolia (Ten.)
— — γ. pauciflora Vis.
— parviflora Rchb.
— Piperella Benth.
Calamintha grandiflora Moench
— officinalis Moench
— Nepeta Clairv.
— thymifolia Rchb.
— origanifolia Vis.
— subnuda Host
Clinopodium vulgare L.
Acinos thymoides Moench
— — β. villosus Pers.

Acinos — γ. perennans Vis.
— alpinus Moench
— adscendens Moench
Melissa officinalis L.
Hyssopus officinalis L.
— — β. canescens DC.
Nepeta Cataria L.
— nuda L.
Glechoma hederacea L.
Sisti derromana L.
— purpurea Talbot
— montana L.
Stachys Betonica Benth.
— italica Mill.
— germanica L.
— obliqua Walist. et Kit.
— sylvatica L.
— palustris L.
— — β. angustifolia Benth.
— arvensis L.
— annua L.
— pubescens Ten.
— maritima L.
— recta L.
— subcrenata Vis.
— — β. angustifolia Vis.
— — γ. fragilis Vis.
— — δ. labiosa Vis.
— spinulosa Sibth. et Sm.
— menthaefolia Vis.
Lamium Orvala L.
— amplexicaule L.
— intermedium Fries
— purpureum L.
— bifidum Cyrill.
— — β. cryptanthum (Guss.)
— maculatum L.
— Galeobdolon Crantz
Melittis Melissophyllum L.
Brunella grandiflora Moench
— vulgaris Lam.
— laciniata Lam.
Galeopsis Ladanum L.
— — α. latifolia (Hoffm.)
— — β. intermedia (Vill.)
Galeopsis — γ. angustifolia (Ehrh.)
— Tetrahit L.
— — α. parviflora Vis.
— — β. major Vis.
— — γ. pubescens (Bess.)
Phlomis fruticosa L.
Ballote nigra L.
— — α. foetida Vis.
— — β. vulgaris (Link.)
— rupestris Vis.
Marrubium vulgare L.
— — β. apulum (Tenor.)
— candidissimum L.
Chaeturus Marrubiastrum Rchb.
Leonurus Cardiaca L.
Betonica Alopecuros L.
Scutellaria orientalis L.
— alpina L.
— commutata Guss.
— galericulata L.
Prasium majus L.
Ajuga reptans L.
— genevensis L.
— Chamaepytis Schreb.
— — β. grandiflora Vis.
— — γ. glabra Vis.
— Iva Schreb.
Teucrium Arduini L.
— scordioides Schrb.
— Botrys L.
— Chamaedrys L.
— — β. acutilobum Vis.
— — γ. microphyllum Vis.
— flavum L.
— Marum L.
— Polium L.
— — β. purpurascens Benth.
— — γ. capitatum (L.)
(T. Polium L. angustifolium.)
— montanum L.
— — β. majus Vis.
— — γ. supinum (L.)

LVI. Acanthaceae Juss.

Acanthus longifolius Host
— mollis L.

Acanthus spinulosus Host
— spinosus L.

LVII. **Convolvulaceae** Venten.

Convolvulus sepium L.
— sylvestris W.
— soldanella L.
— arvensis L.
— tenuissimus Sibth.
— Cantabrica L.
— Cneorum L.

LVIII. **Cuscuteae** I. S. Presl

Cuscuta major DC.
— Epithymum L.
— obtusiflora H. Kth.
(C. breviflora Vis.)

LIX. **Solaneae** Juss.

Datura Stramonium L.
— — β. Tatula (L.)
Nicotiana rustica L.
Hyoscyamus niger L.
— albus L.
(H. varians Vis.)
Solanum Dulcamara L.
— — β. pubescens Vis.
— sodomaeum L.
— nigrum L.
— miniatum Bernh.
Physalis Alkekengi L.
Mandragora officinarum L.
Atropa Belladonna L.
Lycium europaeum L.

LX. **Borragineae** Juss.

Heliotropium europaeum L.
— supinum L.
Asperugo procumbens L.
Cynoglossum officinale L.
— pictum Ait.
— Columnae Ten.
Lappula Myosotis Moench
Cerinthe aspera Roth
— retorta Sibth.
— minor L.
— — β. maculata (Bieb.)
— alpina Kit.
Onosma echioides L.
Onosma — β. Visianii (Clem.)
— stellulata W. et Kit.
— — angustifolia (Lehm.)
Lithospermum officinale L.
— arvense L.
— incrassatum Guss.
— tenuiflorum L.
— apulum Vahl
— purpureo-caeruleum L.
— petraeum A. DC.
Echium parviflorum Moench
— plantagineum L.
— vulgare L.
— pustulatum Sibth.
— italicum L.
Pulmonaria angustifolia L.
Alkanna tinctoria Tausch
Nonnea lutea Rchb.
— ventricosa Griseb.
Anchusa angustifolia L.
(A. microcalyx Vis.)
— italica L.
— Barrelieri DC.
— arvensis Bieb.
— variegata Lehm.
Myosotis palustris With.
— pusilla Link.
— arvensis Roth
— — β. intermedia (LK.)
— alpestris Hopp.
Symphytum officinale L.
— tuberosum L.
— bulbosum Schimp.
Borrago officinalis L.

LXI. **Gentianeae** Juss.

Erythraea Centaurium Pers.
— — β. ramosissima (Pers.)
— spicata Pers.
— maritima Pers.
Gentiana lutea L.
— crispata Vis.
— ciliata L.
— utriculosa L.
— nivalis L.
— verna L.

Gentiana asclepiadea L.
— acaulis L.
— Cruciata L.
Chlora perfoliata L.
— — β. serotina (Koch)

LXII. **Asclepiadeae** R. Br.
Periploca graeca L.
Cynanchum acutum L.
— — β. monspeliacum (L.)
Vincetoxicum album Aschers.
— — α. vulgare (R. et Sch.)
— — β. fuscatum (LK.)
— Huteri Vis. et Asch.
Gomphocarpus fruticosus R. Br.

LXIII. **Apocyneae** R. Br.
Nerium Oleander L.
Vinca minor L.

LXIV. **Rubiaceae** Juss.
Galium verum L.
— — β. trachyphyllum Wallr.
— purpureum L.
— erectum Huds.
— — β. lucidum Alb.
— firmum Tausch
(G. aureum Vis.)
— Mollugo L.
— sylvaticum
— — β. laevigatum L.
— pusillum L.
— palustre L.
— — β. elongatum (Presl.)
— setaceum Lam.
— parisiense L.
— — α. trichocarpum (Tsch.)
— — β. lejocarpum (Tsch.)
— — γ. divaricatum Vis.
— Aparine L.
— tricorne With.
— Cruciata Scop.
— vernum Scop.
— pedemontanum All.
— murale All.
Asperula arvensis L.
— cynanchica L.
— — β. longiflora (W. et Kit.)
Asperula — γ. canescens Vis.
(A. canescens Vis.)
— Staliana Vis.
— scutellaris Vis.
— laevigata L.
Crucianella monspeliaca L.
Sherardia arvensis L.
Putoria calabrica Pers.
Rubia tinctorum L.
— peregrina L.
Vaillantia muralis L.

LXV. **Caprifoliaceae** A. Rich.
Sambucus nigra L.
— Ebulus L.
Viburnum Tinus L.
— Lantana L.
— — β. discolor Hut.
— Opulus L.
Adoxa Moschatellina L.
Lonicera implexa Ait.
— etrusca Sav.
— Xylosteum L.
— glutinosa Vis.
— caerulea L.

LXVI. **Jasmineae** R. Br.
Jasminum officinale L.

LXVII. **Oleineae** Hoffms. et Link.
Ligustrum vulgare L.
Phylliraea latifolia L.
— — α. laevis (W.)
— — β. ilicifolia (W.)
— media L.
Olea europea L.
— — α. Oleaster (Hoffms. et LK.)
— — β. sativa Vis.
Fraxinus excelsior L.
— Ornus L.
Syringa vulgaris L.

Subclassis I. *Gymnoblastae*

Legio II. Dichlamydeae

Coh II. Polypetalae

LXVIII. **Loranthaceae** Don
Viscum album L.
LXIX. **Umbellatae** L.
Hydrocotyle vulgaris L.
Sanicula europaea L.
Astrantia major L.
— — β. alpestris Eins. et F. Schultz
Eryngium maritimum L.
— campestre L.
— amethystinum L.
— creticum Lam.
— dichotomum Desf.
Apium graveolens L.
Petroselinum sativum Hoffm.
Trinia vulgaris DC.
— elatior Gaud.
Helosciadium nodiflorum Koch
— repens Koch
Ptychotis verticillata DC.
Falcaria Rivini Host
Sison Amomum L.
Ammi majus L.
Aegopodium Podagraria L.
Bunium ferulaceum Sm.
— divaricatum Bertol.
— alpinum L.
Pimpinella magna L.
— Saxifraga L.
— — β. nigra (W.)
— — γ. dissecta Vis.
— — δ. laciniata Vis.
— Tragium L.
— peregrina L.
Sium latifolium L.
— angustifolium L.
Bupleurum Kargli Vis.
— — β. longepetiolatum (Vis.)
Bupleurum aristatum Bartl.
— — β. contractum Vis.
— Odontites L.
— Gerardi Jacq.
— junceum L.
— exaltatum L.
— tenuissimum L.
— protractum LK.
— rotundifolium L.
Oenanthe pimpinelloides L.
— silaifolia Bieb.
— marginata Vis.
— Phellandrium Lam.
Foeniculum officinale All.
Ridolfia segetum Moris
Seseli tomentosum Vis.
— globiferum Vis.
— varium Trev.
— montanum L.
(S. Tommasinii Rchb. f.)
— elatum L.
— coloratum Ehrh.
— tortuosum L.
Athamanta Libanotis L.
— — β. nitida Vis.
Libanotis cretensis Scop.
— aurea Vis.
Portenschlagia ramosissima Vis.
Cnidium apioides Spr.
— — β. latilobum Vis.
Ligusticum Seguierii Koch
Crithmum maritimum L.
Angelica sylvestris L.
Ferula Lobeliana Vis.
(F. communis DC. et auct.)
— glauca L.
— Ferulago L.
— sylvatica Bess.
Taeniopetalum Neumayeri Vis.
Opoponax Chironium Koch
Peucedanum Petteri Vis.
— longifolium W. et Kit.
— carvifolium Vill. β. selinoides Vis.
— Cervaria Cuss.
— Oreoselinum Moench.

Peucedanum — β. latifolium Vis.
— — γ. cordifolium Vis.
Pastinaca sativa L.
— — β. opaca (Bernh.)
Anethum graveolens L.
Heracleum Sphondylium L.
— Pollinianum Bertol.
Tordylium maximum L.
— apulum L.
— officinale L.
Laserpitium latifolium L.
— marginatum Gaud.
— Siler L.
— — β. garganicum (Ten.)
Daucus Carota L.
— — β. major Vis.
— maximus Desf.
— setulosus Guss.
— Gingidium L.
— — β. latilobus Vis.
— — γ. angustilobus Vis.
— mauritanicus L.
Orlaya grandiflora Hoffm.
— platycarpos Koch
Caucalis daucoides L.
— leptophylla L.
Turgenia latifolia Hoffm.
Torilis Anthriscus Gmel.
— infesta Hoffm.
— — β. heterophylla (Guss.)
— nodosa Gaertn.
Scandix Pecten L.
— australis L.
— grandiflora L.
Anthriscus vulgaris L.
— fumarioides W. Kit.
— — β. latiloba Vis.
(A. sicula DC.)
— Cerefolium Hoffm.
— — β. trichosperma (Schult.)
— sylvestris Hoffm.
Physocaulis nodosus Tausch
Chaerophyllum coloratum L.
— laevigatum Vis.
— temulum L.
Chaerophyllum aromaticum L.
Freyera cynapioides Gris.
(Fr. Biasolettiana Rchb.)
Echinophora spinosa L.
Prangos ferulacea L.
Smyrnium Olusatrum L.
— rotundifolium Mill.
— perfoliatum L.
Conium maculatum L.
Physospermum verticillatum Vis.
(Alschingera fl. dalm.)
Scaligeria cretica Boiss.
Bifora testiculata Rchb.
— radians Bieb.
Coriandrum sativum L.

LXX. **Hederaceae** Bartl.
Hedera Helix L.
Cornus mas L.
— sanguinea L.

LXXI. **Berberideae** Venten.
Berberis vulgaris L.

LXXII. **Paeoniaceae** Bartl.
Actaea spicata L.
Paeonia corallina Retz.
— — β Russi (Biv.)

LXXIII. **Ranunculaceae** Bartl.
Clematis Flammula L.
— — α. caespitosa (Scop.)
— — β. maritima (L.)
— — γ. heterophylla Vis.
— Vitalba L.
— Viticella L.
Thalictrum aquilegifolium L.
— — β. indivisum Vis.
— elatum Murr.
— majus Jacq.
— nutans Desf.
— minus L.
— foetidum L.
— angustifolium L.
Anemone pulsatilla L.
— alpina L.
— nemorosa L.
— ranunculoides L.
— apennina L.

Anemone hortensis L.
— coronaria L.
Adonis aestivalis L.
— — β. autumnalis (Rchb.)
— — γ. flammea (Jacq.)
Ranunculus aquatilis L.
— — α. heterophyllus (Hoffm.)
— — β. Petiveri (Koch)
— — γ. capillaceus (Thuill.)
— aconitifolius L.
— Flammula L.
— ophioglossifolius Vill.
— Lingua L.
— Thora L
— Ficaria L.
— chaerophyllos L.
— millefoliatus Vahl
— illyricus L.
— bulbosus L.
— auricomus L.
— montanus L.
— — β. tenuifolius Vis.
— acris L.
— — β. Steveni (Andrz.)
— velutinus Tenor.
— repens L.
— Philonotis Ehrh.
— arvensis L.
— muricatus L.
— parviflorus L.
— — β. chius (DC.)
Caltha palustris L.
Eranthis hyemalis Salisb.
Helleborus viridis L.
— — β. multifidus (Vis.)
Nigella damascena L.
— arvensis L.
Delphinium Consolida L.
— — α. sparsiflora Vis.
— — β. racemosa Vis.
— Ajacis L.
— brevicorne Vis.
— rigidum DC.
— peregrinum L.
— velutinum Bertol.
Delphinium Staphysagria L.
Aconitum Anthora L.
— — α. genuinum Vis.
— — β. velutinum Rchb.
— Lycoctonum L.
— — α. Vulparia (Rchb.)
— — β. Thelyphonum (Rchb.)
Aquilegia pyrenaica DC.

LXXIV. **Droseraceae** DC.

Drosera longifolia L.

LXXV. **Polygaleae** Juss.

Polygala vulgaris L.
— monspeliaca L.
— amara L,
— Chamaebuxus L.

LXXVI. **Resedaceae** DC.

Reseda lutea L.
— suffruticulosa L.
— Phyteuma L.
— Luteola L.

LXXVII. **Fumariaceae** DC.

Corydalis solida L.
— tuberosa L.
— ochroleuca Koch
— — β. acaulis Vis.
Fumaria capreolata L.
— agraria Lag.
— Petteri Rchb.
— officinalis L.
— — β. media (Loisl.)
— parviflora Lam.
— macrocarpa Parlat.

LXXVIII. **Papaveraceae** DC.

Papaver hybridum L.
— — argemonoides Cesat.
— dubium L.
— — β obtusifolium (Desf.)
— Rhoeas L.
— — β. strigosum Boenngh.
— somniferum L.
Glaucium luteum L.
Chelidonium majus L.

LXXIX. **Cruciferae** Adans.

Raphanus sativus L.
— — α. Radicula Vis.

Raphanus — β. niger (Pers.)
— Raphanistrum L.
— Landra Morett.
Cakile maritima Scop.
Rapistrum rugosum All.
Myagrum perfoliatum L.
Bunias Erucago L.
— — α. vulgaris Vis.
— — β. macroptera (Rchb.)
Neslia paniculata Desv.
Euclidium syriacum R. Br.
Calepina Corvini Desv.
Clypeola Jonthlaspi L.
— — β. lejocarpa Vis.
Peltaria alliacea L.
Isatis canescens DC.
— — β. lejocarpa Vis.
Coronopus Ruellii All.
Aethionema saxatile R. Br.
Capsella Bursa pastoris Moench
— — β. integrifolia Vis.
— — γ. stylosa Vis.
Lepidium Draba L.
— graminifolium L.
— campestre R. Br.
— perfoliatum L.
Hutchinsia procumbens Desv.
— — β. Berengeriana (Vis.)
Teesdalia petraea Rchb.
Iberis serrulata Vis.
— Zanardinii Vis.
— garexiana All.
— umbellata L.
— — β. tenuifolia Vis.
— carnosa W. et Kit.
Biscutella hispida DC.
— didyma L.
— — α. ciliata (DC.)
— — β. lejocarpa Vis.
— laevigata L.
Thlaspi arvense L.
— perfoliatum L.
— montanum L.
— — β. praecox (Wulf.)
Vesicaria graeca Reut.
Alyssum sinuatum L.
— microcarpum Vis.
— saxatile L.
— argenteum Vitm.
— — β. pumilum Vis.
— nebrodense Tin.
— montanum L.
— campestre L.
— — β. micropetalum (Fisch.)
— emarginatum Zahlbr.
— calycinum L.
— latifolium Vis.
— maritimum W.
Farsetia dalmatica Vis.
Berteroa mutabilis DC.
Lunaria rediviva L.
— annua L.
Draba verna L.
— muralis L.
— ciliata Scop.
— Aizoon Wahlb.
— — β. longirostra (Schott.)
Cochlearia saxatilis Lam.
— austriaca Vis.
Nasturtium officinale R. Br.
— sylvestre R. Br.
— — α. dentatum Vis.
— — β. astylum (Rchb.)
— — γ. rivulare (Rchb.)
— Lippizense DC.
Barbarea vulgaris R. Br.
— — β. arcuata Bertol.
— — γ. stricta (Andrz.)
Matthiola incana R. Br.
— sinuata R. Br
— glandulosa Vis.
— — β. glabrata Vis.
— tristis R. Br.
Aubrietia erubescens Gris.
Cheiranthus Cheiri L.
— — β. fruticulosus (Sm.)
Turritis glabra L.
Arabis verna R. Br.
— alpina L.
— — β. crispata (W.)

Arabis auriculata Lam.
— hirsuta Scop.
— — β. sagittata (DC.)
— — γ. angustifolia Vis.
— muralis Bertol.
— Halleri L.
— neglecta Schult
Cardamine thalictroides All.
— — β. maritima Portenschl.
— carnosa W. et Kit.
— graeca L.
— hirsuta L.
— impatiens L.
Dentaria bulbifera L.
— enneaphyllos L.
Hesperis matronalis L.
— laciniata All.
— — β. glutinosa Vis.
Malcolmia maritima R. Br.
— Orsiniana Tenor.
Sisymbrium Alliaria L.
— Thalianum Gay
— polyceratium L.
— officinale Scop.
— Irio L.
— Columnae Jacq.
— Sophia L.
Erysimum Cheiranthus Pers.
— odoratum Ehrh.
— orientale R. Br.
Diplotaxis tenuifolia DC.
— viminea DC.
Brassica oleracea L.
— — β. acephala
— — γ. crispa
— — δ. bullata
— — ε. capitata
— — ζ. caulo-rapa
— — η. Botrytis
— — ϑ asparagoides
— — ι. frutescens Vis.
— Botterii Vis.
— mollis Vis.
— Rapa L.
— — α. campestris Vis.
Brassica — β. rapifera Vis.
— adpressa Vis.
— Sinapis Vis.
(Sinapis arvensis L.)
— alba Boiss.
Eruca sativa Lam.

LXXX. **Capparideae** Juss.
Capparis rupestris Sibth.
— — β. ovata (Desf.)

LXXXI. **Cucurbitaceae** Juss.
Bryonia dioica L.
— alba L.
Ecballion Elaterium Rich.
Citrullus vulgaris Schrad.
Cucumis sativus L.
— Melo L.
— — α. reticulatus
— — β. Cantalupo
— — γ. scandens
— — δ. hybernus
Cucurbita Pepo L.
— — α. maxima
— — β. oblonga
— — γ. clodiensis Naccar.
Legenaria vulgaris Ser.

LXXXII. **Grossularieae** DC.
Ribes rubrum L.
— alpinum L.
— spicatum Robs.
— Grossularia L.

LXXXIII. **Cactoideae** Vent.
Opuntia nana Vis.
— Ficus indica Mill.
— amyclaea Ten.

LXXXIV. **Mesembryanthemeae** Fenzl
Mesembryanthemum nodiflorum L.
— crystallinum L.

LXXXV. **Cistineae** DC.
Helianthemum guttatum Mill.
— salicifolium Pers.
— vulgare Gaertn.
— — α. obscurum (Pers.)
— — β. nitidum (Clement.)
— — γ. hirtum (Pers.)
— — δ. angustifolium (Pers.)

Helianthemum Rhodax Steud.
— — α. oelandicum DC.
— — β. italicum (Pers.)
— — γ. Reichenbachii Vis.
— — δ. acutifolium Vis.
— — ε. vineale (Pers.)
— Fumana Mill.
— — β. ericoides (Dun.)
— thymifolium Pers.
— — α. laeve (Pers.)
— — β. glutinosum (Pers.)
— arabicum Pers.
Cistus monspeliensis L.
— salvifolius L.
— — β. corbariensis (Pers.)
— villosus L.
— creticus L.

LXXXVI. **Violarieae** DC.
Viola odorata L.
— — β. hirta (L.)
— sylvestris Lam.
— canina L.
— biflora L.
— gracilis Sibth.
— tricolor L.
— — α. hortensis Vis.
— — β. arvensis (Murr.)
— — γ. angustifolia Vis.
— — δ. parvula (Tin.)

LXXXVII. **Tamariscineae** Desv.
Tamarix gallica L.
— africana Poir.

LXXXVIII. **Hypericineae** DC.
Hypericum perforatum L.
— — β. angustifolium Vis.
— tetrapterum Fries
— montanum L.
— — β. scabrum Vis.
— barbatum Jacq.
— hirsutum L.

LXXXIX. **Paronychieae** A. St. Hil.
Corrigiola litoralis L.
Herniaria glabra L.
— hirsuta L.
— incana Lam.
Paronychia serpyllifolia DC.
Polycarpon tetraphyllum L.
— alsinefolium DC.

XC. **Portulaceae** Juss.
Portulaca oleracea L.

XCI. **Francaceae** Vis.
Franca pulverulenta Vis.
(Frankenia L.)

XCII. **Caryophylleae** DC.
Gypsophila fastigiata L.
— scorzoneraefolia Desf.
Dianthus saxifragus L.
— — β. aggregata Mor.
— prolifer L.
— obcordatus Reut.
— velutinus Guss.
— Armeria L.
— sanguineus Vis.
— carthusianorum L.
— liburnicus Bartl.
— monspessulanus L.
— arenarius L.
— ciliatus Guss.
— — α. racemosus Vis.
— — β. cymosus Vis.
— — δ. Brocchianus Vis.
— viridescens Vis.
— strictus Sibth.
— — β. grandiflorus Vis.
— caryophyllus L.
— — α. sylvestris (Wulf.)
— — β. virgineus (L.)
— — γ. pubescens Vis.
— multinervis Vis.
Silene gallica L.
— lusitanica L.
— nocturna L.
— — β. apetala Badarr.
— trinervia Sebast.
— remotiflora Vis.
— sedoides Jacq.
— vallesia L.
— graminea Vis.
— dalmatica Scheel.
— Saxifraga L.

Silene — β. petraea (W. Kit.)
— inflata L.
— — α. vesicaria Rchb.
— — β. angustifolia (Guss.)
— — γ. alpina Vis.
— conica L.
— cretica L.
— Reichenbachii Vis.
— livida W.
— multicaulis Guss.
— italica Pers.
— paradoxa L.
— catholica Ait.
— Otites L.
— — β. Pseudo-Otites (Bess.)
Heliosperma quadrifidum Gris.
— pusillum Vis.
— chromodonta Rohrb.
— — β. Tommasinii Vis.
Saponaria officinalis L.
— bellidifolia Lm.
Vaccaria pyramidata Gaertn.
Melandrium pratense Rochl.
Lychnis flos Cuculi L.
— coronaria Lam.
Agrostemma Githago L.
Velezia rigida L.
Drypis spinosa L.
Sagina apetala L.
— maritima Don
Alsine tenuifolia Wahlbg.
— — α. glabra Vis.
— — β. viscidula (Thuill.)
— — γ. densiflora Vis.
— — δ. divaricata Vis.
— fastigiata Gris.
— fasciculata Maly
— verna Bartl.
— graminifolia Gmel.
— — α. hirsuta Vis.
— — β. semiglabra Vis.
— — γ. glaberrima Vis.
— liniflora Vis.
— rubra Wahlbg.
— marginata Rchb.
Arenaria serpyllifolia L.
— orbicularis Vis.
— gracilis W. et Kit.
Moehringia muscosa L.
— trinervia Clairv.
Holosteum umbellatum L.
Stellaria anomala Rchb.
— nemorum L.
— media With.
— — β. neglecta (Weihe)
— Holostea L.
— graminea L.
Cerastium vulgatum L.
— viscosum L.
— — α. triviale (LK.)
— — β. campanulatum (Viv.)
— — γ. semidecandrum (L.)
— — δ. apetalum Vis.
— brachypetalum Desp.
— arvense L.
— — α. vulgare Vis.
— — β. laricifolium Vis.
— — γ. lanigerum Vis.
— latifolium L.
— manticum L.
— grandiflorum W. Kit.
— aquaticum L.

XCIII. **Crassulaceae** DC.

Sedum maximum L.
— stellatum L.
— Cepaea L.
— magellense Ten.
— rubens L.
— hispanicum L.
— dasyphyllum L.
— album L.
— acre L.
— — β. neglectum (Ten.)
— sexangulare L.
— rupestre L.
— niceaense L.
Cotyledon Umbilicus L.
— horizontalis Guss.
— — β. tenuiflorum Vis.
— parviflora Sibth.

Sempervivum tectorum L.
— montanum L.
— hirtum L.

XCIV. **Saxifrageae** Juss.
Saxifraga Cotyledon L.
— Aizoon L.
— media Gou.
— Rocheliana Sternb.
— rotundifolia L.
— bulbifera L.
— tridactylites L.
— — β. controversa (Stevn.)
— muscoides Wulf.

XCV. **Halorageae** R. Br.
Myriophyllum spicatum L.
— verticillatum L.
Trapa natans L.
Hippuris vulgaris L.
Callitriche aquatica Huds.
— — α. stagnalis (Scop.)
— — β. verna (L.)
— — γ. autumnalis (L.)
— truncata Guss.

XCVI. **Lythrariae** Juss.
Lythrum Salicaria L.
— — β. canescens Vis.
— Thymifolia L.
— — β. hyssopifolia (L.)

XCVII. **Onagrarieae** Juss.
Epilobium angustifolium L.
— — β. latifolium Vis.
— hirsutum L.
— parviflorum Schreb.
— montanum L.
— lanceolatum Sebast.
— tetragonum L.
Isnardia palustris L.

XCVIII. **Circaeaceae** Lindl.
Circaea lutetiana L.

XCIX. **Granateae** Don.
Punica Granatum L.

C. **Myrteae** Juss.
Myrtus communis L.
— tarentina Bertol.

CI. **Tiliaceae** Vent.
Tilia parvifolia Ehrh.
— platyphyllos Scop.
— — α. grandifolia (Ehrh.)
— — β. sphaerocarpa Rchb.
— alba W. Kit.

CII. **Malvaceae** R. Br.
Malope malacoides L.
Malva rotundifolia L.
— nicaeensis All.
— — β. obtusata Vis.
— parviflora L.
— sylvestris L.
— hederaefolia Vis.
(Lavatera cretica L.)
— arborea Webb.
— Altea L.
— moschata L.
— — α. heterophylla Vis.
— — β. laciniata Rchb.
— thuringiaca Vis.
— Cyrilli Vis.
(L. sylvestris Cyr.)
Althaea officinalis L.
— taurinensis DC.
— cannabina L.
— — β. narbonensis (W.)
— hirsuta L.
— rosea L.
— — α. hortensis Vis.
— — β. pallida (W. Kit.)
— — γ. ficifolia (Viv.)
Hibiscus Trionum L.
Abutilon Avicennae Gaertn.

CIII. **Geraniaceae** Juss.
Geranium macrorrhizum L.
— sanguineum L.
— pratense L.
— phaeum L.
— subcaulescens Herit.
— tuberosum L.
— pyrenaicum L.
— pusillum L.
— dissectum L.
— columbinum L.

Geranium rotundifolium L.
— molle L.
— — β. grandiflorum Vis.
— lucidum L.
— robertianum L.
Erodium cicutarium Herit.
— — α. pimpinellifolium (Rchb.)
— — β. chaerophyllum Vis.
— — γ. petiolulatum Vis.
— ciconium W.
— malacoides W.

CIV. **Lineae** DC.
Linum usitatissimum L.
— angustifolium Huds.
— austriacum L.
— — α. montanum (Schl.)
— — β. alpinum (Jacq.)
— hirsutum L.
— maritimum L.
— campanulatum L.
— capitatum Kit.
— nodiflorum L.
— catharticum L.
— tenuifolium L.
— gallicum L.
— corymbulosum Rchb.
— strictum L.
— — β. spicatum Vis.

CV. **Oxalideae** DC.
Oxalis corniculata L.

CVI. **Sarmentaceae** Vent.
Vitis vinifera L.

CVII. **Meliaceae** Juss.
Melia Azedarach L.

CVIII. **Acerineae** DC.
Acer Pseudo-Platanus L.
— platanoides L.
— opulifolium Vill.
— — β. obtusatum (Kit.)
— campestre L.
— monspessulanum L.

CIX. **Euphorbiaceae** Juss.
Euphorbia Chamaesyce L.
— — β. canescens (L.)
— Peplis L.
Euphorbia helioscopia L.
— platyphylla L.
— epithymoides L.
— capitulata Rchb.
— spinosa L.
— dendroides L.
— palustris L.
— pilosa L.
— — β. literata (Jacq.)
— Cyparissias L.
— nicaeensis All.
— — β. pannonica (Host)
— — γ. Baselicis (Ten.)
— Paralias L.
— Myrsinites L.
— Pinea L.
— filicina Portensch.
(E. imperfoliata Vis.)
— amygdaloides L.
— veneta W.
— Lathyris L.
— aleppica L.
— graeca Boiss.
(E. dalmatica Vis.)
— Peplus L.
— falcata L.
— exigua L.
— — α. acuta Vis.
— — β. retusa (Cav.)
— — γ. heterophylla Vis.
Buxus sempervirens L.
Mercurialis annua L.
— — β. ambigua (L.)
— perennis L.
— — β. ovata (Störnb.)
Crozophora tinctoria A. Juss.
Andrachne telephioides L.

CX. **Rhamneae** R. Br.
Paliurus australis Gaertn.
Rhamnus Alaternus L.
— infectorius L.
— catharticus L.
— alpinus L.
— Frangula L.
— rupestris Scop.

CXI. **Aquifoliaceae** DC.
Ilex Aquifolium L.
CXII. **Celastrineae** A. Brongn.
Evonymus europaeus L.
— verrucosus Scop.
CXIII. **Dictamneae** Vis.
Dictamnus albus L.
CXIV. **Ruteae** A. Juss.
Ruta graveolens L.
— chalepensis L.
Haplophyllum patavinum A. Juss.
CXV. **Zygophylleae** R. Br.
Tribulus terrestris L.
CXVI. **Cassuvieae** R. Br.
Pistacia Terebinthus L.
— Lentiscus L.
Rhus Cotinus L.
— Coriaria L.
CXVII. **Rosaceae** Bartl.
Rosa spinosissima L.
— alpina L.
— — β. rubella (Sm.)
— cinnamomea L.
— rubrifolia Vill.
— canina L.
— rubiginosa L.
— — β. sepium (Thuill.)
— collina Jacq.
— sempervirens L.
— — β. glabriflora Vis.
— pumila L.
CXIX. **Pomaceae** Lindl.
Amelanchier cretica DC.
Cotoneaster vulgaris Lindl.
— — α. glaber Vis.
— — β. tomentosus (Lindl.)
Crataegus Oxyacantha L.
— pyracantha L.
Pyrus communis L.
— amygdaliformis Vill.
— Malus L.
— Aria L.
— torminalis Ehrh.
— Sorbus Gaertn.
Cydonia vulgaris Pers.
CXX. **Dryadeae** Vent.
Dryas octopetala L.
Geum urbanum L.
Rubus fruticosus L.
— — α. discolor (Weih.)
— — β. amoenus (Ports.)
— — γ. tomentosus (Berk.)
— — δ. semiglaber Vis.
— caesius L.
— idaeus L.
Fragaria vesca L.
— collina Ehrh.
— elatior Ehrh.
Potentilla hirta L.
— — α. pedata (W.)
— — β. laeta (Rchb.)
— — γ. laciniosa (W. Kit.)
— — δ. viscosa Pers.
— inclinata Vill.
— argentea L.
— reptans L.
— Tormentilla Sibth.
— verna L.
— — β. hirsuta DC.
— — γ. opaca (L.)
— subacaulis L.
— Fragariastrum Ehrh.
— Clusiana Jacq.
— speciosa W.
Aremonia agrimonioides DC.
Agrimonia Eupatoria L.
Alchemilla vulgaris L.
— alpina L.
— arvensis Scop.
Poterium Sanguisorba L.
— — β. polyamum (W. et Kit.)
— spinosum L.
CXXI. **Spiraeaceae** Bartl.
Spiraea chamaedrifolia L.
— cana W. et Kit.
— Aruncus L.
— Filipendula L.
CXXII. **Amygdaleae** Bartl.
Amygdalus communis L.
— — α. sativa Vis.

Amygdalus — β. amara (Hayn.)
— — γ. fragilis (Hell.)
Prunus spinosa L.
— prostrata Labill.
— Cerasus L.
— — β. Marasca Vis.
— Mahaleb L.

CXXIII. **Leguminosae** Juss.
Anagyris foetida L.
Cercis Siliquastrum L.
Spartianthus junceus Link
Cytisus Alschingeri Vis.
— Weldeni Vis.
— monspessulanus L.
— nigricans L.
— infestus Guss.
— capitatus Scop.
— Tommasinii Vis.
— hirsuta L.
— — β. ciliatus Koch
— spinescens Lieb.
— radiatus Koch
— argenteus L.
— calycinus Bieb.
— sagittalis Koch
— tinctorius Vis.
— triangularis Vis.
— germanicus Vis.
— sylvestris Vis.
— — α. innocuus Vis.
— — β. dalmaticus Vis.
— diffusus Vis.
— Kitaibelii Vis.
— sericeus Vis.
— pulchellus Vis.
— Villarsii Vis.
Chamaecytisus dalmaticus Vis.
Lupinus hirsutus L.
Ononis antiquorum L.
— spinosa L.
— repens L.
— arvensis Lightf.
— brachystachya Vis.
— mitissima L.
— Columnae All.
Ononis minutissima L.
— reclinata L.
— ornithopodioides L.
— viscosa L.
— Natrix L.
— — α. pinguis Vis.
— — β. picta (Desf.)
— — γ. ramosissima (Desf.)
Anthyllis Vulneraria L.
— — β. rubiflora DC.
— — γ. pulchella Vis.
— aurea Vis.
— montana L.
— Barba Jovis L.
Physanthyllis tetraphylla Boiss.
Hymenocarpos circinata Savi
Medicago sativa L.
— falcata L.
— — β. versicolor Wallr.
— prostrata L.
— orbicularis All.
— scutellata All.
— denticulata L.
— — α. brevispina Benth.
— — β. lappacea (Desv.)
— — γ. Hystrix (Ten.)
— praecox DC.
— disciformis DC.
— coronata Desv.
— cordata Desv.
— carstiensis Jacq.
— Gerardi W. et Kit.
— ciliaris W.
— minima Desv.
— — β. longiseta DC.
— laciniata All.
— obscura Retz
— — β. microdon (Ehrb.)
— marina L.
— tribuloides Desv.
— litoralis Rhode
— — α. genuina Vis.
— — β. arenaria (Ten.)
— — γ. inermis Moris
— tuberculata W.

Medicago turbinata W.
— lupulina L.
Trigonella gladiata Stev.
— monspeliaca L.
— corniculata L.
Melilotus officinalis Lam.
— alba Desv.
— macrorrhiza Pers.
— indica All.
— neapolitana Tenor.
— — β. gracilis (Koch)
— italica Lam.
— elegans Salzm.
— sulcata Desf.
Trifolium augustifolium L.
— intermedium Guss.
— incarnatum L.
— — β. Molinerii Ser.
— stellatum L.
— maritimum L.
— supinum Savi
— leucanthum Bieb.
— — β. obscurum Savi
— lappaceum L.
— diffusum Ehrh.
— reclinatum W. et Kit.
— arvense L.
— — β. glabrum Vis.
— Bocconi Savi
— tenuifolium Ten.
— striatum L.
— scabrum L.
— dalmaticum Vis.
— cinctum DC.
— Cherleri L.
— pratense L.
— — β. flavicans Vis.
— alpestre L.
— patulum Tausch.
— rubens W. et Kit.
— Pignantii Fauchè et Chaub.
— — β. purpureum Vis.
— ochroleucum L.
— noricum Wulf.
— laevigatum Poir.
Trifolium glomeratum L.
— suffocatum L.
— repens L.
— nigrescens Viv.
— montanum L.
— subterraneum L.
— fragiferum L.
— resupinatum L.
— tomentosum L.
— mutabile Portensc.
— multistriatum Koch
— alpinum L.
— procumbens L.
— patens Schreb.
— filiforme L.
Lotus siliquosus L.
— edulis L.
— ornithopodioides L.
— corniculatus L.
— — β. ciliatus Vis.
— — γ. crassifolius Pers.
— — δ. tenuifolius Rchb.
— cytisoides L.
— angustissimus L.
— parviflorus Desf.
— Dorycnium L.
— Crantzii Vis.
— — β. argenteus Vis.
— hirsutus L.
Psoralea bituminosa L.
Glycyrrhiza glabra L.
— echinata L.
Galega officinalis L.
Colutea arborescens L.
— — β. microphylla Vis.
Oxytropis campestris DC.
Astragalus Onobrychis L.
— purpureus Lam.
— Mülleri Steud.
— vesicarius L.
— sesameus L.
— hamosus L.
— glycyphyllos L.
— illyricus Bernh.
— monspessulanus L.

Astragalus depressus L.
— angustifolius Lam.
Scorpiurus subvillosa L.
— — β. eriocarpa Guss.
Coronilla Emerus L.
— stipularis Lam.
— juncea L.
— vaginalis Lam.
— montana Scop.
— varia L.
— cretica L.
— scorpioides Koch
Bonaveria Securidaca Rchb.
Ornithopus compressus L.
Hippocrepis comosa L.
— — β. glauca Ten.
— unisiliquosa L.
— — β. biflora (Spr.)
— ciliata W.
Hedysarum capitatum Desf.
Onobrychis sativa Lam.
— alba Desv.
— aequidentata D'Urv.
— Caput galli Lam.
Vicia Faba L.
— narbonensis L.
— hybrida L.
— lutea L.
— — β. hirta (Balb.)
— pannonica Jacq.
— — β. purpurascens Desv.
— melanops Sebast.
— grandiflora Scop.
— — var. α. Scopoliana Vis.
— — β. sordida (W. et Kit.)
— sativa L.
— — α. obovata Vis.
— — β. minor Vis.
— — γ. segetalis (Thuil.)
— — δ. angustifolia (Roth)
— — ε. intermedia Vis.
— cordata Wulf.
— — β. canescens Vis.
— lathyroides L.
— peregrina L.

Vicia sepium L.
— bithynica L.
— monanthos Desf.
— Ervilia W.
— gracilis Loisl.
— hirsuta Koch
— — β. lejocarpa Moris
— leucantha Biv.
— cassubica L.
— dumetorum L.
— Gerardi DC.
— dasycarpa Ten.
— Cracca L.
— tenuifolia Roth
— — β. laxiflora Gris.
— — γ. luxurians Vis.
— ochroleuca Ten.
— altissima Desf.
— onobrychioides L.
— atropurpurea Desf.
Lathyrus Lens Peterm.
(Ervum L.)
— nigricans Peterm.
(Ervum Bieb.)
— Lenticula Peterm.
(Ervum Schrb.)
— Aphaca L.
— Ochrus DC.
— tenuifolius Desf.
— sativus L.
— Cicera L.
— setifolius L.
— annuus L.
— hirsutus L.
— angulatus L.
— sphaericus Retz
— inconspicuus L.
— — β. stans Vis.
— pratensis L.
— tuberosus L.
— sylvestris L.
— — α. intermedius (Wallr.)
— — β. ensifolius (Badarr.)
— — γ. latifolius (L.)

Lathyrus saxatilis Vis.
(Orobus Vent.)
— albus Peterm.
(Orobus L.)
— luteus Peterm.
(Orobus L.)
— montanus Bernh.
(Orob. tuberosus L.)

Lathyrus variegatus Vis.
(O. variegatus Ten.)
— niger Wimm.
(O. niger L.)
Ceratonia Siliqua L.

Spec. et Var. N. 2470.

CORRIGE aut ADDE.

Pag.	lin.		
36	3	In hortum invectae	corr. In hortum illum invectae
37	9	concinandas	» concinnandas
37	22	in sequenti MDCCCLXVI prof. Adulphus	» insequenti MDCCCLXVI prof. Adolphus
39	13	Armleuchter Gew.	» Armleuchter gew.
40	3-8	Ganter.	» Ganter
47	27-28	Polygonum maritimum et seq.	» Deleatur
60	26	. . . .	Ad **Crocum dalmaticum** *Vis.* post *folia non raro integra* addas. — Flos violaceus venis saturatioribus apice bifidis. Stigmata antheris subaequalia, pallida.
61	8	*Bory* et *Chaub.* èsp. scient.	corr. Bory et Chaub. éxp. scient.

Post **Crocum Sieberi** *J. Gay* addatur:

Crocus Malyi *Vis.*

Cr. tunicis parallele fibrosis apice fissis, fibris aliquot anastomosantibus; vaginis foliorum oblongis obtusis membranaceis alternis; foliis laevibus glabris, subtus carina plana, supra linea alba diremptis flore coaetaneo brevioribus; spatha florali bivalvi, valva exteriore latissima internam angustissimam obvolvente, uniflora; floris hypocraterimorphi tubo cylindrico vix apice dilatato, limbi laciniis ellipticis obtusis, fauce lutea glabra; staminum filamentis glabris anthera brevioribus, antheris sagittato-linearibus perianthio breviori-

bus; pistillo antheras superante, stigmatibus clavato-trifidis, laciniis truncatis convolutis dentatis.

Syn. Crocus banaticus *Maly* nec aliorum.

Hab. in montibus *Vellebit*, ubi detexit *Fr. Maly*. Fl. Febr. et Mart. Flores candidi unicolores ♃.

Obs. Ex tot plantis, quibus impositum fuit nomen diligentissimi specierum dalmaticarum exploratoris *Fr. Maly*, optandum Crocum hunc ejusdem merita semper recordaturum.

63	23	Differt ob omnibus	corr. Differt ab omnibus
64	5	Caeterum lacinias hanc	corr. Caeterum lacinias hasce
73	9	Itinera Najas	corr. Ittnera Najas
76	24	Post **Ephedrain majorem**	corr. Post **Ephedram majorem**
79	21	floribus et fructu simile	corr. floribus et fructu similis
84	24	Itachelina	corr. Staehelina
86	23	. . . .	Ad Centauream cristatam *Bartl.* adde locum ins. *Veglia* alla *Porporella*.
87	14	. . . .	Varietas *a* huc citata ex ins. *Veglia* potius pertinet ad **C. cristatam** *Bartl.*
108	1	P. foliis obvato-oblongis	corr. P. foliis obovato-oblongis
»	21	P. Candolleassa	corr. P. Candolleana
112	11	ad D. laevigatam W. et L.	corr. ad D. laevigatam W. et K.
113	27	semicordatis vix differens	corr. semicordatis et corollae barba lobo medio minuto vix differens
114	23	etiam insulis	corr. etiam in insulis
119	23	Thymus fructiculosus	corr. Thymus fruticulosus
»	26	Planta grate aromalica.	corr. Planta grate aromatica.
129	1	sub **A. ochrolema**	corr. sub **A. ochroleuca**
»	14	sub **A. arvali** *Rchb.*	corr. sub **A arvali**; *Reichb.*
137	21	**Holosciadium**	corr. **Helosciadium**
145	3	*Gussonea*	corr. a *Gussone*
»	11	**Olusatrun**	corr. **Olusatrum**
»	14	Pro **Alschingera verticillata**	corr. **Physospermum verticillatum** Vis.
»	16	A. caule angulato	corr. P. caule angulato-sulcato
159	7	et icon Villk.	corr. et icon Willk.
161	19	calyces tubuloso-clavati	corr. calycis tubuloso-clavati
163	11	Folia in utroque	corr. Folia in utraque
164	26	S. nicacense	corr. S. nicaense
165	7	et epunctata in illa	corr. et epunctata etiam in illa
166	21	autunnalis	corr. autumnalis

INDEX GENERUM

(*Presentata l'* 8 *giugno* 1871.)

Tab.



FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

ADJECTIS PLANTIS IN BOSNIA, HERCEGOVINA ET MONTENEGRO CRESCENTIBUS

CUM TABULA

AUCTORE

PROF. ROBERTO DE VISIANI

INSTITUTI VENETI SCIENTIARUM, LITERARUM ARTIUMQUE.

PRAEMONITUS.

En alterum et postremum Florae Dalmaticae Supplementum, cui conficiendo plurimum contulerunt peregrinationes post annum MDCCCLXXII a strenuis viris per Dalmatiam peractae, ac plantae sane multae ab iisdem illic inventae.

Quamquam et antea, hoc est anno MDCCCXLVII, cl. Otho *Sentdner* quum per Bosniae provinciam, quae Dalmatiae finitima est, iter suscepisset, plurimas hinc atque illinc plantarum species congesserat, earumque collectionem musaeo botanico Monacensi custodiendam tradiderat. Mihi vero cum hanc videndi copia data sit tantummodo anno proximo elapso, et maxima structurae geologicae affinitas atque similitudo, quae inter Bosniam Dalmatiamque intercedit, oculos animumque perculerit, in mentem venit Bosniacam Floram cum Dalmatica consociare. Quod mihi bene vertit pro summa erga me benevolentia cl. C. H. *Naegeli* in Monacensi studiorum Universitate botanices professoris, cui gratias quam qui maximas et habere fateor et ago.

Post hoc, mense Junio anni MDCCCLXXIII ab urbe Ascrivio, quae nunc *Cattaro* dicitur, in praerupta juga urbi eidem imminentia adscendens, ac per ipsa discurrens, ad Montemnigrum (vulgo *Crnagora*) perrexit egregius plantarum investigator doctor Joseph *Pantocsek*, qui a die undecima ejusdem mensis usque ad trigesimam Julii proxime sequentis omnem Montisnigri ditionem, et Herzegovinam antea inexploratam laboriosissima inquisi-

tione peragravit, ut vegetabiles illarum regionum divitias botanicis patefaceret. Quod quum illi ex voto successisset, magna haec plantarum collectio tantusque thesaurus mihi adquisitus dalmaticam Floram nunc auget et ornat. Haec scilicet adquisitio in causa fuit, ut omnium stirpium in Dalmatia, Bosnia, Hercegovina et Montenigro nascentium uno volumine ordinatim colligerem, describerem atque illustrarem. Biennio post earumdem specierum enumerationem, novis pluribus auctam, edidit eximius *Pantocsek*, eamque inscripsit: *Adnotationes in Floram et Faunam Hercegovinae, Crnagorae et Dalmatiae, auctore Jos. Pantocsek,* Posonii MDCCCLXXIV. Cui operi haud parum ornamenti accessit cura cl. Augusti *Grisebach* Gottingensis botanices professoris, qui eam sibi partem sumpsit pertractandam, quae agit de Graminaceis, Cyperaceis, Juncaceis, Compositis, Cruciferis et Umbellatis.

Nec labores a botanicis exantlati, quo nostrum hoc opus ditius evaderet, huc desierunt. Mensibus Augusto et Septembri ejusdem anni MDCCCLXXIII doct. Josephus *Pančić*, Belgradi, quod est Serbiae caput, botanicam profitens, Montemnigrum cursim invisit, et licet tempore minime aptiori, plantis tamen aliquot novis, aut Florae dalmaticae nondum additis, amabilem scientiam locupletavit. Hinc in lucem prodiit stirpium catalogus, cui titulus: *Elenchus plantarum vascularium, quas aestate anni MDCCCLXXIII in Crna Gora legit doct. Joseph. Pančić,* Belgradi, 1875, quas quum mecum humaniter communicasset, gratias ago quam plurimas.

Eodem autem anno clarissimus et mihi semper colendus Joseph Mutius eq. *Tommasini*, qui nunc Tergesti degit et Floram litoralem Austriae sapienter explorat, haud immemor Dalmaticae Florae, cui praestantissimam olim adjutricem operam dederat, insulae Vegii (vulgo *Veglia)* vegetationem illustraturus, opus edidit quod inscribitur: *Sulla vegetazione dell' isola di Veglia, e degli adiacenti scogli di S. Marco, Plavinik e Pervichio nel golfo del Quarnero*, Trieste 1875. Hinc quoque stirpes quasdam decerpsi, quibus hoc alterum Supplementum ornarem.

Hujusmodi additamentis et aliis insuper vegetabilibus mihi ex illa provincia missis, opus a me peractum, quod Bosniae, Herzegovinae et Montis-

nigri, nec non Dalmatiae plantas complectitur, ita est locupletatum, ut botanicorum oculis non indignum censeri possit.

Quod si viris profecto praeclaris et botanices peritissimis tale tunc visum fuit quum dalmaticam solummodo Floram exhibebat, spero equidem fore, ut non minori gratia et benevolentia iidem accepturi sint postremum hoc Supplementum, quo plantae fere omnes continentur Europae mediae, quae magna ex parte nondum explorata fuit, quaeque, teterrimo nunc bello ibidem saeviente, per longum posthac tempus, quod Deus avertat, tute esplorari non poterit.

Dabam Patavii die XII Novembris MDCCCLXXVI.

FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM.

CHARACEAE, AGDH.

Vis. fl. dalm. I, p. 33.

Ad Charam foetidam A. BR. in VIS., fl. dalm. III, p. 333 addatur synonimon **Ch. gymnophyllae**, A. BR., consp. syst. Char., 1867, p. 5, quae jungitur praecedenti speciei formis intermediis, teste ipso cl. Characearum monographo. — Crescit in ins. **Veglia** (Dalm.) cum Ch. hispida, L. et Ch. fragili, DESV. fide TOMMAS.

EQUISETACEAE, DC.

Vis. fl. dalm. I, p. 34.

Equisetum sylvaticum, L., sp. pl., p. 1516, HOST, fl. austr., 2, p. 624, RCHB, fl. exc., p. 154, PANĆ., el. pl. vasc. in Crngor., p. 102.

E. caule fructifero coaetaneo, ramis dense verticillatis arcuato-nutantibus tetragonis verticillato-ramosis, ramis triquetris, vaginis conico-campanulatis scariosis fissis, dentibus subulatis.

Icon. OED. fl. dan., tab. 1182; Engl. bot., tab. 1874.

Var. β capillare MILDE fil. eur. et atlant., p. 223: majus, ramis recta patentibus; PANTK., adn. in flor. et fauna. Hercegov., p. 10.

Syn. E. capillare HOFFM., fl. germ. crypt., p. 3.

Hab. species in lacustribus sub monte **Durmitor** (PANĆIĆ), et *Var.* in sylvaticis circa pagum **Lipovo** (PANTK.) in **Montenegro**. Julio. Perenne.

Ad Equisetum Telmateja, EHRH. *Var.* breve; MILDE, l. c., p. 219, PANTK., l. c., p. 10: caule abbreviato (1'), undique ramoso.

Hab. in sylvaticis circa **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegovina), in irriguis sylvestribus **Morača** super. PANĆIĆ (Montenegro); circa **Travnik** et **Srebernik** SENDTNER (Bosnia). Jul. Perenn.

β *Var.* comosum MILDE, l. c.; PANTK., l. c., p. 10, caule elongato (2′), inferne simplici nudo, ramis superioribus erecto-patentibus.

Hab. in sylvaticis vallis fluminis **Tara** infra montem **Kom,** circa **Nizin luk** et **Slavniki,** ubi legit PANTK. (Montenegro).

Ad Equisetum arvense, L., VIS., fl. dalm. I, p. 33 adde locum a **Maglac** ad **Mravich,** ubi legit SENDTNER (Bosnia).

Ad Equisetum palustre, L., VIS., fl. dalm., I, l. c., adde locum in paludosis **Skodjegrn** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in **Viruša dol.** infra montem **Crna Planina,** PANTK. (Montenegro), et ad **Gncziagora,** SENDT. (Bosnia).

Ad Equisetum elongatum, W. in VIS., fl. dalm., l. c. adde **Syn.** E. illyricum HOPPE. E. ramosissimum DESF. PANTK., l. c., p. 10, et locum in humidis circa **Cattaro** (Dalmatia) PANTK., l. c. — Dein adde

Equisetum hyemale, L., sp. pl., p. 2517; HOST, fl. austr. 2, p. 685; RCHB., fl. exc., p. 155; PANĆ. el. pl. vasc., p. 102.

E. caulibus omnibus conformibus subsimplicibus multicostatis, vaginis cylindricis adpressis, dentibus rotundatis obtusis, acumine lanceolato-subulato membranaceo, cito evanido, terminatis, spica mucronata.

Icon. Engl. bot., tab. 915; OED., fl. dan., t. 1409.

Hab. in sylvestribus prope **Crno Jezero** sub monte **Durmitor** indicatum a prof. PANĆIĆ (Montenegro). Non vidi.

LYCOPODINEAE, DC.

VIS. fl. dalm. I, p. 35.

Lycopodium selaginoides, L., sp. pl., p. 1565; HOST, fl. austr. 2, p. 681; RCHB., fl. exc., p. 153.

L. caule repente, ramis adscendentibus, foliis sparsis lanceolatis spinuloso-dentatis, spicis terminalibus sessilibus solitariis.

Syn. Selaginella spinulosa A. BRAUN ap. DOELL., rhein. fl., p. 58; PANTK., l. c., p. 12.

Icon. DILLEN., hist. musc., tab. 68, f. 1; STURM., deutsch. fl., tab. 5; HALL., fl. helv., t. 44, f. 1.

Hab. in pratis circa **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (Montenegro), PANTK. Jul. Perenn.

Ad Lycopodium denticulatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 35 adde **Syn.** Selaginella helvetica, PANTK., l. c., p. 12 non SPRING. Inventum a PANTK. in rupestribus montis **Vermač** prope **Cattaro** (Dalmatia). *Obs.* **S. helvetica,** SPRING., differt a **S. denticulata,** LK., foliolis lateralibus caulium obtusiusculis (nec longe cuspidatis), intermediis duplo majoribus, et ramis apice spiciferis rectis, inferne foliolis minutis laxe vestitis. — *Obs. II.* Ex hisce speciebus cl. SPRING condidit genus **Selaginella,** quod a **Lycopodiis** veris discedit sporis difformibus, quarum aliae parvae (Microsporae) in sporangia reniformia aut sphaerica inclusae (Microsporangia): aliae majores (Macrosporae) lineis tribus elevatis in verticem prominentem convergentibus, in sporangia 3-4-cocca dehiscentes (Macrosporangia). In Lycopodiis veris sporangia omnia sunt reniformia.

FILICES, SW.

Vis. fl. dalm. I, pag. 37.

Post Polypodia, VIS., l. c. adde

Polypodium Phegopteris, L., sp. pl., p. 1550; HOST fl. austr. II, p. 673; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 974.

P. frondibus ovatis longe acuminatis pubescentibus, pinnis pinnatifidis, infimis deflexis, pari infimo pinnularum cum pari opposito in figuram quadrangularem connatis.

Icon. LOWE, ferns. brit. a. exot. I, pl. XXIX; MORIS., hist. pl. 3, sect. XIV, tab. 4, fig. 17.

Hab. a **Tussintan** supra **Kiseljak** ad **Foinizza** (Bosnia) SENDTNER. Per.— Ad P. calcareum SM. adde syn. P. Robertianum HOFFM. et loca mont. **Vlassich** et **Sutynska** (Bosnia) SENDTNER.

Addatur genus

NOTHOLAENA, R. BR.

Prodr. fl. nov. Holland., pag. 1.

Char. Pinnulae margine revolutae membranula cinctae sporangia ex parte tegentes. Sporangia secus marginem et basim pinnularum sparsa, pilis abscondita. — *Cl.* Cryptogamia *Ord.* Filices. — *Syst. sex.*

Notholaena Marantae, R. BR. l. c.; ROCH, syn. fl. germ. II, pag. 985.

N. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-oblongis obtusis, subtus paleis imbricatis dense obsitis, stipite paleaceo hirsuto.

Syn. Acrostichum Marantae, L., sp. pl., p. 1527; HOST, fl. austr. 2, p. 673. Notochlaena Marantae, DESV., journ. de bot. 1, p. 92.

Icon. STURM, deutsch., fasc. VI; LOWE, fern. brit. u. exot. I, pl. XVIII-A; CLUS., hist. pl., p. CCXII.

Hab. in rupibus **Vranduk** prope **Sebsche,** et a **Maglac** ad **Mravich,** ubi legit SENDTNER (Bosnia). Jul. Perenn.

Post Aspidium lobatum, SW. adde

Var. β Swartzianum, KOCH, syn., fl. germ. II, p. 976: pinnulis oblique ovatis falcatis petiolulatis, infima superiore auriculata pinnatifida caeteras subaequante.

Syn. A. aculeatum, SW., syn. fil., p. 53; PANTK., l. c., p. 12, A. angulare, KIT. in W. sp., pl. V, part. I, p. 247; A. hastulatum, TENOR., mem. felc., p. 25.

Icon. LOWE, fern. brit. IV, tab. 23; TEN., l. c., tab. IV, f. 7; PLUKEN., alm. tab. 180, f. 3.

Hab. in sylvaticis circa **Crno Jezero** infra montem **Mali Durmitor,** PANTK. (Montenegro) Jul. Per.

Ad Aspidium rigidum, SW., VIS. fl. dalm. I, p. 38 adde **Syn.** Asplenium Filix foemina PANTK., l. c., p. 11 (non BERNH.) lectum in **Viruša Dol** infra **Crna Planina** (M. N.) et in sylvaticis montis **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje** (Hercegov.) et Aspl. alpestre PANTK., l. c. (non METTENIUS), lectum in saxosis montis **Kom** (M. N.). Dein addatur sequens

Var. β pallida BORY: fronde bipinnatisecta, MILDE, fil. eur., p. 127.

Syn. A. rigidum β australe, TEN., mem. felc., l. c., p. 20. A. Braunii PANTK., l. c., p. 12 (non SPENN., quod est forma A. aculeati, SW.).

Icon. TENOR., l. c., tab. II, f. 4, A. B.

Hab. promiscue cum specie vulgatissima. Jul. Perenn. SENDTN.

Ad Aspidium Filix mas, SW., VIS. fl. dalm. I, p. 38 addatur

Var. β crenata: laciniis (frondium) margine et apice serratis MILDE *sporenpfl.*, p. 101; PANTK., l. c. p. 11.

Icon. TENOR., mem. felc., tab. I, fig. A. B.

Hab. in sylvaticis **Perucica Dol** infra montem **Kom** (M. N.) Jul. Perenn.

Ad Aspidium fragile, SW., VIS. fl. dalmat. I, p. 39 post *Var.* β Pontederae addatur

Var. β lobulato-dentata: KOCH, syn. fl. germ. II, p. 980: pinnulis obovatis lobulatis pinnatifidisque, apice subdentatis obtusisve.

Syn. Polypodium dentatum DICKS., crypt., fasc. III, l. 7. Aspidium dentatum, SW., syn. fil., p. 59. Cystopteris fragilis, BERNH., *a* lobulato-dentata, KOCH, l. c., PANTK., l. c., p. 12.

Hab. in sylvaticis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.) Jul. Perenn.

Obs. An subvarietas A. fragilis β Pontederae, VIS., fl. dalm. I, p. 39?

Var. γ cynapifolia: elata, pinnulis oblongo-obovatis pinnatifidis aut pinnatipartitis, lobis obovatis dentatis.

Syn. Polypodium cynapifolium, HOFFM., deutsch., fl. II, p. 9. Cystopteris fragilis: BERNH. β pinnatipartita 2 cynapifolia; KOCH, l. c. C. fragilis *var.* cynapifolia; MILDE, *sporenpfl.*, p. 68; PANTK, l. c., p. 12.

Hab. in sylvaticis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Hercegov.). Jul. Perenn.

Ad Asplenium Ruta muraria, L., VIS. fl. dalm. I, p. 40 adde

Var. β Matthioli, HEUFL. Aspl. sp. eur., p. 335-36; PANTK., l. c., p. 11: pinnulis breviter petiolulato-cuneatis, antice late rotundatis integerrimis crenulatisve.

Syn. A. Matthioli GASPARR., notiz. d. Lucan., p. 2.

Icon. MATTH., disc. in Diosc., p. 1095; TABERN., ic. pl., p. 796.

Hab. in rupestribus circa **Bioče** (M. N.). Jul. Perenn.

Var. γ zoliense: HEUFL., l. c., p. 335 et 338; PANTK., l. c., p. 11: elatum, pinnulis basi in longum petiolum cuneatis, antice truucatis.

Syn. A. Zoliense, KIT.

Hab. in rupestribus circa **Trebinje** (Hercegov.). Jul. Perenne.

Obs. Collatum cum specimine originali Kitaibeliano, nunc in musaeo Pestinensi servato.

Ad Asplenium Adianthum nigrum, L., VIS. fl. dalm. I, p. 41. *Var.* β **acutum** substitue nomen **A. Onopteris, L.**, sp. pl. ed. I, p. 1081 et confer HEUFL., l. c., p. 310. — Addas

Asplenium septentrionale, SW., syn. fil., p. 75; KOCH, sin. fl. germ., II, p. 983.

A. frondibus longe stipitatis, foliolis 2-4 petiolulatis linearibus, basi integerrimis, margine dentibus 1-2 linearibus, apice inaequaliter inciso-tridentatis.

Syn. Acrostichum septentrionale, L., sp. pl. p. 1524.

Icon. Engl. bot. 1027; STURM., deutsch. fl. II, p. 2-4; LOWE fern. brit. a. exot. V, pl. III-A.

Hab. circa **Ebendahin** et **Varesh**, ubi lectum à SENDTNER (Bosnia). Perenn.

Asplenium Filix foemina, BERNH. in SCHRAD., journ. V, p. 2; KOCH, **Syn. fl.** germ. II, p. 981.

A. frondibus elliptico-oblongis, basi angustioribus, bipinnatis, pinnis anguste lanceolatis pinnatisectis, indusiis fimbriato-laceris.

Syn. Athyrium Filix foemina, ROTH, PANĆ., el. pl. vasc. 101. Aspidium Filix foemina, SW., HOST, fl. austr. II, p. 615.

Icon. LOWE, ferns., l. c. V, pl. XXIX; PLUK., phyt., tab. 180, f. 4; MORIS., hist. pl. sect. XIV, tab. 3, fig. 8.

Hab. in sylvestribus montis **Durmitor** et **Sutorman**, indicatum a prof. PANĆIĆ (M. N.). Jul. Perenn. Non vidi.

Post Scolopendrium officinarum, W., VIS., fl. dalm. I, p. 90 insere genus

BLECHNUM, L.

Gen. pl. n. 1175.

Char. Sori lineares rectilinei, costae pinnarum paralleli continui. Indusium membranaceum e disco pinnae exortum, continuum, interius dehiscens. — *Cl.* Cryptogamia. *Ord.* Filices. *Syst. sex.*

Bl. Spicant, ROTH, tent. III, p. 44.

Bl. frondibus oblongo-lanceolatis pinnati-partitis, fructiferis sub duplo longioribus, pinnis integerrimis, sterilium lanceolato-linearibus approximatis, fertilium linearibus remotiusculis, omnium infimis minimis.

Syn. Osmunda Spicant, L., sp. pl., p. 1522. Blechnum boreale, HOST, fl. austr. 2, p. 680.

Icon. OED., fl. dan. I, p. 99; LOWE, fern. brit. a. exot. IV, pl. LII-B; CLUS., hist. pl., p. CCXIII.

Hab. in sylvaticis ad **Foinizza** et **Travnik** lectum a SENDTNER (Bosnia). Jul. Perenn.

Ad Cheilanthen odoram, SW., corrige synonimon Adianthi fragrantis VIS. in VIVIAN. et adde syn. Ch. fragrans, HOOK., PANTK., adn., p. 10 et habitationem circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK.

Ad Oeosporangium persicum, VIS. adde locum in rupestribus circa **Trebinje** et **Pridvorce** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 11.

Ad Botrichium Lunaria, SW., PANTK., l. c., p. 12, adde locum in pratis montis **Mali Durmitor, Sinnjavina Planina** et **Kom**; et, teste PANĆIĆ, in summo jugo montis **Durmitor.**

Ad Ophioglossum vulgatum, L., VIS. fl. dalm. I, p. 43 adde locum ex SENDTNER ad **Boroviza** prope **Sutynska** (Bosnia).

GRAMINA, L.

VIS. fl. dalm. I, p. 50; III, p. 366; suppl., p. 13.

Ad Holcum avenaceum, SCOP., VIS. I, p. 47 adde locum in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Holcum lanatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 48 adde locum in graminosis circa **Piperi, Burone** (M. N.), PANTK., adn., p. 16, et **Haus Fellaich** prope **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Sorgum halepense, PERS., adde locum in graminosis circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 18, et PANĆ., cl. pl., p. 95 ad **Cettinje** et in valle **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Polliniam Gryllus, SPR., VIS., fl. dalm. I, p. 49 adde locum in graminosis montis **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Grančarevo** in **Bjelagora** (Hercegov.), et circa **Danilov Grad** et **Monastir Duga** (M. N.), PANTK., l. c., p. 18, et in saxosis sub **Lovčen**; PANĆ., l. c.

Ad Andropogon Ischaemum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 50 adde locum in apricis **Jazina Dol** prope **Grahovac** in **Bjelagora** (Hercegov.), et ad **A. pubescens,** VIS., l. c. I, p. 51 (non AIT.) in graminosis ad pedem montis **Vermač** prope **Cattaro** (Dalm.), PANTK., adn., p. 18.

Ad Saccharum strictum, SPR., VIS., l. c. I, p. 52 adde **Syn.** Erianthus Hostii,

GRIS., sp. fl. rum., p. 548; PANTK., l. c., p. 18, et loca in graminosis circa **Zagarac** et **Martinoviči** (M. N.). E. strictus, PANČ., el. pl., p. 95, in herbidis sub m. **Ostrog**, et in valle **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., l. c.

Ad Lagurum ovatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 53 adde locum **Gravosa** (Dalm.); PANTK., l. c., p. 16; et in asperis ad **Boljevići** distr. **Crmnica** (M. N.); PANČ., l. c., p. 96.

Ad Polypogon monspeliense, DESF., VIS., l. c., suppl. p. 14 adde locum **Cattaro** (Dalm.); PANTK., l. c., p. 17.

Ad Digitariam Dactylon, SCOP., VIS., l. c. I, p. 54, adde **Syn.** Cynodon Dactylon, PERS., PANTK., l. c., et locum circa **Trebinje** (Herceg.), et in campis ad **Cettinje** (M. N.); PANČ., el. pl., p. 96.

Ad Lappaginem racemosam, W., VIS., l. c. I, p. 55 adde locum in arenosis circa **Rjeka** (M. N.); PANTK., l. c., p. 18, et syn. Tragus racemosus, DESF., PANČIĆ, el. pl. vasc., p. 95, et loc. in collinis asperis ad **Cettinje**, **Grahovo** (M. N.).

Ad Calamagrostin montanam, HOST, VIS., fl. dalm. I, p. 55 adde locum **Suiza** supra **Borovaglava** et prope **Livno** (Bosnia), SENDT., et in **Bjela Gora** et sub **Crvena Stijena** montis **Durmitor** (M. N.); PANČ., l. c., p. 97.

Ad Calamagrostin Epigejos, ROTH., VIS. fl. dalm. I, p. 55 adde locum **Cettinje** et in valle **Zeta** (M. N.); PANČ., l. c. — Post inseratur

Calamagrostis sylvatica, DC., fl. fr. V, p. 253; HOST, fl. austr. I, p. 105; RCHB., fl. exc., p. 26; PANČ., l. c.

C. panicula patente, glumae valvis acuminatis, pilis glumella multoties brevioribus, arista dorsali geniculata valvas superante, radice repente.

Syn. C. pyramidalis, HOST, gram. austr. IV, p. 28; RCHB., ic. germ. XI, p. 14. Agrostis arundinacea, L., sp. pl., p. 91. Arundo sylvatica, SCHRAD., fl. germ. I, p. 218.

Icon. RCHB., icon. germ. XI, f. 1440-41; HOST, icon. gram. IV, tab. 48-49; SCHRAD., l. c., tab. IV, f. 7.

Hab. in pratis sylvestribus sub monte **Dnrmitor**. Jul. Perenn. Non vidi.

Ad Agrostides, VIS., fl. dalm. I, p. 57 addatur

Agrostis vulgaris, WITH., arrang., p. 132; HOST, fl. austr., I, p. 101; RCHB., fl. exc., p. 25; PANTK., adn., p. 16.

A. panicula oblongo-ovata, dein patentissima; ramis divaricatis scabriusculis, foliis omnibus linearibus planis, ligula brevi truncata.

Icon. HOST, ic. gram. austr. IV, tab. 56. ;RCHB., ic. germ. XI, tab. 34, f. 1427.

Hab. in pratis circa **Danilov Grad**, in **Viruša Dol**; infra **Crna Planina**, circa **Kovčice** (M. N.), fl. Jul. Perenn., PANTK.

Var. α. stolonifera: stolonibus longis repentibus. **Syn.** A. stolonifera, L., sp. pl., p. 93; HOST, fl. austr., p. 100; RCHB., fl. exc., p. 25. — *Icon.* HOST gram. austr. IV, tab. 56; RCHB., ic. germ. XI, tab. XXXIV, fig. 1430. — *Hab.* in pascuis sub monte **Durmitor** (M. N.); PANČ., el. pl. vasc., p. 96.

Var. β. aristata: GRIS. in PANTK., l. c., p. 17, glumella inferiore infra medium aristata. — *Hab.* circa **Danilov Grad**.

Var. γ. pumila: L., mant. pl., p. 31; PANTK, l. c., minor, spiculis ustilagine corruptis, stylis persistentibus: — *Icon.* REICHB., ic. germ. XI, tab. XXXIV, f. 1425. — *Hab.* in pratis **Virusa Dol**, infra montem **Crna Planina**, et in pascuis montis **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

Var. δ. coarctata, HOFFM., fl. d'Alem. I, p. 37: panicula pallida coarctata, ramulis pubescentibus, glumellis subaristatis. — *Icon.* RCHB., ic. germ. XI, tab. XXXIV, fig. 1431. — *Hab.* in campis ad **Grahovo** et supra **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), PANČ., l. c.

Var. ε. maritima, LAM., dict. 1, p. 60: longe repens, panicula compacta, foliis pungentibus glaucis. — *Icon.* RCHB., ic. germ. XI, tab. 1436. — **Syn.** A. stolonifera β, L., sp. pl., p. 92, VIS. fl. dalm. III, p. 336.

Agrostis olivetorum, GODR. et GREN., fl. de Fr. III, p. 483.

A. oblongo-ovata, dein patentissima, ramis flexuosis scabriusculis, glumella inferiore glumis paullo, superiore triplo breviore, emarginata, foliis omnibus linearibus planis, ligula oblonga exserta.

Hab. in graminosis ditionis Ascriviensis (Cattaro) Dalm. — Invenit dom. STUDNITZKA. Fl. Jul. Perenn.

Obs. Species affinis A. vulgari, WITH., cui valde similis. Ab **A. canina**, L., cujus habitum refert, differt foliis radicalibus planis et glumellis geminis.

Ad Agrostidem alpinam, VIS., fl. dalm. suppl., p. 15, dele citationem HOST, gram. austr. III, tab. 49, et REICHB., ic. germ. XI, tab. XXXIII, f. 1423.

Agrostis rupestris, ALL., fl. ped. 2, p. 237; RCHB., fl. exc., p. 25; PANTK., l. c., p. 17.

A. paniculae ramis laevibus, glumis subaequalibus lanceolatis mucronatis, carina scabris, glumella unica apice denticulata, infra medium aristata, foliis radicalibus convoluto-setaceis, ligula oblonga.

Icon. HOST, gram. austr. III, tab. 49 (per err. A. alpina HOST non alior.), RCHB., ic. germ., XI, tab. XXXIII, f. 1423.

Hab. in pascuis alpinis **Bjele Carini** prope **Kom**, et in hoc monte (M. N.), PANTK., l. c.

Agrostis spica venti, L., sp. pl. I, p. 92; HOST, fl. austr. I, p. 96.

A. panicula effusa, gluma inferiore minore, arista glumellam ter quaterve superante, antheris lineari-oblongis.

Syn. Apera spica venti PAL. BEAUV., agrost., p. 31; RCHB., fl. exc., p. 25; PANTK., adn., p. 17.

Icon. HOST, icon. gram. austr. III, tab. 47; RCHB.,ic. germ. XI, tab. XXXII, fig. 1421.

Hab. in graminosis circa **Piperi** (M. N.), PANTK., et circa **Travnik** (Bosnia), SENDTN. Jul. Perenn.

Ad Milium lendigerum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 57, adde **Obs.** Haec species variat spiculis muticis, in Dalmatia crescens juxta TRINIUM, unifl., p. 168, sed talem non vidi.

Ad Milium effusum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 58; PANTK., l. c., p. 17, addatur locus in sylvaticis montis **Crna Planina** ad ovilia **Javorce** dicta (M. N.); PANTK.

Ad Milium paradoxum, L., VIS., l. c.; PANTK., l. c. adde locum in saxosis circa **Skodjegrn** in **Bjella Gora** (Herceg.).

Ad Stipam Aristellam, L., VIS., l. c., p. 59 adde synonimon Aristella bromoides, BERTOL., PANTK., adn., p. 17, et locum in lapidosis circa **Burone** (M. N.) nec non PANČ., el. pl., p. 97.

LEERSIA, SOLAND.

ap. SW., fl. ind. occ. I, p. 132.

Char. Spiculae uniflorae. Gluma nulla. Glumella bivalvis, valvis compresso-carinatis muticis, inferiore multo latiore. Stigmata plumosa a spicula lateraliter egredientia. Caryopsis inclusa compressa. *Cl.* Triandria. *Ord.* Digynia. *Syst. sex.*

Leersia oryzoides, SW., l. c. in not.; HOST, fl. austr. I, p. 69; RCHB., fl. exc., p. 33; PANČ., el. pl. vasc., p. 96.

L. panicula patente, ramis flexuosis, spiculis triandris ciliatis.

Syn. Phalaris oryzoides, L., sp. pl., p. 81. Asprella oryzoides, LAM., ill., p. 167.

Icon. NEES ab ESENB., gen., pl. fasc. 11, n. 2; HOST, ic. gram. austr. I, tab. 35; SCHREB., d. graes., tab., 22; RCHB., ic. germ. XI, tab. LV, fig. 1495.

Hab. in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ., Jul., Aug. Perenn. Non vidi.

Ad Setariam, VIS., fl. dalm. I, p. 61, addatur **Setariae glaucae,** BEAUV.

Var. *β.* longiseta: major, spica spithamea, setis flosculos ter quaterve superantibus. — *Hab.* circa **Cettinje** (M. N.), ubi legit prof. AD. STOSSICH.

Ad Setariam viridem, BEAUV., VIS., fl. dalm. I, p. 61 adde locum **Cettinje** (M. N.); PANĆ., l. c., p. 95.

Ad Setariam verticillatam, BEAUV., VIS., l. c., p. 61, adde locum in cultis **Cettinje, Rijeka, Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Phalarides, VIS., fl. dalm. III, p. 337 pro **Ph. paradoxa,** L., substituatur **Ph. Sibthorpii,** GRIS., spicil., fl. rum., p. 467-8, cum diagnosi et iconibus, et excl. syn. L. et iconibus PLUKEN. et MORIS. a L. citatis, quae omnia **Ph. paradoxam,** L., legitimam referunt. Differt haec a **Ph. Sibthorpii,** GRIS., panicula cylindracea, folio spathaeformi basi inclusa, nec obovata exserta; spiculis undique fertilibus sterilibusque mixtis, nec in sola parte inferiore paniculae abortivis; glumae valvis acutis subaristatis, dente carinae ovato-obtuso; glumellae valvis binis accessoriis ovatis obtusiusculis. — Ad diagnosim plantae Linneanae pertinent icones PLUKENETII, almag., tab. 33, f. 5; et MORISONI, hist. pl. III, sect. 8, tab. 3, f. 6, nec non L. FIL., dec. II, tab. 18, et SCHREB., beschr. d. graes., p. 93, tab. XII.

Ad Baldingeram arundinaceam, GAERTN., VIS., fl. dalm. III, p. 338 adde syn. Phalaridis arundinaceae, L., PANĆ., el. pl. vasc., p. 95 (M. N.) et locum in lacustribus ad **Sinjac** (Bosnia), SENDTN.

Post hanc insere genus

HIEROCHLOA, GMEL.

Fl. sibir., t. I, 101.

Char. Gluma bivalvis 3-flora. Flores duo inferiores masculi triandri, glumella superiore bicarinata; superior diander, glumella superiore unicarinata. Glu-

mella bivalvis, stigmata plumosa ex apice styli exorientia. — *Cl.* Triandria. *Ord.* Digynia. *Syst. sex.*

Hierochloa australis, ROEM., et SCHULT, II, p. 514; RCHB., fl. exc., p. 53.

H. panicula divaricata snbsecunda, pedicellis ad spicularum basim pilosis, flore hermaphrodito mutico, masculo inferiore infra apicem brevissime aristato, arista recta; masculo superiore e dorsi medio aristam geniculatam exserente, radice repente.

Syn. Holcus odoratus, HOST, fl. austr., I, p. 122 non L.

Icon. HOST, gram. austr. I, tab. 4; RCHB., ic. germ. X, tab. CVII, f. 1427 (Hierocloe).

Hab. Ad **Vlassich** supra **Baklari** (Herceg.), SENDT.

Ad Phleum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 64; III, p. 338, suppl., p. 16 adde sequentia

Ad Phl. pratense, VIS., fl. dalm. I, p. 63 adde locum **Riblje Jezero**, ad pedem montis **Durmitor**, et *Var. β* nodosum, GAUD., fl. helv. I, p. 164-5: humilius, culmo supra radicem bulboso-incrassato. — **Syn.** Phl. nodosum, L., sp. pl., p. 88. Phl. bulbosum, HOST, fl. austr. I, p. 81. Phl. Bertolonii, DC., VIS., fl. dalm. I, p. 63. — *Icon.* HOST, gram. austr., IV, tab. 21; Engl. bot. (ed. nov.), tab. 1702; LEERS, fl. herborn., fig. 2. — *Hab.* in humidis circa **Skodriegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), et circa **Cettinje** (M. N.), PANTK., Jul. Perenn.

Ad Phleum echinatum, HOST, VIS., l. c., adde locum circa **Gravosa** (Dalm.), **Trebinje**, in valle **Zaslăp** prope **Vućia in Bjelagora**, et circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., et in campis arenosis ad **Grahovo** (M. N.), PANĆ.

Ad Phl. alpinum, L., VIS., l. c., adde locum in pascuis alpinis circa ovilia **Javorče** in monte **Crna Planina** et in monte **Kom** (M. N.), PANTK., in pascuis m. **Durmitor** jugo **Sljeme** (M. N.) PANĆ., et in **Mali Sandick** (Bosnia), SENDTNER. Post adde

Phleum Michelii, ALLION., fl. ped., 2, p. 233; HOST, fl. austr., 1, p. 83; RCHB., fl. exc., p. 32.

Phl. panicula spiciformi cylindracea, glumis lanceolatis breviter in aristam acuminatis, dorso hispido-ciliatis, radice ex culmis fertilibus fasciculisque foliorum sterilibus caespitosa.

Syn. Chilochloa Michelii, RCHB., ic. germ., XI, p. 19. Phl. Hostii, HOST, fl. aus. I, p. 82. Phalaris trigyna, HOST, ic. gram., IV, p. 12. Phalaris alpina; HOST, ic. gram., II, tab. 26.

Icon. RCHB. l. c., XI, cent. X, tab. LI, f. 1489; HOST, ic. gram., II, tab. 35; SAVI, nuovo giorn. IV, tab. 1, f. 7: *Var.* β, subinorassatum, GRIS., in PANTK., adn., p. 17: panicula breviter ovato-aut cylindrico-oblonga (1″) longa.

Hab. in saxosis sylvestribus sub monte **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 96 — *Var.* in pascuis montis **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.

Phleum Bohemeri, WIBEL, prim. fl. verth., p. 125 (1799).

Phl. panicula spiciformi cylindraeea, glumis lineari-oblongis oblique truncatis submucronatis compressis, dorso hispido-ciliatis scabrisve, radice ex culmis fertilibus fasciculisque foliorum sterilibus caespitosa.

Syn. Phl. phalaroides, KOEL., gram., p. 52 (1802). Phalaris phleoides, L., sp. pl. p. 80. Chilochloa, BEAUV., RCHB., l. c., p. 19.

Icon. Engl. bot., tab. 659; OED., fl. dan., tab. 531; HOST, ic. gram. II, p. 34; RCHB., ic. germ. XI, tab. LI, f. 1488.

Hab. in vineis ad **Klopot** distr. **Bratonožići**, ubi indicatur a PANĆ., el. pl. vasc., p. 96. Jul. Perenn. Non vidi.

Ad Alopecuros, L., VIS., I, p. 14 addatur

Alopecurus pratensis, L., sp. pl., p. 88; HOST, fl. austr. I, p. 78; RCHB., fl. exc. p. 31, PANTK., l. c., p. 17; PANĆ., l. c., p. 96.

A. panicula spiciformi cylindrica obtusa, glumae valvis infra medium connatis villoso-ciliatis, culmo recto.

Icon. HOST, gram. austr., II, tab. 31; RCHB., ic. bot., XI, tab. XLIX, f. 1479; Engl. bot., t. 759; SCHREB., besch., d. gr., tab. 19, f. c.

Hab. in pratis circa **Kovčiće** ad pedem m. **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in pratis ad lacum **Scodranum** (M. N.), PANĆ., et mont. **Vlassich** supra **Bakiari** (Bosnia), SENDT. Fl. Majo, Junio. Perenn.

Ad Alopecurum utriculatum, PERS., VIS., l. c., p. 65, adde locum ad litora maris circa **Gravosa** (Dalmat.), ad rivulum **Sučica** prope **Danilov Grad** (M. N.), in herbidis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., et in palustribus sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ.

Alopecurus Gerardi, VILL., hist. des pl. du Dauph., II, p. 66; PANTK., l. c., pag. 17.

A. panicula spiciformi ovato-subrotunda, glumis liberis aristatis villosis, vaginis foliorum superioribus ventricosis, culmo recto.

Syn. Phleum Gerardi, ALLION, fl. ped. 2, p. 66; HOST, fl. austr. I, p. 65;

PANĆ., el. pl., p. 96. Colobachne Gerardi, LK., hort. berol. 1, p. 74; RCHB., fl. exc., p. 31.

Icon. JACQ., ic. rar., II, tab. 301; RCHB., ic. germ., XI, tab. 4, f. 1480.

Hab. in pratis alpinis montis **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in saxosis **Mrčenov Do** sub monte **Kom** (M. N.), PANĆ. Jul., Aug. Perennis.

Alopecurus geniculatus, L., sp. pl., p. 89; HOST, fl. austr. 1, p. 78; RCHB., fl. exc., p. 81; PANĆ., el. pl., vasc., p. 96.

A. culmo basi prostrato, dein adscendente, panicula spiciformi cylindrica, spiculis ovato-oblongis, glumis obtusis apice ciliatis, basi sola connatis, glumella infra medium aristata.

Icon. LEERS., fl. herborn., tab. 2, fig. 6 (nec. 7), Engl. bot., tab. 1250; RCHB., ic. germ., XI, tab. XLIX, fig. 1477.

Hab. in palustribus sub monte **Durmitor** (M. N.) a PANĆ. indicatus. Non vidi. Majo, Aug. Ann.

Alopecurus nigricans, HORN., hort. hafn. 1, p. 68; RCHB., fl. exc., p. 31.

A. stolonibus repentibus, culmo erecto, foliorum ligula magna exserta, panicula spiciformi cylindrica, ramis paniculae multifloris, glumis acutis infra medium connatis, villoso-ciliatis.

Syn. A. nigrescens, JACQ. fil., ecl. gram. II, p. 17. A. pratensis, SCHREB., I, beschr. d. graes., p. 133.

Icon. JACQ., l. c., tab. 13; SCHREB., l. c., tab. 19, f. 6 (forma ventricosa).

Hab. in monte **Vlassich** ad **Baklari** et in **Mali Sandick** (Bosnia), SENDT. Fl. Majo, Jun. Perenn. Non vidi.

Alopecurus fulvus, Engl. bot., p. 21; RCHB., fl. exc., p. 30.

A. culmo adcendente panicula spiciformi cylindracea, spiculis ellipticis, glumis sola basi connatis glumellaque medio aristata apice ciliatis, antheris aurantiis.

Syn. A. geniculatus, HOST, in gram. austr., II, p. 24, nec alior.

Icon. HOST, l. c., tab. 32; Engl., tab. 1467; RCHB., ic. germ., XI, tabula XLIX, fig. 1476.

Hab. ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia,** m. **Podselovo, Konak,** (Bosnia), SENDT. Non vidi.

Obs. Alopecurus creticus a RCHB., aliisque Dalmatiae incola dictus, mihi adhuc invisus.

Ad Melicam unifloram, RETZ., VIS., fl. dalm. I, p. 66 adde locum montis **Gliva**

prope **Trebinje**, et in valle **Radus Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), et ad **Rjek** (M. N.); PANTK., l. c., p. 15, in dumetis vallis **Tusinac** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 98, a **Travnik** ad **Bukovizza** ad **Czenizza** (Bosnia); SENDT. Majo, Junio. Perenn.

Ad Melicam ciliatam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 67 adde in diagnosi: inferioris valva exteriore glumellae versus marginem tota barbata, dorso scabra: et locum in glareosis litoris inter **Percanjo** et **Stolivo** prope **Cattaro** in Dalmatia. — *Var.* β, Magnolii, GRIS. in PANTK., adn., p. 15: vaginis scabris panicula laxa. — **Syn.** M. Magnolii, GODR. et GREN., fl. de Franc., III, p. 350. — *Hab.* in saxosis **Orsova skala** dictis vallis **Perućica** infra montem **Kom** (M. N.). — *Var.* γ, nebrodensis, GRIS., l. c., p. 15: foliis convoluto-setaceis vaginisque striatis. — **Syn.** M. nebrodensis, PARLAT., fl. palerm. 1, p. 120, GUSSON., syn. fl. sic., 2, p. 886. — *Hab.* in graminosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et circa pagum **Kovčice** (M. N.). — *Var.* δ, Bourgaei: GRIS. in PANTK., adn., l. c., vaginis inferioribus dense villoso-pilosis. — *Hab.* in graminosis montis **Vermač** prope **Cattaro** in Dalmatia. — **Obs.** Haec var. recedit a **M. Cupani,** GUSSON., fl. sic. prodr., suppl. I, p. 14, glumella exteriore tota pilosa. — Inter has varietates a PANTK. lectas sola *Var.* δ. constanter distingui potest. **M. ciliata** crescit quoque a **Travnik** ad montem **Vlassich,** ad **Suiza** prope **Borovaglava,** et circa **Livno** (Bosnia); SENDT., nec non in rupestribus ad **Cettinje** et in monte **Lovčen** (M. N.); PANĆIĆ, l. c.

Ad Airam caryophylleam β. **capillarem**, VIS., fl. dalm. I, p. 68 adde **Syn.** A. elegantis, SCHLEICH., cat. 1821, PANTK., adn., p. 16 et locum in graminosis circa **Danilov Grad** (M. N.), et **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Airam mediam, GOUAN, VIS., fl. dalm. I, p. 67 adde **Syn.** Deschampsia juncea, BEAUV. A. juncea, VILL., pl. du Dauph. 2, p. 86 et locum a **Suiza** supra **Borovaglava,** et a **Czizer** ad **Livno** (Bosnia), SENDT.

Ad Airam caespitosam, L., VIS., fl. dalmat. I, p. 339 adde **Syn.** Deschampsia caespitosa, BEAUV., PANTK., l. c., p. 16 et locum in graminosis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.). Addatur

Aira flexuosa, L., sp. pl., p. 96; HOST, fl. austr. I, p. 115; RCHB., fl. exc., p. 50; PANĆ., el. pl. vasc., p. 98.

A. panicula patente nutante, ramis flexuosis, floribus gluma inaequali vix longioribus, basi aristatis, foliis tereti-filiformibus, ligula truncata.

Icon. RCHB., ic. germ., IX, tab. XCV, fig. 1678-1679; HOST, ic. gram. 2, tab. 43; LEERS, fl. herb., tab. 5, f. 1.

Hab. in spongiosis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ., et ad **Foinizza** (Bosnia), SENDT. Jul. Aug. Perenn.

Avena alpestris, HOST, fl. austr. 1, p. 123; RCHB., fl. exc., p. 51; PANTK., adn., p. 16.

A. panicula erecta aequali diffusa, ramis tri-quinquefloris, spiculis trifloris, glumae valva superiore trinervi lanceolata, ovario apice pubescente, glumellae palea inferiore setaceo-bicuspidata, foliis planis vaginisque pilosis, geniculis glabris.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. 102, f. 1704-5; HOST, gram. austr., III, p. 39.

Hab. in pratis circa **Riblje Jezero,** et circa pagum **Kovčice** ad pedem m. **Mali Durmitor** (M. N.). Jul. Perenn.

Avena flavescens, L., sp. pl., p. 118; HOST, fl. austr. I, p. 128; RCHB., fl. exc., p. 151; PANTK., l. c., p. 16.

A. panicula erecta aequali diffusa, ramis 5-8-floris, spiculis trifloris, glumae valva superiore trinervi oblongo-lanceolata, glumellae valva inferiore setaceo-bicuspidata, foliis planis, vaginis geniculisque pilosis.

Icon. RCHB., ic. germ., tab. 99, fig. 1694; HOST, fl. austr., tab. 38; LEERS, fl. herb., tab. 10, fig. 5.

Hab. in graminosis circa **Kovčice** (M. N.). Jul. Perenn.

Ad Avenam sterilem, L., VIS., l. c., p. 339 adde locum **Cattaro** in monte **Vermac** (Dalm.).

Ad Avenam atherantham, PRESL substituatur **A. barbata,** BROT., fl. lusit., p. 108 (1804), PANTK., l. c., p. 16, et adde locum in graminosis circa **Trebinje** (Herceg.). — **Syn.** A. hirsuta, ROTH, catal. bot. III, p. 19 (1806), VIS., l. c. III, p. 339. A. atherantha PRESL, cyp. et gram. sic., p. 30 et enum. pl. sic. I, p. 44; VIS., fl. dalm. I, p. 69. — Addatur

Avena alpina, Engl. fl. I, p. 165; RCHB., ic. germ. XI, p. 43; PANĆ., el. pl. vasc., p. 98.

A. panicula contracta racemosa, ramis superioribus geminis, spiculis sub 8-floris, floribus supra medium dorsi aristatis, glumae valva superiore trinervi, rachide pilosa, ovario apice piloso, foliis serrulatis supra scabris, inferioribus pone ligulam ciliatis.

Syn. A. praeusta, RCHB., fl. exc., p. 140[5].

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. 101, f. 1703; Engl. bot., tab. 2141.

Hab. in pratis sub monte **Durmitor** (M. N.). Jul. Perenn. Non vidi.

Avena Scheuchzeri, ALLION., fl. ped. II, p. 255 (1785); HOST, fl. austr. 1, p. 127; RCHB., fl. exc., p. 51.

A. panicula oblonga racemosa, subsimplici, ramis geminis spiculam unicam binasve gerentibus, spiculis sub-5-floris, floribus in medio dorsi aristatis, glumae valva superiore trinervi, rachide pilosa, ovario apice piloso, foliis laeviusculis.

Syn. A. versicolor, VILL., pl. du Dauph. II, p. 142 (1786-7); PANC'., el. pl. vasc., p. 98.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. XCIX, fig. 1699; HOST, ic. gram. austr. II, tab. 52; VILL., l. c., tab. IV, f. 5.

Hab. in saxosis montis **Durmitor** jugo **Sljeme** (M. N.). Jul. Perenn. Non vidi.

Avena tenuis, MOENCH, meth. pl., p. 195; HOST, fl. austr. 1, p. 130; RCHB., fl. exc., p. 51; PANĆ., el. pl. vasc., p. 98.

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, valvis 7-9 nerviis, flore inferiore apice in aristam acuminato, dorso mutico, reliquis apice cuspidato-biaristatis, arista dorsali geniculata, foliis villosis convoluto-setaceis, radice fibrosa.

Syn. Trisetum tenue, R. et SCH., syst. veg. II, p. 657. A. triaristata, VILL., pl. du Dauph. II, p. 148. A. dubia, LEERS, fl. herborn., p. 41.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. f. XCVII, (1690); HOST, ic. gram. II, tab. 55; VILL., l. c. II, tab. IV; LEERS, l. c., tab. 9, f. 3.

Hab. A **Travnik** ad **Czenizza** (Bosnia), SENDT. Ann. Jul. Non vidi.

Avena carpathica, HOST, fl. austr. I, p. 125; RCHB., fl. exc., p. 52; PANĆ., el. pl. vasc., p. 98.

A. panicula erecta patente, spiculis sub-quadrifloris, glumis basi quadridentatis glumellam ciliatam aequantibus, foliis canaliculatis ciliatis, vaginis compressis pilosis, ligula truncata, radice repente.

Icon. HOST, ic. gram. austr. IV, tab. 31.

Hab. in graminosis montis **Javorje** (M. N.) ubi legit prof. PANĆIĆ, sed non vidi.

Ad Avenam Neumayerianam, VIS., fl. dalm. III, p. 339, quae eadem ac **A. compacta**, BOISS., adde plantam hanc lectam quoque fuisse in rupestribus sub monte **Vučii Zub in Bjela Gora** a prof. PANĆ., el. pl. vasc., p. 98.; ed non vidi.

Post Danthoniam calycinam, RCHB., VIS., fl. dalm. III, p. 345, cui adde syn.

D. provincialis, DC., PANĆ., el. pl. vasc., p. 98 et locum in pascuis saxosis ultra **Niksicka Zurpa** (M. N.), addatur

Danthonia decumbens, DC., fl. fr. III, p. 33; PARLAT., fl. ital. I, p. 207.

D. panicula racemosa subsimplici pauciflora, spiculis sub-3-floris, glumis flores subaequantibus, glumella inferiore ciliato-pilosa, foliis linearibus planis vaginisque pilosis, ligula evanida piliformi, culmis decumbentibus.

Syn. Triodia decumbens, PAL. de BEAUV., agrost., p. 76; RCHB., fl. exc., p. 41; PANTK., l. c., p. 15; PANĆ., l. c., p. 98. Poa decumbens, SCOP., fl. carn., ed. II, tom. I, p. 69; HOST, fl. austr. 1, p. 151. Festuca decumbens, L., sp. pl., p. 110.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXI, fig. 1572; HOST, ic. gram., tab. 72; LEERS, fl. herbon., tab. 7, f. 5.

Hab. in pratis circa **Zara, Sini**(Dalm.), m. **Jastrebica** in **Bjela Gora** (Herceg.), **Danilov Grad** in **Virusa Dol** infra m. **Crna Planina** (M. N.) et in pratis m. **Durmitor** prope **Zabljak** (M. N.), PANĆIĆ.

Ad Koeleriam phleoidem, PERS., VIS., fl. dalm. I, p. 71 adde locum in lapidosis circa **Ragusa** (Dalmat.) et iisdem locis circa **Trebinje** (Herceg.); PANTK.; et ad **K. cristatam,** PERS. adde locum in pascuis **Carina** infra **Kom** (M. N.): in m. **Gliva** circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK. et in asperis m. **Levćen** (M. N.); PANĆ., l. c.

Dein addatur **K. grandiflora,** BERTOL., in rupestribus m. **Stirovnik** et **Velika Jastrebica** (M. N.) et *Var.?* subaristata, in declivibus herbidis m. **Kom,** PANĆ., quarum utraque mihi invisa.

Ad Bromos, fl. dalm., VIS. I, p. 72 et suppl., p. 341 addatur

Ad B. tectorum, L., VIS., l. c. III, p. 340 adde locum in incultis circa **Ragusa** (Dalmat.) et **Trebinje** (Herceg.), et ad **B. squarrosum,** L., VIS., l. c. I, p. 74 locos in incultis circa **Trebinje,** et in valle **Zaŝlap** et **Jazina** in **Bjelagora** (Herceg.), nec non *Var. β.* villosus, GMEL., *β.* velutinus; RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXV, f. 1599: glumae dorso villoso, quae crescit in saxosis circa **Cattaro** (Dalmat.), ubi legit PANTK., l. c., p. 13.

Ad Br. mollem, L., VIS., l. c., p. 73 adde locum circa **Trebinje** (Herceg.) et **Cettinje** et **Danilovo Grad** (M. N.); PANTK., l. c., p. 13. Br. macrostachys, FREYN., non DESF. Br. squarrosus *β*, pubescens, VIS., l. c., p. 74. — Crescit quoque in saxosis sub castro **Fort' Asino** ins. **Lossin** ubi legit dom. FREYN.

Ad Br. erectum, L., VIS., l. c. I, p. 73 addatur *Var. γ.* australis, GRIS. in PANTK.,

l. c., foliis anguste-linearibus, imis recurvis: quae habitat in saxosis circa **Trebinje,** et in saxosis **Vučie Gerne** dictis prope **Guošd Han** et circa **Lukovo** (M. N.); PANTK., l. c. — Dein addatur

Bromus asper, MURR., prod. fl. goett., p. 49; HOST, fl. austr. I, p. 166; RCHB., fl. exc., p. 44; PANČ., el. pl. vasc., p. 100.

Br. panicula ramosa laxa nutante, spiculis lineari-lanceolatis 7-9-floris, compressis, pubescentibus, glumella inferiore brevissime bidentata, inter dentes aristata aristaque longiore, 5-nervi, superiore pubescenti-ciliata, vaginis inferioribus foliisque hirsutis.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXVI, f. 1605, HOST, ic. gram. I, tab. 7; Engl. bot., tab. 1172.

Hab. in sylvestribus sub m. **Vojnik** (M. N.), PANČ. et **Czenizza** prope **Sutynska** (Bosnia), SENDT.

Post Br. secalinum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 73 addatur

Bromus racemosus, L., sp. pl. 114; RCHB., fl. exc., p. 43; PANTK., adn., pag. 13.

Br. panicula patente erecta, deflorata contracta, spiculis 8-12-floris oblongis glabris, demum obovatis apice subincrassatis, aristis glumella sub-brevioribus, vaginis inferioribus foliisque pilosis.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXIV, f. 1590; Engl. bot., t. 1079.

Hab. in herbidis prope **Cattaro** (Dalmat.), PANTK. Jul. Perenn.

Ad Festucam duriusculam, L., VIS., l. c., p. 74 adde **Syn.** F. ovina *Var.* duriuscula, in valle **Raduš Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.) et in **Virusa Dol** infra m. **Crna Planina** (M. N.). Ad F. duriusculam, L., adde syn. F. glauca, SCHRAD in herbidis m. **Gliva** (Herceg.) et **Kom** (M. N.): ad **F. violaceam,** GAUD. adde **syn.** F. ovina *Var.* violacea et loc. in pascuis alpinis m. **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Dein addatur *Var.* **Festuca alpina,** GAUD., agr. I, p. 232. — **Syn.** F. ovina *β*. alpina, KOCH, syn. fl. germ. II. p. 928: humilior panicula pauciflora, spiculis majoribus, aristis longioribus. — *Icon.* RCHB., ic. germ. XI, f. 1533. — *Hab.* prope **Travnik** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Festucam Myuros, EHRH., VIS., l. c. adde locum in pratis circa **Danilov Grad** et **Komani** (M. N.), PANTK., l. c.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXVII; HOST, ic. gram. II, tab. 83; Engl. bot., tab. 2056.

Hab. in herbidis **Kukurai Brdo** sub monte **Kom** (M. N.), PANĆ., et in cacumine elatiore montis **Vlassich**, in **Mali Sandik**, et in **Velika Ravan** (Bosnia), SENDT. Dein addatur

Festuca spadicea, L., syst. nat., ed. II, vol. II, p. 732 in Add.; HOST, fl. austr. I, p. 155; RCHB., fl. exc., p. 40; PANTK., l. c., p. 14; PANĆ., el. pl. vasc., pag. 100.

F. panicula coarctata, florente patula, ramis glabris, spiculis sub-5-floris, submuticis, glumella inferiore 5-nervi, nervis 3 conspicuis, foliis anguste linearibus glaberrimis planis.

Syn. Poa Gerardi, ALLION., fl. ped. II, p. 243. Antoxanthum paniculatum, L., sp. pl., p. 40.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. LXVIII, f. 1561; HOST, ic. gram. III, tab. 20; GERARD., fl. gallopr., tab. 2, fig. I.

Hab. in pascuis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ; et in pratis subalpinis m. **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK. Jul. Perenn. Glumae spadiceae.

Ad Festucam variam, HAENK., VIS., fl. dalm., suppl., p. 19 addatur synonimon **F. dimorphae**, GUSSON., pl. rac., p. 34, tab. 6; PANĆ., el. pl. vasc., p. 100, quam tamen non vidi, ex BERTOL., fl. it. I, p. 596.

Ad Festucam pratensem, HUDS., VIS., fl. dalm. I, p. 74 praepone **syn. F. elatioris**, L., fl. svec. ed. II, p. 32 quod antiquius, et habitationem ad **Begin-Beg** et a **Kulla** ad **Suiza** (Bosnia), SENDTNER.

Festuca pumila, VILL., hist. des pl. du Dauph. II, p. 102; HOST, fl. austr. I, p. 173; RCHB., fl. exc., p. 38.

F. panicula erecta contracta pauciflora, ramis subgeminatis, spiculis 3-4-floris breviter aristatis, glumella inferiore oblongo-lanceolata supra medium subito acuminata, foliis complicato-filiformibus subteretibus glaucis. Spiculae violaceae.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXV, f. 1551; HOST, ic. gram. II, tab. 91.

Hab. in saxosis montis **Orlen** supra **Castelnovo di Cattaro**, ubi legit NEUMAYER. Fl. Julio. Perenne.

Festuca pilosa, HALL., fil. in SUT., fl. helv. I, p. 56; KOCH, syn. fl. germ., ed. II, p. 940; PANĆ., l. c., p. 100.

F. panicula oblonga, ramis erectis semiverticillatis, inferioribus subquinis, rachide sub floribus piloso-barbata, ovario glabro, foliis infimis subteretibus, ligula oblongo-lanceolata acuta.

Syn. F. poaeformis, HOST, fl. austr. 1, p. 157; RCHB., fl. exc., p. 39.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. XLVI, f. 1554.

Hab. in saxosis **Mrčnov Do**, sub monte **Kom.** Jul. Per. PANĆ., l. c. Mihi autem invisa.

Festuca sylvatica, VILL., hist. des pl. du Dauph. II, p. 105; HOST, fl. austr. 1, p. 153; RCHB., fl. exc., p. 40; PANĆIĆ, el. pl. vasc., p. 100.

F. panicula erecta diffusa, ramis scabris, inferioribus 3-4-nis, glumella superiore acutissima mutica 5-nervi, nervis tribus conspicuis, ovario apice piloso, foliis lanceolato-linearibus supra glaucis subtus viridibus, ligula obtusa, radice fibrosa.

Syn. F. calamaria, HOST, fl. austr. 1, p. 153.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. LXVIII, f. 1562; HOST, ic. gram. IV, tab. 60, et II, tab. 68; Engl. bot., tab. 105; OED., fl. dan., tab. 1145.

Hab. in pratis sylvestribus montis **Durmitor** (M. N.); PANĆ., sed mihi invisa.

Ad Dactylidem hispanicam, ROTH., VIS., fl. dalm. I, p. 75 adde PANTK., l. c., p. 14 in incultis circa **Trebinje** (Hercegov.), et a **Suizza** ad **Boroglava** et **Livno** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Poas, VIS., fl. dalm. I, p. 33 addatur

Poa bulbosa, L., VIS., fl. dalm., l. c. p. 79 *β.* prolifera adde syn. P. bulbosa, L., *Var. β.* vivipara, KUNT., et locum in apricis circa **Billeki** (Hercegov.); PANTK., l. c., p. 19.

Ad Poam alpinam, L. (sub P. collina, HOST); PANTK., adn., p. 14 adde locum in pascuis alpinis montis **Crna Planina** et **Kom,** PANTK. et ad rupes m. **Lovćen, Velika Jastrebica** et **Kom,** PANĆ., el. pl., p. 99 (M. N.). *Var. β.* vivipara, L., sp. pl., p. 99, spiculis abortivis proliferis: in pascuis alpinis montis **Kom** et **Mali Durmitor,** et *Var. γ.* brevifolia, GAUD., fl. helv. I, p. 245 (non DC.) foliis culmis brevissimis; PANTK., l. c., p. 14, in pascuis alpinis montis **Kom** et **Durmitor** (M. N.).

Ad Poam annuam, L., VIS., fl. dalm., I, p. 80 adde locum circa **Cattaro** (Dalmatia), **Danilov Grad** et m. **Crna Planina,** PANTK. et m. **Javorče** et in valle **Tara,** PANĆ. (M. N.).

Ad P. compressam, L., VIS., l. c., p. 80 adde locum circa **Monastir Duga,** PANTK. ad **Grahovo,** PANĆ., p. 99 (M. N.). et circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Poae pilosae, L., sp. pl., p. 100; HOST, fl. austr. I, p. 150, locum in cultis circa **Rjeka,** PANTK. et in valle **Tara,** PANĆ. (M. N.).

Ad P. Eragrostim, L., adde locum in campis circa **Rieka** et **Danilov Grad** (M. N.); PANTK., l. c., p. 15 sub Eragrostide poaeoide, BEAUV., Agrost., p. 71; PANĆ., el. pl., p. 98 in campis ad **Vir**.

Ad P. megastachyam, KOEL., VIS., fl. dalm. I, p. 82 adde locum in graminosis circa **Trebinje** (Hercegovina), et addatur *Var.* β. leersioides, PRESL, fl. sic. I, p. 44, panicula contracta, spiculis biquadrifloris, quae crescit in locis humidis circa **Cattaro** (Dalmatia), ubi legit PANTK., l. c., p. 15.

Ad P. duram, SCOP., VIS., l. c. I, p. 82 adde locum circa **Zara** (Dalm.) et **Trebinje** (Herceg.) sub Sclerochloa dura, BEAUV., PANTK., l. c., p. 14.

Ad P. rigidam, L., VIS., l. c. ad locum circa **Zara** et **Cattaro** (Dalmat.), circa **Trebinje** et **Grancarevo** (Herceg.), in PANTK., adn., p. 13, sub Sclerochloa, et PANĆ., el. pl., p. 99 sub Festuca. Huic adde *Var.* hemipoa: paniculae subsecundae spiculis approximatis lanceolato-linearibus. **Syn.** Scleropoa hemipoa, PARLAT., fl. ital. 1, p. 172; GRIS. in PANTK., l. c., p. 13. Triticum hemipoa, DELIL. in TENOR., fl. nap. 4, p. 18. — *Icon.* C. BAUH., theatr., p. 31, fig. p. 32. — *Hab.* in incultis circa **Ragusa** (Dalmat.), PANTK.

Ad Poam nemoralem, L., VIS., l. c. III, p. 342 adde *Var.* β. glaucam, KOCH, syn., fl. germ., ed. II, p. 929; PANTK., l. c., p. 15, glauco-virens, culmis vaginisque scabriusculis, spiculis copiosis. — *Hab.* in saxosis circa **Crno Jezero**, ad pedem m. **Mali Durmitor** (M. N.): *Var.* γ. montanam KOCH., l. c., PANĆ., l. c., p. 99: panicula rara, spiculis magnis, 2-5-floris longe pedicellatis. — *Hab.* in apricis m. **Durmitor**, PANĆ.

Ad P. pratensem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 81 quae habitat circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., adde *Var.* γ. ancipitem, GAUD., helv. 1, p. 260: anceps, culmo compresso. — *Hab.* in herbidis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 15. — Addatur

Poa sudetica, HAENK., fl. sudet., p. 120, HOST, fl. austr. I, p. 142; RCHB., fl. exc., p. 48.

P. panicula patula, ramis inferioribus quinis, spiculis sub-5-floris, glumella inferiore conspicue 5-nervi, culmo vaginisque compressis, foliis lanceolato-linearibus, ligula abbreviata.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. XC, f. 1657-1658; HOST, ic. gram. III, tab. 13; VILL., hist. des pl. du Dauph. II, tab. 3.

Hab. in saxosis sylvestribus montis **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 99. Non vidi.

Var. β. hybrida, GAUD., PANTK., l. c., p. 15: ramis paniculae elongatis apice pendulis. — *Icon.* RCHB., ic. germ. XC, f. 1656. — *Hab.* in pascuis alpinis montis **Mali Durmitor** (M. N.).

Poa cenisia, ALLION., auct. fl. pedem., p. 40; PANĆ., el. pl. vasc., p. 99.

P. panicula patente, ramis inferioribus geminis, raro quinis, floribus dorso et margine pubescentibus lana connexis, glumellae valva inferiore quinquenervi, nervis lateralibus obsoletis, ligula abbreviata, radice stolonifera repente.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXXIV, fig. 1632 (sub P. distichophylla, GAUD.), BELLARD., app. fl. ped. in act. taur. V, p. 215, tab. 3.

Hab. in saxosis schistaceis ad **Mrčevo Do** sub monte **Kom** (M. N.). Non vidi.

Poa concinna, GAUD., agrost. helv. 1, p. 196 (non BR.); RCHB., fl. exc., p. 46; PANTK., adn., l. c., p. 14.

P. panicula erecta ovata patente, ramis solitariis geminisque divergentibus, spiculis 4-6-floris, floribus margine dorsoque pubescentibus liberis, ligulis oblongis acutis, foliis complicato-setaceis, radice caespitosa.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXXI, f. 1617.

Hab. in muris urbis **Zara** (Dalm.) et rupestribus m. **Gliva** prope **Trebinje, Drača,** et in **Korisnta Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora**, PANTK. (M. N.), ad **Grahovo,** PANĆ., l. c., p. 99 (M. N.), et in insula **Sansego** (Dalmat.).

Briza media, L. et B. maxima, L., VIS., fl. dalm. I, p. 84, crescit quoque in (M. N.) et (Herceg.) et (Bosnia), testibus PANTK., l. c., p. 14, et PANĆ., l. c., p. 98, et SENDTN.

Cynosurus cristatus et echinatus, L., VIS., fl. dalm. I, p. 85, crescunt quoque in (M. N.) testibus PANTK. et PANĆ., (Dalm. et Herceg.), et in (Bosnia) fide SENDTN.

Ad Glycerias, VIS., fl. dalm. I, p. 83 adde locum, **Gl. fluitantis,** R. BR., VIS., fl. dalm. I, l. c., in humidis circa **Danilov Grad** ad rivulum **Sušica** (M. N.), PANTK, l. c., p. 15; circa **Travnik** (Hercegov.), SENDT. (Bosnia), et iterum in (M. N.); PANĆ., el. pl., p. 99 in fossis ad **Vir**. Addatur

Glyceria spicata, GUSSON., fl. sic. syn. II in add. et emend., p. 784; PARLAT., fl. ital., 374; GRIS. in PANTK., adn., p. 15.

G. paniculae subsecundae ramis inferioribus subgeminis, spiculis lateralibus subsessilibus 5-15-floris, flosculis oblongis, glumellae valva inferiore obtusa nervis vix visibilibus, superiore oblonga obtusa.

Hab. in humidis **Virusa Dol**, infra montem **Crna Planina** (M. N.). Jul. Perenn. PANTK., l. c.

Glyceria spectabilis, MERT et KOCH, deutsch. fl. I, p. 586; PANĆ., el. pl. vasc., pag. 99.

G. panicula ampla ramosissima, spiculis 5-9-floris, floribus obtusis, glumellae valva inferiore septemnervi, nervis evanidis, radice repente.

Syn. Gl. aquatica, WAHLBG., gothob., p. 18; RCHB., fl. exc., p. 45. Poa aquatica, L., sp. pl., p. 98; HOST, fl. austr. 1, p. 142.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. LXXX, f. 1614; HOST, ic. gram., tab. 60; LEERS, fl. herborn., tab. V, f. 5.

Hab. in paludosis ad rivum **Moraća** et ad lacum **Scodranum** (M. N.). Fl. Jul. Perenn. Non vidi.

Ad Seslerias, VIS., l. c., p. 87 adde Sesleriae elongatae, HOST, VIS., fl. dalm. I, p. 86, locos in saxosis montium **Gliva, Leutor, Crkviza** et **Draća** prope **Trebinje** (Herceg.), et ad pedem montis **Mali Durmitor** (M. N.); PANTK., l. c., p. 16; ad S. argenteam, SAVI, VIS., fl. dalm. suppl., p. 20; PANĆ., el. pl. vasc., p. 97. S. elongatae *Var.* argenteae, GRIS. in PANTK., adn., p. 16 crescentis in rupibus montium **Gliva, Crkviza** et **Draća** prope **Trebinje** (Herceg.), et in declivibus et marginibus sylvarum **Moraća** et **Tara** (M. N.), in qua observandum, nomen specificum a SAVIO impositum suae **Festucae argenteae**, prioritate caeteris antecellit. — Addatur

Sesleria coerulea, ARDUIN., spec. alt., p. 17; HOST, fl. austr. I, p. 139; RCHB., fl. exc., p. 34.

S. thyrso spiciformi compacto ovali-oblongo, spiculis bi-trifloris, glumella inferiore apice bi-quadriseta, arista intermedia brevi, foliis linearibus planis marginatis, obtusiusculis, apice in cuspidem abrupte contractis.

Var. β. alba, SIBTH. et SM., fl. gr. prodr. 1, p. 52; GRIS in PANTK., adn., p. 16: thyrso pallide caerulescente, foliis cuspiditatis.

Icon. SIBTH. et SM., fl. gr. I, tab. 72 (excl. analys.).

Hab. in rupestribus montis **Gliva** supra **Trebinje** (Herceg.). Fl. Jul. Perenn.

Sesleria marginata, GRIS, sp. fl. rum., p. 442; PANTK., l. c., p. 16; PANĆ., l. c., pag. 97.

S. thyrso spiciformi compacto ovali-oblongo, spiculis subsessilibus, bifloris, floris superioris glumella apice triseta aristam exsertam subaequante, foliis late linearibus crasse marginatis in cuspidem acutissimam laevem attenuatis.

Syn. S. caerulans, FRIVALDS. in Regensb. flor. 1836, p. 432.

Hab. in saxosis montium **Jastrebica in Bjelagora** (Herceg.), et Kom (M. N.), et in rupestribus m. **Lovčen** et **Velika Jastrebica,** et ad **Mercenov Do** sub **Kom,** PANĆIĆ.

Ad S. interruptam, VIS., l. c. I, p. 87, adde PANTK., l. c., p. 16 el loca in saxosis montis **Jastrebica in Bjelagora** (Herceg.), et **Kom** (M. N.), nec non a **Gradaschaz** supra **Spionizza** ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT.

Ad S. juncifoliam, HOST in VIS., fl. dalm., l. c., p. 87 adde syn. **S. tenuifoliae,** SCHRAD., fl. germ. I, p. 172, quae prioritate alteram antecellit, et loca in rupestribus vallis **Jazina** prope **Orahovac,** et in m. **Jastrebica in Bjelagora** (Herceg.), et **Kom,** PANTK., l. c., p. 16; in montibus **Durmitor** et **Kom,** PANĆIĆ, l. c., p. 97 (M. N.), et in m. **Vlassich** et **Mali Sandick** (Bosnia), SENDT.

Ad Moliniam caeruleam, MCH., VIS., fl. dalm. III, p. 343 adde locum ex PANTK., l. c., p. 14, in herbidis montis **Mali Durmitor,** et PANĆ., l. c., p. 99 (M. N.).

Ad Psilurum nardoidem, TRIN., VIS., fl. dalm. I, p. 89 adde locum in asperis ad **Ostrog** et prope **Vir** distr. **Crmnica;** PANĆ., l. c., p. 101.

Ad Nardum strictam, L., VIS., fl. dalm. III, p. 344 adde loc. in pascuis alpinis **Bjele Carini** infra **Kom** et in m. **Mali Durmitor,** PANTK., l. c., p. 12 et iisdem locis (M. N.), PANĆ., l. c., p. 101.

Ad Aegilopem ovatam, L., VIS., fl. dalmat. I, p. 90 et III, p. 144 adde locos circa **Cattaro** (Dalm.) et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 12; PANĆ., l. c., p. 101 in vineis ad **Klopot** et prope **Vir** (M. N.).

Ad Aeg. triuncialem, L., VIS., l. c. I, p. 90 in siccis circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., el. pl., p. 12. Addatur

Aegilops triaristata, W., sp. pl. IV, p. 943; RCHB., fl. exc., p. 17; GRIS. in PANTK., adn., p. 12.

A. spica ovata, superne attenuata, spiculis 4-5-floris, glumis hispidis 2-3-aristatis, basi marginis glabris, sursum scabris, glumellis inter aristas ciliatis.

Icon. RCHB., icon. germ. XI, tab. VIII, fig. 1564; SCHEUCHZ., agrost., tab. I, fig. 2.

Hab. in siccis montis **Vermac** prope **Cattaro** (Dalm.), PANTK. Jul. Ann.

Ad Lolium perenne, L., VIS., fl. dalm. I, p. 92; adde loc. circa **Cattaro** (Dalm.) et **Trebinje** (Hercegov.); PANTK., et in cultis ad **Cettinje, Grahovo** (M. N.); PANĆ., ad **L. temulentum,** L., VIS., fl. dalm. I, p. 91 inter segetes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., et inter segetes ad **Njegus,** PANĆ. (M. N.); et ad **L.**

robustum, RCHB., adde syn. L. temulentum *Var.* speciosum, BIEB., GRIS. in PANTK., l. c., p. 13 cum loco inter segetes prope **Cattaro** (Dalmat.), et **Trebinje** (Herceg.) PANTK. Jul. Ann. — Addatur

Lolium multiflorum, GAUD., fl. helv. I, 354; RCHB., fl. exc., p. 16; GRIS. in PANTK., adn., p. 13; TOMMASIN., veg. di Veglia, p. 70.

L. spica compressa disticha, gluma spicula sua triplo breviore, spiculis attenuatis acutis 15-20-floris, floribus lanceolatis arcte imbricatis, superioribus aristatis.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. V, fig. 1345.

Hab. inter segetes circa **Trebinje** (Herceg.). Fl. Jul. Ann. PANTK. in ins. **Veglia,** TOMM.

GAUDINIA, PALIS. DE BEAUV.

Agrost., p. 95, tab. 19, fig. 15.

Char. Spiculae solitariae 4-7-florae, sessiles, rachidi parallelae. Gluma bivalvis, glumellae inferioris arista dorsali geniculato-inflexa. — *Class.* Triandria. *Ord.* Gramina. *Syst. sex.*

Gaudinia fragilis, BEAU., l. c.; RCHB., fl. exc., p. 19.

G. spica articulata, articulis fragilibus, foliis pilosis.

Syn. Avena fragilis, L., sp. pl., p. 118; HOST, fl. austr., I, p. 130.

Icon. NEES ab ES., gen. pl. I, p. I, tab. 84; SCHREB., gram. II, tab. 24; HOST, icon. gram. austr. II, tab. 54.

Hab. circa **Castelnovo di Cattaro,** in pratis arenosis, unde dom. FREYN communicavit cl. TOMMASINIO. Fl. aestate. Ann.

Ad Tritica, VIS., fl. dalm. I, p. 96 adde **Triticum loliaceum,** SM. cum syn. Catapodium loliaceum, LINK., hort. ber. I, p. 45; GRIS. in PANTK., l. c., p. 13 in incultis circa **Ragusa**; **T. pinnatum,** MÖNCH., VIS., l. c., adde locum in m. **Gliva** prope **Trebinje,** et in valle **Jazina** prope **Orahovac** in **Bjelagora** (Herceg.) cum syn. Brachpodium pinnatum, BEAUV., PANĆ., l. c., p. 100 et loc. in dumetis sub clivo **Mali Lonac** m. **Sutorman,** SENDT. a **Travnik** ad **Genizza,** et in m. **Vlassich**; ad **Triticum ciliatum,** DC., VIS., fl. dalm. I, p. 94 adde syn. Brachypodium distachyon, BEAUV., GRIS. in PANTK., l. c., et loca in incultis circa **Ragusa,** nec non PANĆIĆ, l. c., p. 100, in saxosis supra **Li-**

mljani distr. **Crmnica;** et *Var. β.* monostachyon : spiculis solitariis, in saxosis ad pedem montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), GRIS. in PANTK., l. c., pag. 13.

Ad Triticum caninum, L., VIS., l. c. I, p. 94 adde locum in herbidis circa **Danilov Grad,** PANTK., p. 13; et in sylvestribus vallis **Tara** et in **Kukuraj Brdo** sub m. **Kom,** PANĆIĆ, p. 100 (M. N.); ad Triticum repens, L., VIS., fl. dalmat. I, p. 93 locum; PANĆ., l. c. in pratis ad **Guozd** (M. N.)., et SENDTNER in m. **Prologh** (Bosnia). Adde *Var. β.* glaucum, VIS., suppl., p. 22. T. glaucescens, GRIS. in PANTK., l. c., in herbidis circa **Trebinje** (Herceg.) et *Var. γ.* litorale, HOST, fl. austr. I, p. 79 et ic. gram. IV, tab. 9. *Hab.* ad **Suizza** supra **Boroglava** et prope **Livno** (Bosnia): ad **T. villiosum,** BIEB., VIS., l. c., in monte **Gliva,** in valle **Zaslap** (Herceg.), et circa **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c. Addatur

Triticum durum, DESF., fl. atl. I, p. 114; RCHB., fl. exc., p. 21.

Tr. spica quadrifariam imbricata compacta, spiculis sub-4-floris aristatis, glumae valvis carinatis subventricosis, apice bifidis obtusis, glumellis bidentatis longissime aristatis, rachide tenaci, margine pilosa.

Syn. Tr. hordeiforme, HOST, ic. gram. austr. IV, p. 3.

Icon. HOST, l. c., tab. 5.

Hab. cultum in ins. **Lesina,** unde misit cl. MATTHAEUS BOTTERI. Fl. Jul. Ann.

Post Secale dalmaticum, VIS., I, p. 97 adde

Secale montanum, GUSSON., ind. sem. h. Boccadif. 1825 et prodr. fl. sic. I, p. 145; GRIS. in PANTK., l. c., p. 13; PARLAT., fl. ital., p. 517.

S. spica subnutante compressa, rachide articulata fragili, utrinque piloso-barbata, glumae valvis anguste linearibus acuminatis, margine hispidis, radice perenni.

Syn. S. serbicum, PANĆ., fide GRIS. in PANTK., l. c., p. 13.

Hab. in herbidis circa **Orahovac** et **Dubovac** in **Bjelagora** (Herceg.). Fl. Jul. Perenn. PANTK.

Obs. An species haec, quam habui sub dicto nomine a prof. PANĆIĆ ex Serbia, cum **S. dalmatico,** copulanda? Deest in Flora serbica ejusdem auctoris.

Ad Hordeum murinum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 98 adde locum in incultis **Trebinje** et **Billeki** (Hercegov.), PANTK., ad **Cettinje,** et **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., et circa **Travnik** et ad pedem m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Hordeum bulbosum L., VIS., l. c. adde locum in herbidis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 13.

CYPEROIDEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. I, p. 100; III, p. 366 et suppl. p. 24.

Ad Carices fl. dalm. sectionis Vignearum, RCHB. (BEAUV.), fl. exc., p. 55 addantur sequentes

Carex Davalliana, SM. fl. brit. III, p. 964: HOST, fl. austr. II, p. 672; PANTK., adn., p. 18.

C. spica simplici solitaria dioica, fructibus recurvato-patentibus, oblongo-lanceolatis multinerviis, superne margine scabriusculis, foliis anguste linearibus, margine culmisque retrorsum scabris, radice fibrosa.

Syn. Vignea Davalliana, RCHB., fl. exc., p. 56. Carex dioica, HOST, gram. austr. I, p. 32 non L.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CXCIV, f. 523; HOST, gram. austr. I, tab. 41; SCHK., hist. des Car., tab. A, Q, W, f. 2; OED., fl. dan., tab. 369; MICHEL., nov. gen., tab. 32, f. 1.

Hab. in pratis turfosis circa **Riblje Jezero**, et prope pagum **Koveice**, ad rivulum **Pasina Vodda** ad pedem **Mali Durmitor** (M. N.). Jul. Perenn. PANTK.

Carex caespitosa, L., sp. pl., p. 1388 et fl. svec., p. 332; HOST, fl. austr., pag. 607.

C. spicis masculis 1-3 erectis oblongo-cylindricis, suprema subsessili, foemineis 2-4 cylindricis, bracteis basi vaginiformibus, infima foliacea, fructibus ellipticis compressis enerviis sexfariis, apice brevissime rostratis, rostro integro.

Syn. C. pacifica, DREJER, fl. hafn., p. 292. C. Drejeri, O. F. LANG., in fl. ratisb. XXV, p. 548; PANTK., adn., p. 19. Vignea caespitosa, RCHB., fl. exc., pag. 60.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCXXXIX; SCHKR., hist. des Car. Aa, f. 85 et Bb, fig. 85; HOST, ic. gram. austr. I, tab. 91; STURM., deutsch. fl., tab. 50.

Hab. in uliginosis ad **Ribje Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. estate. Perenn. PANTK.

Carex Grypus, SCHKR. nachtr. **Riedgrass,** p. 18.

C. spicis tribus inferne masculis approximatis, fructibus squarrosis lanceolato-linearibus plano-convexis bractea longioribus, in rostrum bidentatum curvulum serrulato-scabrum attenuatis.

Syn. Vignea Grypos, RCHB., fl. exc., p. 56. C. stellulata, GOOD., β, grypus; KOCH, syn. fl. germ., p. 869.

Icon. SCHKR., l. c., tab. Hbb, fig. 193; RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCIII, fig. 540.

Hab. in pascuis alpinis **Bjele Carini** dictis et in m. **Kom** (M. N.). Jun. Perenn. PANTK., l. c., p. 18.

Carex lagopina, WAHLBG., in act. holm., 1802, p. 145, PANTK., l. c., p. 18.

C. spicis tribus confertis subrotundo-ellipticis alternis, inferne masculis, fructibus erectis ovatis plano-convexis laevibus, in rostrum integrum glabrum attenuatis, bracteola ovata marginata paullo longioribus.

Syn. C. Lachenalii, SCHKR., l. c. I, p. 51. C. leporina, HOST, fl. austr. II, p. 579. Vignea lagopina, RCHB., fl. exc., p. 57.

Icon. SCHKR, l. c., tab. Fff, fig. 129 et tab. Y, f. 79; RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCIV, f. 543; HOST, icon. gram. austr. IV, tab. 60.

Hab. in humidis **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina,** et in **Kom** (M. N.). Jul. Perenn. PANTK.

Carex echinata, MURR., prodr., p. 76; GRIS. in PANTK., adn., p. 18.

C. spica composita, spiculis subquaternis remotiusculis, inferne masculis, fructibus squarroso-patentibus plano-convexis ovatis, in rostrum bidentatum serrulato-scabrum acuminatis striatis, gluma fructu breviore, radice fibrosa caespitosa.

Syn. Vignea stellulata, RCHB., fl. exc., p. 57. C. stellutata, GOOD., trans. linn. soc. II, p. 144; HOST, fl. austr. II, p. 581.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXIV; SCHKR., l. c., tab. C, fig. 14; HOST, ic. gram. I, tab. 53; Engl. bot. tab. 806; SCHEUCHZ., agrost., tab. XI, fig. 3 (M. N.). Junio. Perenn. PANTK.

Hab. in humidis **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina,** et circa **Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.). Junio. PANTK., et a **Foinizza** usque ad **Travnik** (Bosnia), SENDTN. Perenn. Jul.

Carex brizoides, L., sp. pl., p. 1381; HOST, fl. austr. II, p. 577.

C. spica composita subdisticha, spiculis subquinis alternis approximatis incur-

vis, inferne masculis, fructibus erectis glumam aequantibus lanceolatis plano-convexis, margine serrulato-ciliatis, rostro bifido, radice stolonifera, repente.

Syn. Vignea brizoides, RCHB., fl. exc., p. 57.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCVII, f. 548; SCHKR., l. c., tab. C, fig. 12; HOST, ic. gram. I, tab. 47.

Hab. in humidis a **Mravich** ad **Fotscha**, a **Gradaschaz** ad **Srebernick,** circa **Serajevo** ad **Kobilna Glava** (Bosnia). Fl. aestate. Perenn. SENDTN.

Ad C. remotam, L., adde PANČ. el. pl. vasc., p. 94 et locum in sylvestribus irriguis vallis **Tara**, et ad **C. Schreberi**, SCHKR. adde PANČ., l. c., locum sub m. **Lovčen** (supra Cattaro) et in campis ad **Grahovo** (M. N.).

Ad **C. muricatam**, L., adde iconem RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXV, fig. 561, et syn. et iconem *Var. β.* virentis, RCHB. l. c., fig. 562. — Dein addatur

Carex paniculata, L., sp. pl., p. 1383; HOST, fl. austr., II, p. 584; GRIS. in PANTK., l. c., p. 18.

C. spica composita paniculata, spiculis superne masculis, fructibus ovatis patentibus gibbo-convexis enerviis laevibus, in rostrum bidentatum serrulato-scabrum attenuatis, glumae subaequalibus, culmo triquetro, facie plano, superne scaberrimo, radice caespitosa.

Syn. Vignea paniculata, RCHB., fl. exc., p. 60.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXXIII; SCHKR., l. c., tab. D, fig. 20; HOST, ic. gram. I, tab. 58; OED., fl. dan., tab. 1616; Engl. bot., t. 1064; LEERS, fl. herbor., tab. XIV, fig. 4.

Hab. in paludosis ad **Riblje Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. et ad **Gucziagora** (Bosnia). SENDTNER. Fl. aestate. Perenn.

Carex elongata, L., sp. pl., p. 1383; HOST, fl. austr., p. 583; PANČ., el. pl., p. 94.

C. spica composita, spiculis alternis approximatis, cylindricis, 6-12-nis, inferne masculis, fructibus patentibus lanceolatis compressis, utrinque nervoso-multistriatis, in rostrum subbidentatum attenuatis, gluma squamiformi longioribus, subrecurvis, radice caespitosa.

Syn. Vignea elongata, RCHB., fl. exc., p. 59.

Icon. SCHKR, l. c., tab. E, fig. 25; HOST, ic. gram., II, tab. 79; RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCXVIII, fig. 565.

Hab. ad margines **Riblje Jezero** sub monte **Durmitor** (M. N.), PANČ. Jul. Perenn. Non vidi.

Carex vulgaris, FRIES, nov. fl. svec. mant. III, p. 153; RCHB., ic. germ. VIII, p. 13; PANĆ., l. c., p. 94.

C. spica mascula solitaria aut gemina, foemineis 2-4-erectis oblongo-cylindricis sessilibus, infima subsessili, bracteis foliaceis brevissime auriculatis, infima foliacea, fructibus laevibus ellipticis, antice planis, dorso multinerviis, brevissime rostratis integris, culmo acutangulo, radice stolonifera.

Syn. C. acuta a. nigra, L., sp. pl., p. 1388. C. Goodenovii, GAY in flora ratisb. XXIII, p. 214. C. caespitosa, GOOD., trans. of Linn. suc. II, p. 195, et Auctor.; HOST, fl. austr. II, p. 607.

Icon. SCHKR., hist. des Car. tab. Aa, fig. 85; OED., fl. dan., tab. 281; RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCXXVI, fig. 579; HOST, ic. gram., I, p. 91.

Hab. in aquis et fossis sub monte **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ. Jul. Perenn. Non vidi.

Carex acuta, L., sp. pl., p. 1388, *Var.* rufa; HOST, fl. austr., II, p. 209; PANĆ., l. c., p. 94.

C. spicis masculis 2-3, foemineis 3-4 longe cylindricis, infima pedunculata, bracteis foliaceis brevissime auriculatis, infima culmo longiore, fructibus ellipticis subinflatis utrinque convexis obsolete nervosis, brevissime rostratis integris, culmo acutangulo, radice stolonifera.

Syn. Vignea acuta, RCHB., fl. exc., p. 61.

Icon. HOST, ic. gram. austr. I, tab. 95; SCHKR., l. c., tab. Ff, fig. 92, 6; RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXXXI, f. 584 et tab. XXXII, fig. 585.

Hab. in palustribus aquosis sub monte **Durmitor** ad **Riblie Jezero** (M. N.), PANĆ. Jun. Perenn. Non vidi.

Ad Carices genuinas (VIS., fl. dalm. I, p. 102). Addantur sequentes

Ad Caricem Linkii SCHK. adde locum in herbidis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.) PANTK., adn., p. 18 et icon., RCHB., ic. germ., VIII, f. 629 sub C. gynomane, BERTOL. — Addatur

Carex Buxbaumii, WAHLBG., act. Holm. 1803, p. 164; RCHB., fl. exc., p. 62; PANTK., l. c., p. 19; PANĆ., l. c., p. 94.

C. spica terminali androgyna obovata, inferne mascula, foemineis subternis, infima remotiore breviter pedunculata, bractea foliacea, fructibus ellipticis triquetris brevissime rostratis bidentatis, vaginis foliorum reticulato-fissis.

Syn. C. polygama, SCHKR., l. c.

Icon. SCHKR., l. c. tab. Gg, fig. 76; RCHB., ic. germ., VIII, tab. 589; OED., fl. dan., 1406; BUXB., cent. 4, tab. 59.

Hab. in uliginosis ad **Riblje Jezero** sub monte **Durmitor** (M. N.), PANTK., PANĆ. Junio. Perenn.

Carex atrata, L., sp. pl. p. 1386; HOST, fl. austr. II, p. 585; RCHB., fl. exc., p. 62; PANĆ., l. c., p. 94.

C. spicis 3-5-nis confertis, terminali ovata androgyna basi mascula, foemineis oblongis pedunculatis, infima longius pedunculata, bractea infima foliacea, fructibus subrotundo-ovalibus compressis, rostro minute bidentato, foliorum vaginis integris, culmo scabro, radice caespitosa.

Icon. SCHKR., l. c., t. X, f. 77; RCHB., ic. germ. VIII, tab. 592; Engl. bot., tab. 2044; OED., fl. dan., tab. 158; HOST, gram. austr. I, tab. 88.

Hab. in herbidis montis **Durmitor** jugo **Sljeme** (M. N.), PANĆ., et in cacumine **Mali Sandick** supra montem **Vlassich** (Herceg.), SENDT. Jul. Aug. Perenn.

Ad Caricem digitatam, L., adde *Var. β.* ornithopodam, VIS., cum **syn.** C. ornithopodae, W., sp. pl. IV, part. I, p. 255; HOST, fl. austr. II, p. 588; RCHB., fl. exc., p. 63, et GRIS. in PANTK., adn., p. 19 cum icone RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCXL, fig. 598, quae floribus congestis gaudet. C. ornithopoides, HAUSM., GRIS., l. c., p. 19, quae meo sensu est forma inter C. digitatam, L., et C. ornithopodam, W. media, crescit quoque in cacumine **Mali Sandick** in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT. et C. digitata, L., in saxosis sylvestribus vallis **Morača** (M. N.), PANĆ., et in **Vranduk** usque ad **Sebske** (Bosnia), SENDT.

Ad Caricem humilem, LEYSS., VIS., l. c., p. 103 addatur locus in apricis montis **Gliva** prope **Trebinje** et in monte **Jastrebica in Bjelagora** (Herc.), PANTK., circa **Travnik** et in monte **Vlassich** (Herceg.), SENDT. Adde ic. RCHB., ic. germ. VIII, fig. 595.

Ad Caricem alpestrem, ALL. substituatur

Carex Halleriana, ASSO, syn. stirp., n. 922, p. 133.

C. spica mascula solitaria, foemineis 2-3 sub 5-floris, superioribus approximatis, infima subradicali longissime pedunculata, bractea inferiore vaginante, fructibus obovatis triquetris brevissime rostratis emarginatisque nervosis puberulis, radice caespitosa.

Syn. C. gynobasis, VILL., pl. du Dauph., II, p. 206. C. alpestris, ALLION., fl.

ped., II, p. 270; RCHB., fl. exc., p. 65 et ic. germ., p. 25. C. diversiflora, HOST, fl. austr., II, p. 593.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCLIX, fig. 630; ASSO, l. c., tab. IX, fig. 2 et icon. citatae in VIS., fl. dalm. I, p. 102.

Hab. in collibus et locis asperis insularum **Cherso, Veglia,** circa **Zara, Sebenico, Salona** (Dalm.), in apricis montium **Gliva, Crkvica** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK.; **Travnik,** monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Jun. Perenn.

Carex pilulifera, L., sp. pl., p. 1385; HOST, fl. austr. II, p. 590; RCHB., fl. exc., p. 64; PANTK., adn., p. 19.

C. spica mascula solitaria, foemineis subternis approximatis subrotundis sessilibus, bractea inferiore lineari-subulata foliacea, fructibus subgloboso-ovatis breviter rostratis ore subemarginatis pubescentibus, glumis mucronulatis, culmo fructifero declinato, radice fibrosa.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCLX; SCHKR., l. c., tab. J, fig. 39; OED., fl. dan. tab. 1048 sub C. filiformi; HOST, ic. gram. IV, tab. 84; Engl. bot., tab. 885.

Hab. in pratis circa **Riblje Jezere** sub m. **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. Majo, Jul. Perenn.

Carex membranacea, HOPPE in STURM., h. 61; GRIS. in PANTK., adn., p. 19.

C. spica mascula solitaria, foemineis 1-2 approximatis ovatis, bracteis oblongis membranaceis amplexicaulibus aristatis, fructibus obovatis trigonis brevissime rostratis ore truncatis pubescentibus, glumis obovatis ciliolatis obtusis, nervo ante apicem evanescente, squamam subaequantibus, radice repente.

Syn. C. cricetorum, POLLICH., β. membranacea; KOCH, syn. fl. germ., ed. II, p. 876-877.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCLXII, fig. 637.

Hab. in saxosis montis **Kom** (M. N.). Fl. aestate. Perenn. PANTK.

Carex montana, L., fl. svec., ed. II, p. 328; HOST, fl. austr. II, p. 690; RCHB., fl. exc., p. 64.

C. spicula mascula solitaria, foemineis subgeminis approximatis ellipticis amplexicaulibus, bracteis membranaceis subaristatis, squamis ovatis obtusis mucronatis subciliolatis, squama sublongioribus, fructibus ellipticis utrinque attenuatis triquetris, breviter rostratis, ore subemarginato, hirto-pubescentibus, exquisite nervosis, foliis scabriusculis planis, radice caespitosa.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. 633; SCHKR., hist. des Car., tab. F, fig. 29 (sub C. collina, W.); OED., fl. dan., 1769; HOST, ic. gram. I, tab. 66.

Hab. a **Vranduk** usque ad **Travnik**, et in monte **Vlassich** ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT. Fl. aestate. Perenn.

Ad Caricem vernam, VILL., substitue C. praecocem, JACQ., l. c., fl. austr. V, p. 23 et adde icones SCHRK., l. c., tab. F, fig. 27; JACQ., l. c., tab. 69, et locum m. **Gliva, Drača, Biele Rupie,** in valle **Medov dol,** infra montem **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** sub **Crna Planina** (M.N.), PANTK.; ad **Scopia, Travnik, Vranduk, Maglac** et alibi (Bosnia), SENDT., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMASIN., et **Cettinje, Grahovo, Vir** (M. N.), PANČ.

Carex polyrrhiza, WALLR., sched., p. 492; KOCH, syn. fl. germ., II, p. 877; GREN. et GODR., fl. de Franc. III, p. 413; PARLAT., fl. ital. II, p. 170.

C. spica mascula solitaria subclavata, spicis foemineis 1-3 approximatis oblongo-ovatis subpedunculatis, infima longius pedunculata, bractea margine membranacea infima vaginante, fructibus trigonis brevissime rostratis, ore emarginatis, pubescentibus, glumis obtusis mucronatis fructum aequantibus, fructibus obovatis triquetris attenuato-rostratis, ore bidentato, hirto-pubescentibus, culmo superne scabriusculo, radice caespitosa.

Syn. C. longifolia, HOST, fl. austr. II, p. 592 et GRIS. in PANTK., adn., p. 18 (non R. BR.). C. umbrosa, RCHB., fl. exc., p. 65 (non HOST).

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCLXIII, f. 639; HOST, ic. bot. IV, tab. 85.

Hab. in graminosis montis **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK. Fl. aest. Perenn.

Carex tomentosa, L., mant. pl. p. 123 hab. quoque in herbidis montis **Gliva** prope **Trebinje** (M. N.), PANTK., et ad **Vranduk** supra **Gradischkie** et **Bjela** (Bosnia), SENDT.

Carex fulva, GOOD., trans. of. Linn. soc. II, p. 187; RCHB., fl. exc., p. 65; GRIS. in PANTK., adn., p. 20. PARLAT., fl. ital., part. I, p. 215.

C. spicula mascula solitaria lineari-oblonga, spiculis foemineis 2-3, ovato-oblongis remotis, infimis exserte pedunculatis erectis, bracteis foliaceis longe vaginantibus spicula multo longioribus, fructibus ovatis triquetris subinflatis, rostro bifido, carina serrulato-scabris, faciebus nervosis glabrisque, culmo triquetro, rhizomate breviter stolonifero.

Syn. C. trigona, ALL., fl. ped. II, p. 269. C. Hosteana, DC., cat. h. monsp.,

p. 88; HOST, fl. austr. II, p. 598; RCHB., fl. exc., p. 66; C. Hornschuchiana, HOPPE, caric., p. 76; RCHB., fl. exc., p. 65; SCHRK., l. c., tab. T. C. fulva *Var.* xanthocarpa, DEGL., GRIS. in PANTK., l. c.

Icon. HOST, ic. gram., IV, tab. 95; RCHB., ic. germ. VIII, tab. VIII, fig. 620-621; SCHRK., l. c., tab. T, fig. 67 sinixtr., COSS. et GERM., atl. fl. de Paris, tab. XXXV, f. 9-11.

Hab. in humidis circa **Gravosa** (Dalmat.), et *Var.* in humidis ad **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

Carex panicea, L., sp. pl. p. 1387; HOST, fl. austr. II, p. 599; RCHB., fl. exc., p. 66; GRIS in PANTK., adn., p. 19.

C. spica mascula solitaria erecta pedunculata, foemineis plerumque binis remotis laxifloris, bracteis foliaceis vaginantibus, fructibus ovato-subglobosis breviter rostratis glabris, rostro truncato integro, culmo laevi, radice stolonifera.

Icon. SCHKR., hist. des Car., tab. L l, fig. 100; RCHB., ic. germ., VIII, tabula 607; HOST, ic. gram. I, tab. 79; Engl. bot., t. 1505; MICHEL., nov. pl. gen., tab. 32, fig. 11.

Hab. in humidis circa **Riblje Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.). Aestate. Perenn. PANTK.

Adde Carici glaucae, SCOP., fl. carn., ed. II (1772), 2, p. 223 synonimon **C. recurvae,** HUDS., fl. angl. ed. II, p. 413 (1778) et adde syn. C. flaccae, SCHREB., HOST, fl. austr. II, p. 606; GRIS. in PANTK., l. c., p. 19 (Hercegov. et M. N.).

Ad Caricem pallescentem, L., VIS., suppl., p. 24 adde locos in pratis udis vallis **Viruša** infra montem **Crna Planina,** in pascuis alpinis **Bjele Carini** prope **Kom,** in valle fluminis **Tara** sub **Kom,** et circa **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., circa **Ebendhain, Travnik** (Bosnia), SENDT., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., veg. di Vegl. p. 66.

Carex capillaris, L., sp. pl., p. 1386; HOST, fl. austr. II, p. 588; RCHB., fl. exc., p. 68; GRIS. in PANTK., adn., p. 19.

C. spica mascula solitaria gracili lineari pauciflora, spiculis foemineis 2-3 longe pedunculatis nutantibus lineari-oblongis, bracteis foliaceis longe vaginantibus, gluma fructu breviore, fructibus enerviis lanceolato-triquetris basi attenuatis, rostro semi-cylindrico scarioso oblique truncato, ore rotundo, culmo filiformi tereti, radice caespitosa.

Icon. SCHKR., hist. des Car., tab. O, fig. 56; RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCXLI, f. 600; HOST, gram. I, tab. 62; OED. fl. dan., t. 168.

Hab. in humidis circa **Riblje Jezero** et **Crno Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. aestate. Perenn. PANTK.

Ad Caricem nitidam HOST, substitue nomen anterius **C. obaesae**, ALL., fl. ped. II, p. 270 cum syn. et icon.,et adde locum in apricis m. **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje** (M. N.), PANTK., l. c., p. 19.

Carex sylvatica, HUDS., engl. fl. ed. I, p. 353; HOST, fl. austr. II, p. 604; RCHB., ic. germ. VIII, p. 19; GRIS. in PANTK., adn., p. 20; PANĆ., el. pl. vasc., p. 94.

C. spica mascula solitaria erecta pedunculata gracili acuta, foemineis 4-7 remotis filiformibus linearibus laxifloris cernuis, longe pedunculatis, squamis ovatis mucronatis, fructu paullo brevioribus, fructibus fusiformi-triquetris, in rostrum laeve profunde bifidum attenuatis, culmo triquetro laevi, radice caespitosa.

Syn. C. Drymeia, EHRH. in L. FIL., suppl., p. 414; RCHB., fl. exc., p. 67. C. capillaris, LEERS, fl. herb., n. 720 (non L.).

Icon. SCHKR. l. c., tab. L l, fig. 101; RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXLII, fig. 603; Engl. bot., t. 995; LEERS, l. c., tab. 15, f. 2.

Hab. in sylvaticis **Peručica Dol** infra **Kom**, PANTK. et supra **Kolašin**, PANĆ. (M. N.) et ad **Fotscha** ad **Sellenichi** (Bosnia). Jul. Perenn. SENDT.

Carex depauperata, GOOD. in trans. of LINN., soc. 2, p. 131; RCHB., fl. exc., p. 67; GRIS. in PANTK., l. c.

C. spica mascula solitaria lineari acuta, longe pedunculata, spiculis foemineis 3-4-7 remotis erectis paucifloris laxis, bractea foliacea longe vaginante, fructibus multinerviis squama mucronata subduplo longioribus, in rostrum longum acuminatis obliquum scariosum, culmo obtuse triquetro, laevi, radice caespitosa.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCLVI, f. 625; Engl. bot., t. 1098; CURT., fl. lond. b., tab. 68 (sub C. ventricosa).

Hab. in herbidis montis **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK. Fl. Jul. Perenn.

Carex olbiensis, JORD., obs. pl. de Fr. fragm. 3, p. 241; PARLAT., fl. ital. 2, p. 201; GREN. et GODR., fl. de Fr. III, p. 408; GRIS. in PANTK., adn., p. 28.

C. spica mascula solitaria lineari, spicis foemineis 2-3 remotis erectis laxis

oblongis 6-12-floris, suprema subsessili, infima longe pedunculata, bractea vaginante herbacea, squamis ovato-oblongis aristatis, fructibus multinerviis squama sublongioribus obovato-triquetris, rostro brevi curvulo, ore oblique truncato, culmo triquetro acutangulo laevi, radice caespitosa.

Hab. in herbidis montis **Gliva** et **Leutor** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Herceg.), PANTK. Fl. aest. Perenn.

Ad Caricem hirtam, L., adde locum in valle **Tara** et in palustribus sub monte **Durmitor** (M. N.)., PANC'., el. pl. vasc., p. 95, qui notat in planta sua, quam non vidi, folia praeter vaginarum oras, glabra; a **Gradaschaz** ad **Srebernik**, ad **Ebendahin**, et **Travnik** (Herceg.) SENDT. Adde *Var.* β. hirtaeformem: PERS., glabra, fructibus hirtis, in humidis circa **Trebinje** (Herceg.) in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, circa lacum **Riblie** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

Carex ferruginea, SCOP., fl. carn. II, p. 245; GREN. et GODR., fl. de Fr. III, p. 421; KOCH, syn. fl. II, p. 882; PARLAT. fl. ital. II, p. 198.

C. spica mascula solitaria lineari, foemineis 2-3 distantibus linearibus, omnibus exserte pedunculatis, fructiferis nutantibus, bractea vaginante, squamis ovatis mucronatis, fructibus paullo longioribus, elliptico-oblongis trigonis ciliatis, in rostrum serrulato-scabrum bidentatum aut bilobum attenuatis, culmo trigono nutante, radice repente stolonifera.

Syn. C. Mielichoferi, SCHK., hist. de Car. 2, p. 66; HOST, fl. austr. 2, p. 603; RCHB., fl. exc., p. 68. C. Scopoli, HOST, fl. austr. II, p. 601.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCXLVIII, fig. 613; HOST, ic. bot. IV, tab. 91, C.

Hab. in humidis subalpinis m. **Vlassich** et **Mali Durmitor, Sandik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn. — *Var.* β. spadicea, GRIS. in PANTK., adn., p. 20; KOCH, syn. fl. germ. II; *Var.* γ. p. 882: spicis pendulis, fructibus evidentius ciliatis. — **Syn.** C. spadicea, DC., fl. fr. 3, p. 120. — *Hab.* in saxosis **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.) et in pascuis m. **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. aest. Perenn.

Carex filiformis, L., sp. pl. p. 1305; HOST, fl. austr., II, p. 606; RCHB., fl. exc., p. 69; PANĆ., el. pl., p. 95.

C. spicis masculis 1-2 gracilibus; foemineis 2-3 distantibus erectis cylindrico-oblongis sessilibus, infima pedunculata, bractea foliacea, glumis mucronatis fructu brevioribus, fructibus villosis nervosis ovalibus breviter ro-

stratis bicuspidatis, culmo obtusangulo, foliis filiformibus canaliculatis, radice repente.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCLX, f. 643; SCHKR., l. c., tab. K, fig. 45; Engl. bot., tab. 904; HOST, ic. gram. I, tab. 66.

Hab. in spongiosis circa **Riblje Jezero** sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., sed non vidi. Fl. aest. Perenn.

Ad Caricem flavam, L., adde locum in humidis **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, in pascuis **Bjele Carini** prope **Kom**, ad **Riblje Jezero**, et circa rivulum **Pasina Vodda** infra **Mali Durmitor** (M. N.). PANTK.; in acquosis sub m. **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 94, et ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT. Adde iconem COSS. et GERM., atl. fl. de Fr., pl. XXXV, fig. 4-8.

Carex Oederi, EHRH., calam., n. 79; HOST, fl. austr. II, p. 589; RCHB., fl. exc., p. 70; GRIS. in PANTK., l. c., p. 20.

C. spica mascula solitaria lineari-oblonga, foemineis 2-3 approximatis subrotundo-ovatis, superioribus subsessilibus, infima incluse pedunculata, bractea foliacea breviter vaginante, fructibus subrotundis breviter rostratis bidentatis, nervosis, glabris, culmo brevi teretiusculo, foliis planis, radice caespitosa.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, fig. 652; SCHKR., l. c., tab. T, fig. 26; HOST, ic. gram. I, tab. 63; Engl. bot., t. 1773.

Hab. in paludosis circa **Skodjegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK. Fl. aest. Perenn.

Ad Caricem extensam, GOOD., VIS. fl. dalm. III. p. 348 adde locum in paludosis circa **Cattaro** (Dalmat.), PANTK., l. c., p. 20.

Ad C. ampullaceam, GOOD., VIS., fl. dalm. III, p. 349; GRIS. in PANTK, l. c., p. 20 adde locum in paludosis ad rivulum **Pasina Vodda** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. et in spongiosis ad **Riblje Jezero** sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 94.

Carex Pseudo-Cyperus, L., sp. pl., p. 1387; HOST, fl. austr. II, p. 605; RCHB., fl. exc., p. 70.

C. spica mascula solitaria, lineari-subcylindrica, foemineis 4-5 densifloris longe pedunculatis pendulis, bracteis foliaceis, inferioribus vaginantibus longissimis culmo longioribus, fructibus squamae subclavato-aristatae subaequalibus, oblique ovato-lanceolatis, in rostrum bicuspidatum attenuatis nervosis

glabris, culmo acuto triquetro angulis scabris, foliis late linearibus, radice caespitosa.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, f. CCLXXV; SCHKR., l. c., tab. Mm, fig. 102; HOST, ic. gram. I, tab. 85.

Hab. in aquosis palustribus ad **Foinizza,** et **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

Carex vesicaria, L., sp. pl., p. 1388; HOST, fl. austr. II, p. 609; RCHB., fl. exc., p. 71; GRIS. in PANTK., adn., p. 20.

C. spicis masculis 1-3 linearibus acutis, foemineis 2-3 remotis cylindricis subsessilibus densifloris, bracteis foliaceis evaginatis spicas superantibus, fructibus patentibus ovato-conicis inflatis squama longioribus, in rostrum bicuspidatum attenuatis nervosis glabris, caule acutangulo superne scabro, radice repente.

Syn. Carex vesicaria, L., a. L., sp. pl., l. c. C. inflata, HUDS., fl. angl., p. 412.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. 276; SCHKR., l. c., tab. Ss, fig. 106; HOST, ic. gram. I, tab. 92; OED., fl. dan., t. 647; Engl. bot., tab. 779.

Hab. in paludosis ad **Riblje Jezero** sub monte **Durmitor** (M. N.), PANTK., PANĆIĆ, l. c. p. 94. Fl. aest. Perenn.

Carex maxima, SCOP., fl. carn. II, p. 229 (1772); KOCH, syn. fl. germ. II, p. 880; TOMMASIN., veg. ins. **Veglia** (Dalmat.), p. 66.

C. spica mascula solitaria longe cylindrica, foemineisque arcuatis demum pendulis, infima exserte pedunculata, bractea foliacea auriculata vaginante, fructibus obovato-ellipticis breviter rostratis glabris, rostro trigono scarioso emarginato, caule triquetro laevi, foliis planis late linearibus, radice caespitosa.

Syn. C. pendula, HUDS., fl. angl. p. 411 (1778); HOST, fl. austr. II, p. 625; RCHB., ic. germ. VIII, p. 19. C. agastachys, EHRH., phytogr., n. 19; RCHB., fl. exc., p. 71.

Icon. RCHB. ic. germ. VIII, tab. CCXLIII, fig. 604; SCHKR., hist. des Car., tab. G, f. 60; Engl. bot., tab. 2315; HOST, ic. gram. I, tab. 100.

Hab. in margine fossarum et ad **Panighe** ins. **Veglia** (Dalmat.). Fl. aest. Perenn. TOMMAS.

Ad Blysmum compressum, PANZ., VIS., fl. dalmat. I, p. 103 adde locos (sub Schoeno compresso, PERS.), in humidis circa **Skočjegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** sub m. **Crna Planina,** ad **Riblje Jezero** et ad rivulum **Pa-**

sina Vodda sub **Mali Durmitor**, et in pratis **Carina** sub m. **Kom** (M. N.), PANTK.; in lacustribus sub m. **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 93. Post adde genus

ELYNA SCHRAD.

fl. germ. I, p. 155.

Char. Flores unisexuales in spicam bifloram dispositi, bractea tecti. Gluma univalvis, valvis marginis basi connatis, flore foemineo inferiore pedicellato. Stamina tria, ovario stylo unico trifido, stigmatibus tribus. Nux trigona styli basi persistente breviter mucronata. — *Cl.* Monoecia. *Ord.* Triandria. *Syst. sex.*

Elyna spicata, SCHRAD., l. c.; RCHB. fl. exc., p. 65; PANĆ., el. pl. vasc., p. 94.

E. spica simplici solitaria lineari-cylindrica, spiculis laxe imbricatis, bracteis obtusis nitidis, apice scariosis.

Syn. Carex Bellardi, ALL., fl. ped. 2, p. 264; HOST, fl. austr. II, p. 674. C. myosuroides, VILL., hist. des pl. du Dauph. 2, p. 194.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CXCVIII; HOST, ic. gram. IV, tab. 77; VILL., l. c., tab. 6; ALL., fl. pedem. II, tab. 92, f. 2.

Hab. in graminosis montis **Durmitor** in excelso jugo **Sljeme**, PANĆ. Fl. aestate. Perenn. Non visa.

Ad Schoenum nigricantem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 104 adde locos in paludosis circa **Skodjegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 21, et in **Val Saline** ins. **Veglia**, TOMMASIN., veg. ins. **Veglia**, p. 66, et addatur

Schoenus ferrugineus, L., sp. pl., p. 64; HOST, fl. austr. I, p. 50; PANTK., adn., p. 21.

Sch. culmo tereti nudo, foliis radicalibus subulatis, spicis in capitulum congestis paucifloris subgeminis, bractea inferiore erecta amplexicauli, floribus subaequali.

Syn. Chaetospora ferruginea, R. BR., RCHB., fl. exc., p. 74.

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, tab. CCLXXXV, fig. 676; HOST, ic. gram. III, tab. 71; OED., fl. dan., tab. 1503.

Hab. in locis udis ad ripas fluminis **Trebinjšica** prope **Trebinje** in Hercegovina, PANTK. Julio. Perenn.

Ad Cyperos, L., VIS., fl. dalm. I, p. 105 adde locum Cyperi flavescentis, L., in inundatis fluminis **Crnojevica Reka** prope **Rjeka** et ad rivulum **Sušica** prope **Danilov Grad** (M. N.). PANTK., l. c., p. 21, et in fossis ad **Sjnjac** et prope **Vir** in valle **Crmnica** (M. N.), PANĆ., p. 93, nec non ins. **Veglia** ad **Panighe** et **Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65.

Ad C. fuscum, L., adde locos in inundatis ad rivulum **Sušica** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK. et in irriguis vallis **Zeta** et **Morača** in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ. Ad C. longum, L., adde locos ad fossas circa **Cattaro** (Dalm.), **Trebinje** (Herceg.), et **Rjeka** (M. N.), PANTK.; in ripis spongiosis ad **Sjnjac** (M. N.), PANĆ., et in fossis et ad margines lacuum in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS. Ad C. Monti, L., in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ. Dein addatur, qua synonimon praeferendum Cyperus rotundus, L., ad C. olivarem, TARG. TOZZETT., VIS., fl. dalm. I, p. 105, qui habitat quoque in ripis arenosis lacus **Scodrani** non procul a vico **Dodoš** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 93.

Ad Cladium Mariscus, R. BR., prodr. fl. nov. holl., ed. Nees I, p. 92 adde locum in paludosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., et in lacu **Scodrano** ad ostium rivi **Crnojevića Rjeka** (M. N.) PANĆ., l. c.

Ad Heleocharin palustrem, R. BR., VIS., I, p. 107 adde locum in fossis ad **Sinnjac, Vir** (M. N.), PANĆ., in lacubus et stagnis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., in aquosis circa **Trebinje** (Herceg.). **Danilov Grad** et ad **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad H. uniglumem SM., VIS., fl. dalm., suppl., p. 26 adde locum in paludosis circa **Mokro** prope **Bjela** (M. N.), PANTK. (sub Scirpo), et ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT.

Ad Isolepim tenuem, PRSL., VIS., l. c. I, p. 108 praepone nomen **Scirpi** (Isolepis) **Savii** SEBAST. et MAUR., fl. roman. 22, et adde locum in aquosis circa **Trebinje, Grančarevo, Skodjegrn** et **Suchi most** in **Bjelagora** (Herceg.), et ad rivulum **Sušica** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK.

Ad Fimbristylim dichotomam, VAHL, VIS., fl. dalm., suppl., p. 27 adde locum in ripa arenosa lacus **Scodrani** non procul a vico **Dodoš**, in fossis ad **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 93.

Ad Scirpum lacustrem, L., VIS., fl. dalm., I, p. 109 adde locum in stagnis ad flumen **Trebinjsiča** prope **Trebinje** et **Grančarevo**, circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.) et in **Viruša Dol** in **Crna Planina** (M. N.), PANTK.

Ad Scirpum glaucum, SM. adde syn. Sc. Tabernaemontani, GMEL., fl. bad. I,

p. 101 (1806), quod nomen antiquius, et locum in aquosis ad **Cattaro** (Dalmat.), PANTK.; ad Scirpum maritimum, L., adde locum ad ripas fluminis **Trebinjšica** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., et in fossis ad **Sinjac** et **Vir** (M. N.), PANĆ. — Addatur

Scirpus sylvaticus, L., sp. pl., p. 75; HOST, fl. austr. I, p. 60; RCHB., fl. exc., p. 79; PANĆ., el. pl. vasc., p. 93.

S. culmo triquetro folioso, umbella supradecomposita foliosa corymbosa, spiculis ovatis solitariis pluribusve, involucri foliolis planis 3-5 umbellae subaequalibus, glumis obtusis mucronulatis, stigmatibus ternis.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, tab. CCCXII, fig. 731; HOST, ic. gram. III, tabula 68; Engl. bot., tab. 919; LAMK., enc. bot. t. 38, f. 2.

Hab. in paludosis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ. et a **Foinizza, Busovatz,** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. vere et aestate. Perenn.

Ad Scirpum maritimum, L. adde locum ad ripam fluminis **Trebinjšica** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., in fossis ad **Sinjac** et **Vir** (M. N.) PANĆ., et in fossis et stagnis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Dichostylim Michelianam NEES, adde locum in aquosis circa **Rjeka,** PANTK. et in ripis arenosis lacus **Scodrani** non procul a vico **Dodoš,** PANĆ. (M. N.).

Ad Holoschoenum vulgarem, LK., VIS., fl. dalm. I, p. 111 adde locos ad ripas fluminis **Trebinjšica** prope **Trebinje,** in valle **Jazina** prope **Grančarevo,** et circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK. (sub Sc. Holoschoeno, L.), in campis arenosis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., in ins. **Veglia, Cassione, Besca nuova,** TOMMAS.

Ad Eriophorum angustifolium, ROTH, VIS., fl. dalm. III, p. 350 adde locum in spongiosis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ el. pl., p. 94, et adde

Eriophorum latifolium, HOPP., taschenb., p. 1800, p. 108; HOST, fl. austr. I, p. 64; RCHB., fl. exc., p. 80; GRIS. in PANTK., el. pl., p. 20.

E. culmo subtriquetro, foliis linearibus planis apice triquetris, scabris, spiculis 4-pluribus, pedunculis scabris.

Syn. E. polystachyum β. L., fl. svec., p. 17. E. pubescens, Engl. **fl. I,** p. 78 (excl. syn.).

Icon. RCHB., ic. germ. VIII, f. 691; HOST, ic. gram. IV, tab. 73; Engl. bot. tab. 573; LAMK., enc., tab. 39, fig. 1.

Hab. in humidis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina,** et circa rivulum **Pasina Vodda** ad pedem montis **Mali Durmi-**

tor (M. N.) PANTK. et a **Foinizza** et **Busovatz** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. estate. Perenn.

Eriophorum gracile, KOCH in ROTH, catal. bot. II, p. 259 et syn. fl. germ. II, p. 860; PARLAT., fl. ital. II, p. 111.

E. culmo subtriquetro gracili, foliis setaceo-filiformibus triquetris scabridis, spiculis subquaternis, involucro squamoso, pedunculis tomentoso-scabris.

Syn. Eriophorum triquetrum, HOPPE, taschenb. 1800, p. 106; RCHB., fl. exc., p. 79; HOST, fl. austr. I, p. 63.

Icon. RCHB., ic. germ., VIII, f. 687-688; HOST, gram. IV, tab. 74; OED., fl. dan., tab. 1441; Engl. bot., tab. 2402.

Hab. a **Foinizza** et **Busovatz** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

JUNCEAE R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 111.

Ad Juncum glaucum, EHRH., VIS., fl. dalm. I, p. 111 adde locos in paludosis circa **Skodjegrn** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina** et circa **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. adn., p. 22; a **Czenizza** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN., et ad **Dobrinie** et **Besca nuova** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 65.

Ad Juncum acutum, L., VIS., l. c., p. 112 adde locos ad fossas circa **Cattaro** (Dalmat.), et **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 22; in ins. **Veglia, Val Saline, Cassione** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 65. Addatur

Juncus Tommasinii, PARLAT., fl. ital. II, part. 2, p. 315.

J. culmo nudo, foliis radicalibus teretibus pungentibus, cyma terminali laxa erecta, floribus 2-4 fasciculatis, involucri folio inferiore cymam suam subaequante, perianthii phyllis subaequalibus ovatis, exterioribus acutiusculis, interioribus obtusis, capsulis ovali-globosis obtusiusculis perianthio duplo longioribus.

Hab. in paludosis salsis maritimis prope **Melinje** ad **Castelnovo** di **Cattaro** (Dalm.). Fl. Majo, Junio. Perenn. Legit et comm. dom. STUDNICKA.

Ad Juncum maritimum, LAM., VIS., l. c. adde locos ins. **Veglia, Val Saline, Valle di Besca** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Pro Junco insulano, VIV., VIS., l. c. substituatur (post **J. Gerardi**, LOISL., VIS.,

fl. dalm., suppl., p. 27). J. bufonius, L. VIS., fl. dalm. III, p. 350 et adde locos iu humidis circa **Cattaro** (Dalm.), **Trebinje** et **Grancarevo** (Herceg.). circa **Rjeka** et **Danilov Grad** ad rivulum **Susica** (M. N.), PANTK., l. c., p. 22; in irriguis supra **Kolasin**, et fossis ad **Vir** distr. **Crminica** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 92; in aquosis circa **Travnik** (Bosnia), SENDTNER; in ins. **Veglia**, **Bornibo, Valle di Besca**, TOMMAS., l. c., p. 65. Addatur

Var. hybridus: floribus approximatis subternis fasciculatis, caule humiliore.

Syn. J. insulanus, VIV., fl. cors. diagn., p. 5; VIS., l. c. I, p. 112. J. hybridus; BROT., fl. lusit. I, p. 513. — *Icon.* RCHB., ic. germ., IX, fig. 881-887. — *Hab.* circa lacum subsalsum **Morinje** prope **Sebenico** (Dalmatia).

Ad J. lamprocarpon, EHRH., VIS., l. c. p. 113 adde locos in humidis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), et circa **Riblje Jezero**, sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 22; a **Foinizza** ad **Busovatz** et **Travnik** (Bosnia), SENDTNER, et in **Valle di Besca** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. p. 65.

Ad J. bulbosum, WAHLENB., fl. lapp., p. 215 *Var.* *β*. (non L.) citetur J. Gerardi, LOISL., RCHB., fl. exc., p. 95 et locum ad fossas circa **Cattaro** (Dalmat.), GRIS. in PANTK., l. c., p. 22. Adde J. compressum, JACQ., en. stirp. vind. p. 60 et 235 et GRIS. in PANTK., l. c., et locos ad fossas circa **Trebinje** (Hercegov.), et **Rjeka** (M. N.); in pratis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** et ad lacum **Scodranum** (M. N.), PANĆ., l. c.; ad **Serajevo** supra **Lidjahan**, et **Kobilna Glava** usque ad **Tussinhan** (Bosnia), SENDTN., et in ins. **Veglia** in **Valle di Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c. p. 65. Dein addatur

Iuncus effusus, L., sp. pl., p. 464; HOST, fl. austr. I, p. 446; RCHB., fl. exc., p. 93; GRIS. in PANTK., adn., p. 52.

J. culmo nudo tereti medulla farcto, vaginis radicalibus aphyllis, cyma decomposita effusa, floribus solitariis, perianthii phyllis subaequalibus lanceolatis acuminatis, capsula obovato-elliptica impresso-retusa perianthio fere breviori.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, fig. 920; HOST, ic. gram. III, tab. 82; LEERS, fl. herborn., tab. 13, f. 2; DOD., pempt., p. 595, f. 2.

Hab. in humidis ad rivum **Susića** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., in hortis **Travnik** et a **Foinizza** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

Iuncus conglomeratus, L., sp. pl., p. 464; HOST, fl. austr. I, p. 446; RCHB., fl. exc., p. 93.

J. culmo nudo, subtiliter striato, medulla farcto, vaginis radicalibus aphyllis,

cyma decomposita compacta subrotunda, perianthii phyllis lanceolatis acutissimis, capsula obovata retusa styli basi mammillari terminata longioribus.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCCVIII, fig. 912-13; HOST, icon. gram. austr. III, tab. 82; LEERS., fl. herborn., tab. 13, fig. 1; LAM., enc. bot., tab. 250, f. 1.

Hab. in paludosis a **Travnik ad Czenizza** (Bosnia), SENDT. Fl. Majo, Junio. Perenn. Non vidi.

Juncus monanthos, JACQ., en stirp. vind., p. 61 et 216; PANĆ., el. pl., p. 92; PARLAT., fl. ital. II, p. 322.

J. culmo filiformi basi vaginato, vagina suprema folio filiformi terminata, floribus 1-3 subsolitariis foliis floralibus involucratis, flore multo longioribus, perianthii phyllis subaequalibus, exterioribus lanceolatis aristatis, interioribus ovatis acutis, capsula elliptica triquetra longe mucronata perianthio sublongioribus.

Syn. J. trifidus, L., *Var.* monanthos, RCHB., fl. exc., p. 94. Juncus Hostii, TAUSCH, bot. zeit., 17, 2, p. 518; KOCH, syn. fl. germ., II, p. 841.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, fig. 870-71; HOST, ic. gram. III, tab. 85.

Hab. in saxosis montis **Kom** (M. N.), PANĆ. Fl. aest. Perenn.

Juncus alpinus, VILL., hist. des pl. du Dauph. II, p. 233; RCHB., fl. exc., p. 95; KOCH., syn. fl. germ. II, p. 842; GRIS. in PANTK., adn., p. 22.

J. culmo bifolio, vaginis carinatis, foliis loculoso-fistulosis, cymae capitulis axillaribus terminalibusque erectis, perianthii phyllis rotundato-obtusis aequalibus, capsula ovata mucronata brevioribus, exterioribus sub apice mucronulatis.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, fig. 896-900, tab. CCCCIII.

Hab. in aquosis circa **Crno Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Majo, Jun. Perenn. Fructus nigricantes.

Juncus pygmaeus, THUILL., fl. paris., ed. II, p. 178; RCHB., fl. exc., p. 94; GREN. et GODR., fl. franc. III, p. 343; PARLAT., fl. ital. II, p. 358.

J. culmo nudo, foliis radicalibus subulato-setaceis canaliculatis, capitulo terminali solitario bi-trifloro, florum altero pedunculato, bractea inferiore patente aut adscendente, perianthii phyllis exterioribus lineari-acuminatis, capsula ovata acuta longioribus.

Icon. RCHB., ic. germ. IX. tab. CCCCIII, fig. 863; J. BAUH., hist. pl. II, p. 253; OED., fl. dan., tab. 1871.

Hab. in insula **Ossero** ad **Lossin** in sinu **Quarnero,** et circa **Zuppa** prope **Cattaro** (Dalm.). Fl. aest. Annuus.

Juncus supinus, MOENCH., en pl. hass., n. 296 (1777); RCHB., fl. exc., p. 94; KOCH, syn. germ. II, p. 843; PARLAT., fl. ital. II, p. 347; GRIS. in PANTK.. l. c., p. 22.

J. culmo filiformi foliato, foliis subsetaceis convexo-canaliculatis, cymae capitulis remotis, floribus subtriandris, perianthii phyllis aequalibus lanceolatis acutis, interioribus obtusis, capsula oblonga obtusa mucronata brevioribus.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCXCVII, fig. 882-883-884; MOENCH., l. c., tab. V; OED. fl. dan., tab. 1099.

Hab. in humidis ad rivulum **Sučica** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK. Fl. aestate. Perenn.

Ad Luzulas, DC., VIS., fl. dalm. I, p. 114 et suppl. p. 27 adde locos Luzulae campestris, DESV., VIS., l. c. in pratis circa **Dubovaz in Bjelagora** (Herceg.), in sylvis montis **Crna Planina** circa ovilia **Javorče** dicta, et in pascuis **Carina** infra **Kom** (M. N.), PANTK.; in pratis siccis ins. **Veglia** ad **Dobrinje, S. Maria di Capo** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 65, et circa **Travnik** ad **Gradaschaz,** ad **Srebernik,** in monte **Vlassich,** et in **Ebendahin** (Bosnia), SENDT. Ad Luzulam campestrem *Var. β.* congestam, VIS., l. c. adde syn. RCHB., fl. exc., p. 91. RCHB., l. c. *Var. β.*

Ad Luzulam albidam, DC., VIS., l. c., adde locos in graminosis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.) et in sylvis montis **Crna Planina** prope ovilia **Javorce** dicta, PANTK., l. c.; in sylvaticis vallis **Tara,** PANĆ., l. c., p. 93 (M. N.), et in **Paschinkonak, Saridovich, Sebsche, Lubina,** et **Dobcžispolje** (Bosnia), SENDT.

Ad Luzulam Forsteri, DC., VIS., fl. dalm., suppl. p. 28 adde locum in sylvis **S. Maria di Capo,** et **S. Elena** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65. — Addatur

Luzula multiflora, LEJEUN., fl. de Spa, I, p. 169. RCHB., fl. exc., p. 91; GRIS. in PANTK., adn., p. 22; PANĆ., el. pl., pag. 93.

L. radice fibrosa, caule foliato, foliis linearibus longe acuminatis margine pilosis demum glabratis, umbellae spicis ovatis sessilibus pedunculatisque, perianthii phyllis acuminatis mucronatis capsula subrotunda obtusa mucronata sublongioribus.

Syn. Juncus multiflorus, EHRH., calam., n. 127. J. erectus, PERS., syn. I, p. 386. L. erecta, DESV., journ., bot. 1, p. 156.

Icon. RCHB., icon. germ. IX, tab. CCCLXXVII, fig. 838; OED., fl. dan., tab. 1333.

Hab. in sylvaticis montis **Gliva** prope **Trebinje**, circa **Billeki**, et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., et in pratis **Javorje** (M. N.), PANĆIĆ, l. c.

Var. β. **nigricans**, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 847; umbellae spicis atro-fuscis approximatis, foliis sola basi pilosis. — **Syn.** L. nigricans, DESV., journ. de bot. I, p. 148; GRIS. in PANTK., l. c., pag. 22. — *Icon.* RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXVI, fig. 836; HOST, ic. gram. IV, tab. 99; STURM, deutsch. fl., 77, n. 8. — *Hab.* in sylvaticis circa **Kovčiće** ad pedem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Majo, Junio. Perennis.

Luzula spicata, DC., fl. fr. III, p. 161; RCHB., fl. exc., p. 91 (excl. syn. DESV.), GRIS. in PANTK, l. c., p. 22.

L. caule foliato, foliis canaliculatis basi pilosis, florum capitulis interrupte spicatis, spica nutante, perianthii phyllis acuminatis mucronatis aristatis, capsula elliptica subrotunda triquetra mucronata paullo brevioribus.

Syn. Juncus spicatus, L., sp. pl., p. 169; HOST, fl. austr., I, p. 454.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXIX, fig. 844; HOST, ic. gram. IV, tab. 100; OED., fl. dan., t. 270; fl. lapp. t. 10, f. 4.

Hab. in pascuis alpinis montis **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. aest. Perennis.

Luzula sylvatica, GAUD., fl. helv. II, p. 568; RCHB., ic. germ. IX, p. 16.

L. caule foliato, foliis lanceolatis margine pilosis, capitulis apice trifloris, perianthii phyllis subaequalibus, exterioribus acuminato-mucronatis aristatis, interioribus obtusis capsulam ovatam triquetram subaequantibus.

Syn. Juncus pilosus, δ. L., sp. pl., p. 468; J. maximus, REICHD., franco-franc., p. 974 (1772); HOST, fl. austr. I, p. 452. J. sylvaticus, HUDS., fl. angl., p. 151 (1762). L. maxima, DC., fl. fr. III, p. 160; RCHB., fl. exc., p. 92; GRIS. in PANTK., adn., p. 22; PANĆ., el. pl. vasc., p. 92.

Icon. RCHB., ic. germ., IX, tab. CCCXC, fig. 861; HOST, ic. gram. III, tab. 98; Engl. bot. 737; MORIS., hist. pl. sect. 8, tab. 9, fig. 2.

Hab. in graminosis sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in m. **Kom** et **Mali Durmitor**, PANTK., sub m. **Durmitor** et in **Kukurai Brdo** sub **Kom**, PANĆ., l. c. (M. N.), et **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Per.

Luzula pilosa, W., en. h. berol. I, p. 393; RCHB., fl. exc., p. 93; PARLAT., fl. ital. II, p. 296.

L. rhizomate brevi, caule foliato, foliis lanceolatis sparse pilosis, floribus corymboso-umbellatis proliferis, pedunculis fructiferis refractis, unifloris, perianthii phyllis late lanceolatis subaequalibus, exterioribus mucronatis, capsula ovata triquetra obtusa mucronata brevioribus.

Syn. Juncus pilosus, L., sp. pl., p. 468 (excl. nonn. syn.); HOST, fl. austr. I, p. 452; Luzula vernalis, DC., fl. fr. III, p. 60; GRIS. in PANTK., adn., pag. 22.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXXI, fig. 848; HOST, ic. bot. III, tab. 100; Engl. bot., tab. 736; LEERS, fl. herborn., 13, f. 10.

Hab. in graminosis sylvaticis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in sylvis circa ovilia **Javorče** dicta m. **Crna Planina**, et in m. **Kom** (M. N.), PANTK. Jul. Perenn.

Luzula flavescens, GAUD., agrost. II, p. 239; RCHB., fl. exc., p. 92; PARLAT. fl. ital. II, p. 293.

L. rhizomate stolonifero, caule foliato, foliis linearibus abbreviatis parce pilosis, floribus corymboso-umbellatis proliferis, pedunculis unifloris erectis, perianthii phyllis subaequalibns acuminatis late lanceolatis, capsula ovali triquetra mucronata brevioribus.

Syn. Luzula Hostii, DESV., in journ. bot. I, p. 140. Juncus flavescens, HOST, fl. austr. I, p. 450.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXXXIII, fig. 851; DESV., l. c., tab. 6. fig. 1; HOST, ic. bot. gram. III, tab. 94.

Hab. ab **Oussino** supra **Kiseljak**, **Turia**, **Podselovo**, ad **Ebendahin**, in monte **Vlassich**, et in **Mali Sandick** (Bosnia), SENDT. Fl. aest. Perenn.

IRIDEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. I, pag. 115.

Iris florentina, L., sp. pl. p. 55; RCHB., fl. exc., p. 82; BERTOL., fl. ital. I, p. 251; PARLAT., fl. ital. III, p. 272.

I. caule tereti glauco folia superante sub-trifloro, floribus pedunculatis, perianthii tubo ovario longiore, laciniis apice rotundatis, exterioribus oblongo-spa-

thulatis, interioribus oblongo-ellipticis basi angustatis, laciniis stigmaticis acutis, margine exteriore fimbriatis, rhizomate horizontali.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCXXXIX, fig. 766; CURT., bot. mag., tab. 671; SIBTH. et SM., fl. gr. I, tab. 39; REDOUT., liliac. I, tab. 23.

Hab. in saxosis **Koristna Greda** prope **Vučla** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., adn., p. 26. Fl. albi odori. Fl. vere. Perenn.

Ad Iridem germanicam, L. VIS., fl. dalm. I, p. 116, excludatur syn. **I. illyricae**, THEOPRH. et auctor. veter, et post illam addatur

Iris illyrica, TOMMAS., veg. Vegl., p. 63.

I. caule bifido subbifloro, foliis glaucis lineari-ensiformibus falcatis longiore, floribus breviter pedunculatis altitudine subaequalibus, perianthii tubo ovarium aequante, laciniis omnibus apice rotundatis, exterioribus cuneato-spathulatis, interioribus obovatis, laciniis stigmaticis semiovatis acuminatis, rhizomate nodoso.

Syn. Iris Cengialti, AMBROS., fl. tyrol. austr. I, p. 643; KERNER, ueber I. Cengialti Wien 1871 (in Oesterr. bot. zeitschr., n. 9). I. Clusiana, TAUSCH., RCHB., fl. exc., p. 80 (fide Kern.). I. germanica, RCHB., ic. fl. germ. IX. p. 5, et herb. norm! non alior.

Icon. RCHB., icon. germ. IX, tab. CCCXXVIII.

Hab. in locis rupestribus **Cassione, Besca nuova. Scoglio S. Marco,** et montis **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), unde misere dom. SMITH-GLENIE, et cl. TOMMASINI. Fl. pallide violacei, odore **Sambuci nigrae**, omni parte minores ac in **I. germanica** et **I. pallida**. Fl. Majo. Perennis.

Obs. Praetuli nomen antiquissimum **I. illyricae** plantae huic restitutum a cl. TUMMASINIO, utpote quod multo aptius, et regionem multoties majorem exprimens. — **Iris Clusiana**. TAUSCH, juxta icones a cl. RCHB. datas, valde dubia. Icon ipsa ibidem oblata ab. Auct. cl. pro **I. germanica**, huic **I. illyricae** referenda, teste TOMMASINIO in litt., juxta iconem Reichenbachianam, et ejusd. herb. normale.

Iris pallida, LAM., enc. bot. III, p. 294; RCHB., fl. exc., p. 82; PARLAT., fl. ital. III, p. 276; PANČIĆ, l. c., p. 89.

I. caule subtereti folia superante sub-quadrifloro, floribus subsessilibus, perianthii tubo ovario subaequali, laciniis apice rotundatis, exterioribus obovato-spathulatis, interioribus late obovatis inferne angustatis, laciniis stigmaticis obtusis, margine exteriore dentatis, rhizomate horizontali.

Syn. I. odoratissima, JACQ., h. schoenbr. I, p. 5.

Icon. RCHB., ic. germ., IX, tab. CCCXL, fig. 767; REDOUT., liliac. 7, tab. 366; CURT., bot. mag., tab. 685; JACQ., l. c., I, tab. 9.

Hab. in rupestribus ad **Ostrog** et supra coenobium **S. Stephani, Morača** sup. (M. N.). Fl. pallide violacei ingrate olentes. Fl. Majo, Jun. Perenn. Legit PANĆ. Non vidi.

Iris variegata, L., sp. pl., p. 56; HOST, fl. austr. I, p. 45; RCHB., fl. exc., p. 81; PANĆ., el. pl. vasc., p. 89.

I. caule tereti folia glauca falcata subaequante, tri-quadrifloro, floribus pedunculatis, perianthii tubo ovario sublongiore, laciniis apice rotundatis, exterioribus basi angustatis spathulatis, interioribus oblongis, laciniis stigmaticis acutis, rhizomate nodoso.

Icon. RCHB., ic. germ., tab. CCCXXXIV, fig. 761; JACQ., fl. austr. I, tab. 5; REDOUT., liliac., tab. 292; CURT., bot. mag., tab. 16.

Hab. in saxosis supra **Grahovo** (M. N.). Fl. lutei, laciniis exterioribus venis fuscis vel atropurpureis pictis. Fl. Majo, Junio. Perennis. Legit PANĆ., sed non vidi.

Ad Iridem pumilam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 115 adde locos in apricis montis **Gliva** prope **Trebinje**, circa **Dubovac** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in saxosis **Orsova Skala** sub monte **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad Iridem gramineam, L., VIS., l. c., p. 117 adde locos inter dumeta circa **Dubovac** in **Bjelagora** (Herceg.). PANTK., l. c.; in graminosis sylvestribus montis **Durmitor** (M. N.), PANĆ. el. pl. vasc., p. 89, et in monte **Organ** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMASIN., l. c., p. 68.

Ad Iridem Pseudoacorus, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locos in lacu **Scodrano** (M. N.) PANĆ., l. c., et ad lacus et fossas **Capriccio, Panighe, Valle di Besca** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Crocum reticulatum, STEV. VIS., fl. dalm. I, p. 118 adde locum in pratis saxosis ins. **Veglia** (Dalmat.). TOMMAS., veg. Vegl., p. 68 (sub C. variegato HOPP.).

Ad Crocum vernum, ALL., VIS., fl. dalm. I, p. 118 adde locum in declivibus herbidis montis **Durmitor** in jugo excelso **Sljeme** (?) M. N. PANĆ. el. pl., p. 89, et **Bukovizza** prope **Travnik** (Bosnia), SENDT. Adde *Var.* parvifloram GAY in FERUSS., ann. des sc. nat., 1827, t. 11, p. 371: florum limbo pollicari. *Hab.* ad nivem deliquescentem in monte **Jastrebica in Bjelagora** (Her-

cegov.), in pascuis alpinis **Carina** dictis infra **Kom** (M. N.), PANTK., adn., p. 26, et ad **Han Koprilniza**, et prope **Travnik** (Bosnia), SENDTNER. — Dein addatur

Crocus banaticus, HEUFFL., bot. zeit., 1835, p. 255; RCHB., ic. germ., IX, p. 10.

Cr. tunicis nervosis demum in fibras solutis, foliis coaetaneis lanceolato-linearibus subgeminis, spatha univalvi, perianthii partitionibus oblongo-obovatis, obtusis, fauce nuda obscuriore, stigmatibus inclusis stamina superantibus tubuloso-dilatatis crenulato incisis.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCLXI, fig. 800-801.

Hab. prope **Travnik** (Bosnia), sed sine tubere, SENDT. (M. N.); in **Cettinje** in dumetis, PANĆ., l. c., p. 89. Flores violacei, venis obscurioribus. Fl. vere. Perenn.

Obs. In diagnosi Reichenbachiana tunicae tuberum dicuntur **parallele nervosae**, in icone vero sunt reticulatae.

Ad Gladiolum segetum, GAWL., VIS., l. c., p. 122 adde locum inter segetes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 26, et ins. **Veglia, Bornibo, S. Elena** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Gl. triphyllum, SIBTH., VIS., l. c., p. 123 adde locum ad scopulos ins. **Curzola** (Dalm.), BOTTERI; in pascuis vallis **Jazina** prope **Orahovac**, circa **Dubovac**, in valle **Raduš Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 26, et in saxosis clivi **Granica** prope **Cettinje** (M. N.). PANĆ., l. c., pag. 89.

Ad Gl. illyricum, KOCH, VIS., l. c. adde locum in pratis humidis circa **Skodjegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., et postea addatur

Gladiolus imbricatus, L., sp. pl., p. 52; HOST, fl. austr., p. 44; RCHB., fl. exc., pag. 83.

Gl. spica multiflora, floribus secundis approximatis, laciniis perianthii lateralibus rhombeo-ovatis, antheris filamento brevioribus, laciniis stigmaticis sensim dilatatis papilloso-ciliatis, foliis lineari-ensiformibus, tunicis radicalibus dense et parallele nervosis, nervis superne reticulatis.

Icon. RCHB., ic. germ. IX, tab. CCCL, f. 778; STURM., deutsch. fl., tab. 83-4.

Hab. a **Czenizza** supra **Kalocsin** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDT. Fl. rubro-violacei. Fl. aestate. Perenn. Non vidi.

AMARYLLIDEAE, R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 123.

Ad Leucojum aestivum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 126 adde locum a **Sellenichi** ad **Brod** (Bosnia), SENDT.

Ad Galanthum nivalem, L., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis ins. **Veglia** (Dalmat.). Doct. CUBICH in TOMMAS., veg. Vegl., p. 63.

Ad Narcissum poeticum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 127 adde locum in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Narcissum radiiflorum, SALISB., VIS., l. c. III, p. 351 adde locum in graminosis montis **Leutor** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 26, et in herbidis saxosis sub m. **Sutorman** (M. N.), PANĆ., el. pl., vasc., p. 89.

LILIACEAE, DC.

VIS., fl. dalm. I, pag. 129.

Ad Fritillariam messanensem. RAFIN., VIS., fl. dalm. III, p. 351 adde locum in m. **Kom**, et in **Perušica Dol** infra **Kom** (M. N.), in rupestribus m. **Gliva** prope **Trebinje**, et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., pag. 23-24.

Ad Fritillariam montanam, HOPP., VIS., fl. dalm. I, p. 131 adde locum circa **Cattaro** (Dalm.), **Neevičee** (Herceg.) et **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24; in saxosis clivi **Granica** prope **Cettinje**, et sub **Crvena Stijena** in m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 90, et in ins. **Veglia** (Dalm.) ad **Maltempo**. Dom. SMITH in TOMMAS., veg. Vegl., p. 94.

Ad Lilium Cattaniae, VIS., fl. dalm., suppl.. p. 64 adde locum in sylvaticis montis **Gliva** supra **Trebinje** (Herceg.), et in **Perušica Dol** infra **Kom** (M. N.). PANTK., l. c., p. 24, et Syn. L. Martagon dalmaticum MALY in VAN HOUTTE, fl. des serr. XX, p. 121, t. 2127.

Ad Lilium Martagon, L., VIS., fl. dalm. I, p. 132? adde locum **Sutynska** usque ad **Boroviza** (Bosnia), SENDT., et in dumetis ad **Grahovo** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 90. Sed non vidi. An idem ac **L. Cattaniae**?

Lilium albanicum, GRIS., sp. fl. rum. II, p. 385; PANTK., l. c., pag. 24; PANĆ., el. pl., p. 90.

L. foliis lanceolatis, superioribus acuminatis, margine scabris, subtus glabris, mediis confertis, flore nutante, perianthii phyllis oblongo-linearibus apice callosis revolutis, nervis lateralibus suflexuosis, antheris flavis, fructu lineari-oblongo.

Hab. in pascuis alpinis m. **Prologh** supra **Sinji** (Dalm.), Doct. G. ROICH.; in **Bjele Carini** m. **Kom, Sinnjavina Planina,** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in pratis montis **Javerje**, PANĆ. Fl. flavi. Fl. Jun. Perenn.

Ad Lilium carniolicum, BERNH., VIS., fl. dalm. I, p. 132 adde locum in pratis sub m. **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ. l. c., p. 90?, in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT. et in diagn. adde ; fructum ellipticum.

Ad Tulipam sylvestrem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 183 addatur syn. **Tulipa Grisebachiana**, PANTK., n. sp., in Oest. bot. Zeitschr. XXIII, n. 9, p. 265 et adnot., p. 23. *Hab.* in rupestribus montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.). Fl. Majo. Perenn. — **Obs.** Perianthii phylla variant dorso viridula, vel unicolora flava; apice omnia pubescentia vel glabra, vel exteriora tantum basi pubescentia, caeteris barbatis; folia latiuscula vel angusta. Hinc species T. Grisebachiana PANTK. infirmis characteribus praedita non distinguenda.

Ad Allium saxatile, L., VIS., fl. dalm. I, p. 133 adde locum in saxosis sub monte **Lovćen, Velika Jastrebica, Bjela Gora** et ad **Mercenov Do** sub m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 91.

Ad Allium fallax, SCHULT., VIS., l. c., p. 134 adde locum ins. **Veglia** ad **Besca nuova** et circa **Panighe** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad Allium roseum, L., VIS., l. c., p. 135 adde locum in graminosis circa **Ragusa** et **Gravosa** (Dalm.), et ad **Trebinje, Podgliva, Pridvorce** (Herc.) PANTK., l. c., p. 24, et ad sepes et in cultis circa **Dobrinje, Veglia, Capriccio, Campi** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad Allium neapolitanum, CYR., VIS., fl. dalm. I, p. 135 adde locum in graminosis et in horto publico circa **Zara** (Dalm.), PANTK., l. c., p. 24.

Ad Allium nigrum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 137 adde locum in saxosis ad **Ostrog** et inter vineas ad **Klopot** distr. **Bratonožići** (M. N.). PANĆ., l. c., p. 91.

Ad Allium pulchellum, DON, VIS., fl. dalm., suppl., p. 33 adde locum in saxosis m. **Javorje** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 92 et syn. A. carinatum β. capsuliferum. KOCH. syn. fl. germ. II, p. 832.

Ad Allium pallens. SIBTH. et SM. non L., praepone nomen **A. paniculati.** L., sp. pl., p. 128, et adde loca in saxosis circa **Sindžon** (M. N.), PANTK., l. c., p. 24, et in herbidis apricis ins. **Veglia** (Dalm.) circa **Besca nuova** et **vecchia,** m. **Organ.** TOMMAS., veg. **di Veglia,** p. 65.

Ad Allium flavum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 138 adde locum in saxosis circa **Ceklin** et **Stavniki** (M. N.), PANTK., l. c.. p. 24; in rupestribus montis **Sutorman** (M. N.), PANČ., l. c., p. 92.

Ad Allium Porrum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 140 et suppl., p. 33 adde locum in cultis ins. **Veglia** et ad **Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

Ad Allium Ampeloprasum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 141 ad locum inter vineas ad **Klopot** distr. **Bratonožici** (M. N.), PANČ., l. c., sed non vidi.

Ad Allium sphaerocephalon, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum circa **Cattaro** ad pedem montis **Vermač** (Dalm.) et circa **Cerovo, Rogami, Bioče, Kruševiza, Lukovo, Sljvie** (M. N.), PANTK., l. c., et ad **Capriccio, Cassione, Veglia, Plavnik, Besca vecchia** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64, et inter **Travnik** et **Scopia** (Bosnia), SENDT.

Ad Allium margaritaceum, SIBTH. et SM., VIS., l. c. adde locum in saxosis ad **Cettinje** (flore roseo) (M. N.). PANČ., l. c.

Ad Allium fuscum, WALDST. et KIT., VIS., l. c., p. 139 adde locum in rupestribus **Cettinje** et supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., sed non vidi.

Post Allium intermedium, LAM. adde

Allium oleraceum, L., sp. pl., p. 429; HOST, fl. austr. I, p. 422.

A. caule tereti, ad medium folioso, foliis linearibus canaliculatis scabridis subtus striatis, spathae bivalvis valva altera longissima, umbella effusa bulbillifera, pedunculis subaequalibus nutantibus pendulisque, perianthii cam panulati phyllis elliptico-oblongis obtusis genitalia inclusa aequantibus.

Syn. Codonoprasum oleraceum. RCHB., fl. exc., p. 144.

Icon. RCHB., ic. germ., X, tab. CCCCLXXXVII, fig. 1067; Engl. bot., t. 488: HALL. de All., n. 26, f. 2.

Hab. in dumetis et sylvis **Besca vecchia,** et m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 61. Fl. aestate. Fl. albo-virentes. vel sordide rubelli. Perenn.

Var. β. complanatum: FRIES nov., ed. II, p. 85; PANTK., l. c., p. 24: foliis tres lineas latis planis. — *Icon.* HALL. de All., n. 24. t. 2. fig. dextr. —

Hab. in pratis ad **Riblje Jezero** prope pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

Allium carinatum, L., sp. pl. p. 426; HOST, fl. austr., I, p. 422; RCHB., ic. germ., X, p. 20; TOMMAS., veg. Vegl. p. 64.

A. caule tereti, ad medium folioso, foliis linearibus canaliculatis laevibus, apice planis, 3-5-striatis, spathae bivalvis persistentis valva altera longissima, umbella effusa, pedunculis nutantibus pendulisque, perianthii campanulati phyllis oblongis apice concavis obtusis.

Syn. Codonoprasum carinatum, RCHB., fl. exc., p. 114, Allium flexum, W., KIT., III, p. 307. A. flexuosum, HOST, fl. austr. I, p. 422.

Icon. RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCLXXX, fig. 1057; W. et KIT., l. c. III, tab. 228.

Hab. in dumetis sylvaticis ad **Besca vecchia** et in m. **Triskavaz** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS. Fl. aestate. Fl. violacei. Perenn. Non vidi.

Ad Scillam autumnalem, L., VIS., l. c., p. 142 adde locum in saxosis distr. **Cuci**, et in campis circa **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 91, et in ins. **Veglia** ad **Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 94.

Ad Scillam bifoliam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 143 adde locos **Veglia** et **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., pag. 64; in dumetis ad **Cettinje** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 91, et a **Bukovizza** ad **Travnik,** et in m. **Vlassich** supra **Oresch,** in **Mali Sandick** et alibi (Bosnia), SENDTN.

Ad Scillam pratensem, W. et KIT: VIS., fl. dalm. I, p. 143 adde locos in saxosis montis **Gliva** prope **Treblnje,** et in **Jastrebica** ad **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., et inter **Lastva** et **Ostrog** per totum distr. **Čekliči** et **Cuci** (M. N.), PANĆ. l. c.

Ad Ornithogalum umbellatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 145 adde locos in graminosis montis **Leutor** prope **Trebinje,** et circa **Dubovaz in Bjelagora** (Herceg.); ad **Cettinje** et supra **Boljevici** distr. **Crmnica** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 91; in **Gucziagora** et ad **Varesh** ad **Samishovazhan** (Bosnia), SENDT.; dein ad **Dobrinje, Besca nuova** et **Rastopatno** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. p. 64. — Adde

Ornithogalum ruthenicum, BOUCHÈ in KUNTH, en. pl. IV, p. 363, fide PANĆ., el. pl. vasc., p. 91.

O. foliis scapo multifloro duplo longioribus, pedunculis inaequalibus patentibus refractisve, bracteis lanceolato-linearibus scariosis pedunculo suo duplo

brevioribus, perianthii phyllis inaequalibus, interioribus paullo latioribus obtusis apice cucullato-calloso terminatis, staminum filamentis basi dilatata contiguis, internis multo latioribus.

Hab. in asperis trachyticis sub **Crvena Stijena** m. **Durmitor** (M. N.). Fl. extus virescentes. Fl. Mart. Perenn.

Obs. Species dubia e specimine deflorato nominata et descripta a prof. PANĆIĆ. Bulbus non prolifer. Non vidi.

Ad Ornithogalum comosum. L., VIS., fl. dalm. I, p. 146 adde locum in rupestribus **Cassione, Valle di Besca, S. Maria di Capo** et m. **Organ** in insula **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 164. — Adde

Ornithogalum divergens, BOREAU, not. 36, n. 3 et fl. centr., ed II, pag. 507; GREN. et GODR., fl. de Fr. III, p. 190; PANTK., adn., p. 24.

O. foliis linearibus rectis canaliculatis, linea alba longitudinali notatis, scapo multifloro subaequalibus, pedunculis inaequalibus patentibus, post anthesim refractis, bracteis lanceolato-linearibus acuminatis pedunculo suo brevioribus, staminum filamentis subulatis.

Syn. O. refractum, PARL., fl. palerm., I, p. 386; TOMMAS., veg. Vegl., p. 64, excl. syn. omnibus.

Hab. circa **Zara** et **Ragusa** (Dalm.), **Trebinje** et **Billeki**, in pratis vallis **Medov** infra **Jastrebica** et in m. **Jastrebica** (Herc.), circa **Javorce** in m. **Crna Planina**, in pascuis montis **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Fl. extus virides, intus albi. Fl. vere. Perenn.

Ad Ornithogalum exscapum, TENOR., VIS., fl. dalm. I, p. 145, adde syn. **O. refracti,** W., KIT., TOMM., l. c., p. 64, et locum ins. **Veglia** (Dalm.).

Ad Ornithogalum pyrenaicum, L., VIS., fl. dalm., III, p. 352 adde locum in graminosis inter dumeta circa **Trebinje** et **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegov.), et **Cettinje** (M. N.). PANTK., l. c., p. 24, in dumetis sub m. **Sutorman** vallis **Crmnica** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 91. — Huc quoque duco **O. sulphureum,** ROEM. et SCH., syst. veg. VII, p. 159; TOMMAS., in veg. Vegl., p. 61 (Dalm.) in locis ejusdem insulae **Veglia, Besca nuova, Plavnik, Bornibo, Rastopatne,** et scopulo **S. Marco**. Crescit quoque ad **Czenizza** et **Foinizza** (Bosnia), SENDTN., nec differt ab O. pyrenaico, L.

Ad Ornithogalum narbonense, L. VIS., l. c., p. 146 adde locum inter segetes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 24. Post adde

Ornithogalum Visianicum, TOMMAS.

O. foliis glaucescentibus immaculatis late linearibus, racemo pyramidali multifloro, pedunculis floriferis patentibus bracteam ovatam sensim acuminato-setaceam superantibus, fructiferis erectis scapoque adpressis, perianthii phyllis oblongis 3-7-nerviis unicoloribus planis obtusis, alternis apice crassiusculis, staminibus tertia parte perianthio brevioribus, filamentis ovalibus apice subulatis, ovario ovato apice angustato.

Icon. VIS., fl. dalm., suppl. alter, f, 1.

Hab. copiose locis rupestribus solo tophaceo insulae **Pelagosa**, quae extrema ins. dalmaticarum, et inter Dalmatiam et Siciliam fere media.

Flores citrino-virescentes, nervis virentibus. Fl. Majo, Junio. Perenn. Legit Majo anni 1874 ERNESTUS TOMMASINI, et mihi dicavit pater ejus cl. JOSEPH MUTIUS TOMMASINI.

Descr. Bulbus ovatus solidus, simplex, acuminatus, basi truncatus nudus, circum fibris crassiusculis obvallatus. Folia unicolora. Stamina vix alterne longitudine inaequalia. Stylus staminibus subaequalis. Stigma capitatum.—Affine **O. narbonensi**, L., a quo differt floribus duplo majoribus, et perianthii phyllis elliptico-linearibus, planis (nec margine sursum involutis), unicoloribus (nec dorso viridulis) et undequaque citrinis, et ovario ovato, apice attenuato (nec subrotundo), retuso aut emarginato. Folia etiam latiora in nostro, quod consonat cum totius plantae habitu robustiore. — **O. sulphureum**, differt phyllis linearibus margine involutis.

Ad Gageam arvensem, SCHULT., VIS., fl. dalm. I, p. 147 adde locum in agris circa **Trebinje** et in monte **Drača** prope **Pridvorce** (Herceg.), PANTK., l. c.. p. 23. — Addatur

Gagea lutea, ROEM. et SCHULT., syst. veg. 7, p. 138; RCHB., fl. exc., p. 108; PANTK., adn., p. 23.

G. bulbo ovato, folio radicali unico lineari-lanceolato plano, bracteis geminis suboppositis ciliatis, pedunculis glabris, perianthii phyllis oblongis obtusis.

Syn. Ornithogalum luteum, L., sp. pl., p. 439; HOST, fl. austr. I, p. 429.

Icon. RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCLXXVII, fig. 1044; Engl. bot., t. 21.

Hab. in sylvaticis **Perušica Dol** infra m. **Kom** (M. N.), PANTK., et a **Bukovizza** ad **Travnik**, et in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Muscari botryoides, MILL., VIS. fl. dalm., I, p. 140 adde locum in saxosis graminosis m. **Jastrebica in Bjelagora** (Hercegov)., et in m. **Kom** (M. N.),

PANTK., l. c., p. 24, et a **Bukovizza** ad **Travnik** et in m. **Vlassich** (Bosnia). SENDT.; in sylvestribus m. **Sutorman** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 92.

Ad M. racemosum, MILL., VIS., l. c. adde locum in agris et graminosis circa **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et in cultis et vineis ad **Bescanova, Dobrinje, Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l, c., p. 65.

Ad M. comosum, MILL., VIS., l. c. adde locum in agris circa **Ragusa** (Dalm.), ad **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et **Cettinje** (M.N.). PANTK., l. c., et in herbidis sub monte **Lovćen** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 92. — **Syn.** Leopoldia comosa, PARLAT., fl. palerm. I, p. 263. — Dein adde

Muscari neglectum, GUSSON. in TENOR., fl. neap. syll., app. V, p. 13, et syn. fl. sic. I, p. 411; PANTK., l. c., p. 24.

M. foliis latiuscule linearibus canaliculatis, demum laxis, scapum subaequantibus, racemo brevi densifloro, floribus pedunculatis nutantibus, superioribus neutris erecto-patentibus, perianthio oblongo, dentibus obtusis recurvis.

Syn. Botryanthus neglectus, KUNTH, en. pl. IV, p. 679; PARLAT., fl. ital. II. pag. 502.

Hab. in graminosis circa **Trebinje** ad flumen **Trebinjsića** (Herc.), PANTK., l. c. Fl. saturate cerulei. Fl. vere. Perenn. — **Obs.** M. moscatum, W., citatur a SENDT. in ejusdem Catalogo plantarum Bosniacarum sub n. 1228 utpote lectum a **Czenizza** supra **Kolascin** ad **Sutynska,** sed deest in herbario suo in Museo monacensi servato.

Ad Anthericum **Liliago**, L., VIS., fl. dalm. I, p. 151 adde locum in lapidosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et in pratis ad **Maltempo** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Anthericum ramosum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in collibus sylvaticis ad **Veglia, Capriccio, Castelmuschio** (Dalm.), veg. Vegl., p. 64 TOMM., l. c.; in lapidosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et iisdem locis **Vučia Gorna** dictis prope **Guozd Han** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et supra **Suiljaga** ad **Koprilnizza** (Bosnia), SENDT.

Ad Asphodelum album, MILL., VIS., fl. dalm. I, p. 153 adde locum in herbidis ad **Guozd**, et in pratis alpestribus sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 90; in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et in **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et in monte **Prologh** (Bosnia), SENDT.

Ad A. microcarpum, VIVIAN., VIS., fl. dalm., suppl., p. 36 (A. ramosum, L.,

VIS., fl. dalm. I, p. 153) adde locum in saxosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, et in valle **Jazina** prope **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herc.), PANTK., l. c., p. 25.

Ad A. fistulosum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 153 adde locum in herbidis circa **Ragusa** (Dalm.), et ad **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Asphodelinem creticam, VIS., l. c. muta nomen in **Asph. liburnicam**, RCHB., et adde locum in saxosis m. **Lastva Čevska** supra **Voiniči**, PANTK., l. c. (M. N.) et in dumetis supra coenobium **Ostrog** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 90.

Ad Asphodelinem luteam, RCHB., VIS., l. c. adde locum in asperis **Pisine Strane** distr. **Katunska** (M. N.), PANĆ., l. c., et in lapidosis circa **Ragusa** (Dalm.), et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et sub **Asphodelo luteo**, L., TOMMAS., veg. Vegl., p. 64 in apricis rupestribus collium **Bescanova, Bornibo, Dobrinje**, **Veglia** in ins. **Veglia** (Dalmat.).

Ad Erythronium Dens canis, L., VIS., fl. dalmat. I, p. 154 adde locum in sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 23, et a **Gradaschaz** usque ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT.

COLCHICACEAE, DC.

VIS., fl. dalm. I, p. 155.

Ad Veratrum album, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in pratis montis **Leutor** prope **Trebinje**, in **Medov Dol**, circa **Begora Korita** infra m. **Jastrebica**, in eodem et in valle **Raduš Brodo** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** et in m. **Crna Planina**, in pascuis m. **Kom, Sjnnjavina Planina** in **Mali Durmitor**, et in pratis **Lastva Čevska** dictis supra **Voiniči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 23; in pratis pinguibus sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 92; ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia, Podselovo**, a **Travnik** ad **Bukovizza** et alibi (Bosnia), SENDTN. — Huic adde *Var. β.* Lobelianum, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 836: floribus dilute viridibus, obscurius venosis. — **Syn.** V. Lobelianum, BERNH. in TROMMOSDORF, journ., vol. 16, p. 200; RCHB., fl. exc., p. 97. — *Icon.* RCHB., ic. germ., X, tab. CCCCXXII, fig. 338. — *Hab.* a **Borovizza** supra montem **Ponikva** ad **Varesch**, et a **Mali Sandik** ad supra **Baklari** in m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Veratrum nigrum, L., VIS., l. c. adde locum in pratis m. **Lastva Čevska** dictis supra **Voiniči** (M. N.), PANTK., l. c., et in herbidis ac saxosis in **Nich-**

sićka Zupa (M. N.), PANĆIĆ, l. c., et a **Begir-Beg-Konak** ad **Suiza** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Colchici, sp. VIS., l. c., p. 156 adde

Colchicum autumnale, L., sp. pl. p. 485; HOST, fl. austr. I, p. 403; RCHB., fl. exc., p. 98; PANĆ., el. pl. vasc., p. 92.

C. foliis hysteranthiis late lanceolatis, utrinque attenuatis, perianthii limbo suo multo brevioris laciniis undulato-nervosis lanceolatis unicoloribus.

Icon. RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXVI, fig. 949; Engl. bot., t. 133; STURM, deutsch, fl. 4. 3; GAERTN., de fr. et sem. I, tab. 18.

Hab. in pratis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., et ad **Vranduk** prope **Sebsche** (Bosnia), SENDT. Fl. autumno. Fl. rosei. Perenn. Non vidi.

Obs. In asperis et apricis (M. N.) crescit alia forma capsulis basi obtusis profunde umbilicatis, fide PANĆ., l. c., qui florentem plantam non vidit.

Ad Colchicum Bivonae, GUSS., VIS., fl. dalm., I. 156 adde synonimon **Colchici Visianii,** PARLAT., fl. ital. II, p. 175 et **Obs.** sequentem.

Colchicum Bivonae, VIS., cl. PARLATORE videtur *forsitan* nova species ob lacinias perianthii utrinque attenuatas et venas earumdem rubro reticulatas. Equidem Colchicom GUSSONE et meo attente consideratis et horum characterum variabilitate saepius observata, nempe laciniis ludere perianthii nunc latioribus nunc angustioribus, nunc basi nunc utrinque attenuatis, nunc omnibus apice obtusis, nunc solum exterioribus, bulbo etiam nunc ovato-oblongo nunc subrotundo in utroque, in sententiam jam prolatam confirmari mihi posse videor has plantas unicam eamdemque speciem conficere. — Huic pertinet icon RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXVII, sed floribus non tessellatis.

Ad Colchicum montanum, L. (Colchicum Bertolonii, STEV., VIS. fl. dalm. I. p. 156, et suppl., p. 36) adde locum in saxosis ad pedem m. **Gliva** prope **Trebinje** (Dalmat.), PANTK., l. c. Adde

Colchicum Kochii, PARLAT., fl. ital. III, p. 188; TOMMAS., veg. Vegl., p. 65.

C. foliis hysteranthiis lanceolato-linearibus, utrinque attenuatis, canaliculatis, viridibus, perianthii limbo tubo suo subtriplo brevioris laciniis anguste lineari-lanceolatis recte nervosis, unicoloribus, interioribus paullo minoribus, stylis apice incurvis.

Syn. C. arenarium, KOCH, syn. fl. germ., II, p. 836 non WALDST. et KIT.

Hab. in locis herbidis **S. Maria di Capo,** et in scopulis **S. Marco** et **Pervichio**

ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. Flor. rosei. Fl. Octobri, Novembri. Perenn.

Obs. Ab hoc differt **C. arenarium**, W. et KIT., floribus majoribus, laciniis perianthii latioribus, oblongo-lanceolatis, apice obtusis dilatatis, stylis rectis. Folia quoque ex viridi albescunt.

SMILACEAE, R. BR.

VIS., fl. dalm. I, p. 158.

Ad Paridem quadrifoliam, L., VIS., l. c., p. 159 adde locum in sylvaticis **Virušа Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 25, et in summitate **Mali Sandvick** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB., ic. germ. X, tab. 430.

Ad Ruscum aculeatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 159 adde locum in saxosis et in dumetis ad pedem m. **Vermač** prope **Cattaro** (Dalmat.), circa **Trebinje, Nedovieće, Grančarevo** (Herceg.), et **Rjeka, Monastir Duga** et **Povia** (M. N.), PANTK, l. c.; in saxosis ad **Ostrog** et supra **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 90; in nemorosis siccis **Bornibo, m. Triskavaz, Capriccio, S. Elena, Campi,** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64, et ad **Vranduk** prope **Sebsche** (Bosnia), SENDT.

Ad Asparagum officinalem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 180 adde locum in ins. **Veglia** (Dalm.) A M. SMITH, et in ins. **Lesina** (Dalmat.), prof. STALIO.

Ad Asparagum tenuifolium, LAM., VIS., fl. dalm., III, p. 352 adde locum in sylvestribus **Niksička Zupa** (M. N.). PANĆ., el. pl., p. 89, in umbrosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., l. c., et in sylvaticis herbidis m. **Triskavaz, Bescanova, Veglia** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 63, et RCHB., ic. germ., tab. DXIX, fig. 9691.

Ad Asparagum scabrum, BRIGN., VIS., fl. dalm. I, p. 101 adde locum in solo salso argilloso ad **Capriccio, Val Saline,** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et sub **A. marino** CLUS., RCHB., fl. exc., p. 118 et ic. germ., X, tab. DXX, fig. 970-71; et in lapidosis m. **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 25.

Ad Asparagum acutifolium, L., VIS., fl. dalm. I, p. 161 adde locum in dumetis circa **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), et **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c.; in saxosis ad **Cettinje, Ostrog, Danilov Grad,** et **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c.; in dume-

tis et sepibus ad **Veglia, Bornibo, Cassione, S. Maria di Capo** ins. **Veglia** (Dalm.). TOMMAS., l. c., et icon. RCHB., ic. germ., X, tab. DXX, fig. 972.

Usus. Ex aqua cocta turiones praestant in acetariis.

Ad Smilacem asperam, L., VIS., l. c., p. 161 adde locum in sylvaticis calidioribus ad **Veglia, Capriccio** et **Castelmuschio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 65, et in saxosis ad **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 90, et adde iconem RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXVIII, fig. 970.

Ad Convallariam majalem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 162 adde locum in sylvaticis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et in **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 21, in sylvaticis m. **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 89, et in monte **Vlassich** (Bosnia), SENDT.

Ad Convallariam Polygonatum, L., VIS., l. c., p. 162 adde locum in **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. (sed locus ibidem datus erroneus ex auct. in litt.), et sub m. **Lovčen** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 80, et circa **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXIV, fig. 964.

Ad Convallariam multifloram, L., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et a **Borovizza** supra montem **Ponikva** ad **Varesch** (Bosnia), SENDT. Adde quoque iconem RCHB., ic. germ. X, t. CCCCXXXIII, fig. 962. — Addatur

Convallaria verticillata, L., sp. pl., p. 451; HOST, fl. austr. I, p. 440; RCHB., fl. exc., p. 100; PANĆ., el. pl., p. 89; PANTK., adn., p. 25.

C. caule erecto angulato, foliis verticillatis lineari-lanceolatis planis, perianthiis subcylindricis.

Icon. RCHB., ic. germ. X, tab. CCCCXXXV, fig. 966; Engl. bot., t. 128; OED., fl. dan., t. 86.

Hab. in pratis vallis **Peručica** infra **Kom**, et in **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., in sylvestribus m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., et a **Borovizza** supra m. **Ponikva** ad **Varesch**, et a **Mali Sandvick** ad **Baklari** supra **Vlassich** (Bosnia), SENDT. Flores albi apice viriduli. Fl. Majo. Perenn.

DIOSCOREAE, R. BR.

VIS., fl. dalm. I, p. 163.

Ad Tamum communem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 164 adde locum ad sepes circa **Ragusa** (Dalm.), et **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), PANTK., adn., p. 25; in

dumetis ad **Ostrog**, et ad coenobium **S. Stephani** vallis **Morača** superioris (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 90; circa **Vlassich** et ad **Baklari** (Bosnia), SENDT., et ad sepes ins. **Veglia** circa **Bernibo,** m. **Triskavaz, Capriccio, S. Elena, Campi** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 64.

ORCHIDEAE, JUSS.

VIS., fl. dalm. I, p. 164, et III, p. 352 et Suppl., p. 37.

Ad Platantheram bifoliam, RICH., mém. du Mus. d' Hist. nat., IV, p. 29, VIS., fl. dalm., I, p. 165 adde locos a **Travnik** ad **Czenizza,** a **Varesh** et **Savniathe** ad **Samishovazhan, ad Sutynska** et **Borovizza** (Bosnia), SENDTN., et ic.; RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCCXXIX. Adde ejusdem *Var. β.* clavatam, et locum in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herc.), PANTK., l. c., p. 28; ad loca umbrosa **Paperda** et **Garize** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62; et ad **Ebendhain** et **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Adde RCHB. fil., icon. germ. XIII-IV, tab. CCCCXXX, fig. 53 sub Pl. montana, RCHB. fil.

Ad Orchides tuberibus indivisis praeditas, VIS., fl. dalm. I, p. 166-171, addenda sunt

Ad Orchidem Morio, L., VIS., fl. dalm., l. c. locum in pratis m. **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Herceg.). et in **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 26; et in ins. **Veglia** ad **S. Elena** et **Bosco Fiumicello** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62; a **Gradaschaz** ad **Srebernik,** ad **Paschinkonak** supra **Sandvick, Sebsche, Lubina** et ad **Vranduk,** ad **Ebendhain** et in **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Huic subjungatur **Orchis Morio** *Var. β.* **picta** cum syn. O. picta, LOIS., in pratis siccis **Dobrinje, Rastopatno,** ins. **Veglia** (Dalmatia), TOMMAS., l. c., p. 62. — Dein addatur

Orchis Spitzelii, SAUT., p. 40 ex RCHB. fil., ic. germ., XIII-XIV, pag. 183; KOCH, syn. fl. germ., ed. I, p. 686; PARLAT., fl. ital. III, p. 508.

O. labello trilobo subvelutino pendulo, lobis latis crenatis, medio emarginato, calcare conico cylindraceo, verticaliter descendente, ovario paullo breviore, perianthii phyllis obtusis, lateralibus patentibus, intimis duobus truncatis emarginatisve, bracteis uninerviis ovarium aequantibus, foliis oblongo-obovatis obtusis.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCLXXXIII, fig. 1-2.

Hab. a **Vranduk** supra **Gradischkie** et **Bjela** ad **Travnik,** et in monte **Vlassich** et supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Fl purpurei. Fl. Jun. Perenn.

Obs. Ad plantam in monte **Vlassich** lectam referenda est *Var.* **Sendtneri,** RCHB., fil., l. c., calcare graciliori, labello basi punctato vix differens. — Post hanc

Orchis pallens, L., mant., pl. p. 292; HOST, fl. austr. II, p. 526; RCHB., fl. exc., p. 122.

O. labello leviter trilobo subintegro basi holosericeo, lobis lateralibus rotundatis, medio majore, calcare cylindrico horizontali vel adscendente ovarium subaequante, perianthii phyllis ovato-oblongis obtusis, tribus interioribus subaequalibus conniventibus, lateralibus demum reflexis, bracteis uninerviis ovario aequalibus acuminatis, foliis oblongo-lanceolatis obtusis.

Icon. RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCLXXXVI; CURT., bot. mag., tab. 2569 (sub O. sulphurea); JACQ., fl. austr. I, tab. 45; SEGU., fl. veron. III, tab. 8, f. 3.

Hab. in herbidis ad **Gradaschaz** supra **Spionizza** ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT. Fl. pallide-flavi. Fl. Majo, Perenn.

Ad Orchidem provincialem, BALB., VIS., fl. dalm. I, p. 167 adde loca in saxosis circa **Ragusa** (Dalm.), in m. **Gliva, Crkviza** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 27, et ad **Veglia, S. Maria di Capo, Dobrinje** et **Bosco Fiumicello** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. cum *Var.* **leucostachia,** GRIS.

Ad Orchidem masculam, L., VIS., fl. dalm. III, p. 352 adde locum in pratis **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.; a **Passinkonak** supra **Sandvick, Sebsche, Lubina, Dobčzispolje** prope **Vranduk**, et in **Borovizza** (Bosnia), SENDT.; et ad *Var. β.* speciosam, KOCH., VIS., fl. dalm., l. c. locum in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia) SENDT., et in pratis montis **Leutor** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Orchidem laxifloram, LAM., VIS., fl. dalm. I, p. 167 adde locum in pratis turfosis circa **Skodriegrn in Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., et in pratis paludosis ad **Capriccio, Valle di Besca, Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 62.

Ad Orchidem rubram, JACQ., VIS., fl. dalm. I, p. 169 substitue nomen antiquius O. papilionaceae, L., sp. pl., p. 1351, et adde locum **S. Maria di Capo**

ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62, et loca saxosa clivi **Granica** prope **Cettinje** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 88.

Ad Orchidem variegatam, ALL., VIS., fl. dalm. I, p. 169 praemittas nomen anterius **O. tridentatae,** SCOP., fl. carn. II, p. 199, et adde loca **Dobrinje, Rastopatno, Bescanova** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et a **Travnik** ad **Bukovizza** et ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT.

Ad Orchidem fuscam, JACQ., VIS., l. c., p. 169 adde locum ad **Srebernik** ad **Tusla**, ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia, Podeslovo** et ad **Passinkonak**, a **Travnik** ad **Bukovizza** et **Czenizza** (Bosnia, SENDT. Praemitte nomen **O. purpureae,** HUDS., fl. angl. ed. I, p. 334 (1762) ob prioritatem.

Ad Orchidem Hostii, TRATT., VIS., fl. dalm., l. c., p. 168 praepone nomen anterius **O. quadripunctatae,** CYR. in TENOR., prodr. fl. neap., p. LIII et excl. syn. **O. quadripunctatae,** BIV.

Ad Orchidem Simiam, LAM., VIS., l. c. I, p. 170 adde locum in pratis sylvaticis **Bosco Fiumicello** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62 (sub O. tephrosantha). Addatur

Orchis longicruris, LINK in SCHRAD., journ. bot. II, p. 223; RCHB. fil., icon. germ. XXIII-IV, p. 33; PANTK., adn., p. 26; PARLAT., fl. ital., III, pag. 479.

O. labello tripartito, laciniis lateralibus abbreviatis anguste linearibus, media plus duplo majore bifida, lobis anguste linearibus, medio interjecto angustissimo, calcare lineari apice subemarginato pendulo subincurvo ovarium dimidium subaequante, perianthii phyllis conniventibus, exterioribus distinctis, interioribus duplo minoribus bracteisque uninerviis venosis, ovario plus duplo brevioribus, foliis oblongo-lanceolatis.

Syn. Orchis tephrosanthos, DESF., fl. atl. II, p. 319 (non VILL.): O. undulatifolia, BIVON, sic. pl., cent. II, pag. 94; RCHB., fl. exc., p. 124.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCLXXV; SIBTH. et SM., fl. gr. X, tab. 927; BIV., l. c., tab. 6.

Hab. in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK. Spica ovata densa. Fl. violacei. Fl. vere. Perenn.

Ad Orchidem coriophoram, L., VIS., fl. dalm. I, p. 170 addatur locus in pratis humidis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora,** et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 26; in pratis **Garize** et **Paperda** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 62, et circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Orchidem ustulatam, L., VIS., fl. dalm, l. c. adde locum in pratis **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. Addatur

Orchis globosa, L., sp. pl., p. 1332; HOST, fl. austr. II, p. 525; PANTK., l. c., pag. 26.

O. labello semitrilobo laciniis oblongis, media latiore truncato-emarginata mucrone interjecto, calcare subcylindrico subincurvo dependente ovario suo subtriplo breviore, perianthii phyllis campanulato-conniventibus, ovatis, cuspide spathulata terminatis, bracteis uninerviis ovario sublongioribus, foliis lanceolatis.

Syn. Nigritella globosa, RCHB., fl. exc., p. 121.

Icon. RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCLXXXI; JACQ., fl. austr. III, tab. 366; HALL., fl. helv. ic., tab. XXVI, fig. sinistr.

Hab. in pratis vallis **Raduš Bredo** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., in **Viruša Dol** infra **Crna Planina** et in **Peručica Dol** et **Tara Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., et in **Bosnia**, SENDT., cat. 1328. Fl. purpurei, labello punctato. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Spica compacta globosa aut breviter cylindracea.

Ad Orchidem pyramidalem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 173 adde locum **Travnik** prope **Czenizza** (Bosnia), SENDT., in dumetis circa **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., et in pratis sylvestribus **Veglia, Bornibo, Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c. (sub Anacamptide pyramidali, RICH.).

Ad Orchides tuberibus palmatifidis praeditas, VIS., fl. dalm. I, p. 171, addantur sequentes

Orchis Grisebachii, PANTK., adn. pl., p. 27.

O. labello suborbiculato integro supra holosericeo, basi cuneato, perianthii phyllis exterioribus oblongo-acutis, interioribus oblongis obtusiusculis, calcare conico-cylindraceo ovarium dimidium subaequante, bracteis retinerviis acutis flores inferiores superantibus, spica sex-multiflora laxiuscula, foliis oblongo-lanceolatis acutis, superioribus bracteaeformibus.

Hab. in pratis humidis ad **Viruša Dol**, infra montem **Crna Planina**, et in **Peručica Dol** infra **Kom**. Flores purpurei, labello lineis punctisque saturatioribus variegato, holosericeo, venoso, subintegro. — Affinis **O. sesquipedali**, W., sed statura duplo minor in nostra, spica laxa, labellum rotundatum obtusissimum, calcar crassius ovarium dimidium aequans nec superans. Ovarium contortum. Fl. Jul. Perenn.

Ad Orchidem sambucinam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 171 adde locos in pratis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), in **Peručica Dol** infra **Kom,** et **Javorce** in **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c.; in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Et adde *Var. β.* **purpuream,** KOCH, VIS., l. c., in eodem m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT., et (sub *Var.* incarnata, W.) in graminosis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in montibus **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Dein addatur

Orchis maculata, L., sp. pl., p. 1335; HOST, fl. austr. II, p. 533; RCHB., fl. exc., p. 126; PANTK., adn., p. 27.

O. labello trilobo, lobis lateralibus duplo latioribus crenatis, medio ovato, calcare conico-cylindraceo pendulo ovario breviore, perianthii phyllis exterioribus distinctis, lateralibus patulis, interioribus obtusis conniventibus, bracteis subtrinerviis, inferioribus ovario longioribus, foliis superioribus parvulis bracteaeformibus, inferioribus oblongo-lanceolatis.

Icon. RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, tab. CCCCVII; OED., fl. dan., tab. 933; BONNAN., pl. sic., t. 30.

Hab. in pratis humidis ad rivum **Passina Vodda** prope pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et ad **Travnik** prope **Czenizza** (Bosnia), SENDT. Fl. violacei. Fl. aestate. Perenn. Spica cylindracea obtusa. Folia saepe nigro-maculata.

Orchis latifolia, L., sp. pl., p. 1331; HOST, fl. austr. II, p. 531; RCHB., fl. exc., p. 126; PANTK., l. c., p. 27.

O. labello trilobo, calcare conico-cylindraceo pendulo ovarium subaequante, perianthii phyllis exterioribus distinctis, lateralibus erectis, interioribus obtusis conniventibus, bracteis flore longioribus trinerviis venosis, foliis maculatis, inferioribus oblongis obtusis, superioribus lanceolatis acuminatis.

Syn. Orchis majalis, RCHB., fl. exc., p. 129. O. comosa, SCOP., fl. carn. II, pag. 198.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCI; STURM, deutsch., fl. II, tab. 7; OED., fl. dan., t. 266; HALL., ic. helv. tab. XXI, fig. dext.

Hab. in graminosis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Peručica Dol** infra **Kom** et in pratis **Sinnjavina Planina** (M. N.)., PANTK.; in **Gucziagora** et a **Travnik** ad **Czenizza** (Bosnia), SENDT.; et in pratis humidis sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 88. Fol. saepius fusco maculata. Fl. purpurei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Orchidem conopseam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 172 adde locum circa **Varesh** supra **Baklari** in m. **Vlassich**, ad **Mali Sandvik** (Bosnia), SENDT., et in pratis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Hercegov.), et in **Perucica Dol** infra **Kom**, et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Addatur

Orchis odoratissima, L., sp. pl., p. 1335; HOST, fl. austr. II, p. 533.

O. labello trifido, lobis ovatis obtusis, calcare filiformi ovarium subaequante, perianthii phyllis exterioribus oblongis, lateralibus patentissimis, supremis conniventibus, interioribus obtusis concavis, bracteis trinerviis ovario sublongioribus, foliis lineari-lanceolatis linearibusque, supremis bracteaeformibus.

Syn. Gymnadenia suaveolens, RCHB., fl. exc., p. 126 (excl. syn., VILL.). G. odoratissima, RICH., mém. du Mus. IV, p. 52; RCHB., l. c., p. 121.

Icon. RCHB. ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCXXI; JACQ. fl. austr. III, t. 264; rosei, et HALL., ic. helv., tab. 28.

Hab. in pratis subalpinis circa **Borovizza** (Bosnia), SENDT. Fl. purpurei, rosei aut albi, odoratissimi. Fl. aestate. Perenn. Non vidi.

Ad Orchidem albidam, SCOP., VIS., fl. dalm. III, p. 313 adde locum in graminosis alpinis infra **Kom** et in **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. (sub Gymnadenia). Addatur

Orchis viridis, CRANTZ, austr., p. 491 (1796); HOST, fl. austr. II, p. 534.

O. labello sublineari tridentato, lobo medio breviore pendulo plano, calcare brevissimo crasso incurvo obtuso ovario suo quadruplo breviore, perianthii phyllis lateralibus ovali-lanceolatis obtusis in galeam subglobosam conniventibus, bracteis trinerviis linearibus flores subaequantibus, foliis inferioribus ovalibus obtusis, superioribus lanceolatis.

Syn. Satyrium viride L., sp. pl., p. 1337. Himantoglossum viride, RCHB., fl. exc., p. 119. Platanthera viridis, RCHB. fil., ic., XIII-IV, p. 129. *Var.* a. Coelogossum viride, HARTM., scand. fl. ed. I, p. 329; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 795.

Icon. RCHB. fil., l. c., tab. CCCCXXXIV-V; NEES ab ES., gen. pl. V., tab. 8; OED., fl. dan., tab. 77.

Hab. in monte **Kom** et **Sinnjavina Planina** (M. N.), in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, in valle **Raduš Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c. p. 28; in muscosis m. **Javorje** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 88; et in m. **Vlassich** supra **Baklari**, nec non in m. **Mali Sandvik** (Bosnia), SENDTNER. Post adde genus

NIGRITELLA, L. C. RICH.

de Orchid. adnot., p. 19.

Char. Perianthium patulum subcampanulatum resupinatum, phyllis distinctis aequalibus. Labellum erectum basi concavum, scrotiforme, breviter calcaratum. Anthera erecta loculis parallelis. Pollinaria caudiculis elongatis, retinaculis subnudis, liberis. Ovarium ovatum sessile, non contortum. — *Cl.* Gynandria. *Ord.* Diandria. *Syst. sex.*

Nigritella angustifolia, RICH., l. c.; RCHB., fl. exc., p. 121; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 296; PANTK., adn., p. 25.

N. spica compacta ovoidea, perianthii phyllis lanceolatis acuminatis, labello ovato-lanceolato undulato subintegro, calcare obovato ovario triplo breviore.

Syn. Satyrium nigrum, L., sp. pl., p. 1338; HOST, fl. austr., II, p. 535.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tab. CCCCLXVII; JACQ., fl. austr. IV, tab. 398; HALL., ic. helv., tab. XXVII, f. 2.

Hab. in graminosis alpinis **Bjele Carini** dictis prope m. **Kom** et in montibus **Mali Durmitor** et **Crna Planina** (M. N.), PANTK., et circa **Bukovizza** (Bosnia), SENDTN. Fl. atropurpurei odoratissimi. Fl. aest. Perenn. Radix palmatifida.

Ad Ophridem araniferam, HUDS., VIS., fl. dalm. I, p. 177, adde locum ad **Vranduk** supra **Gradischie** et **Bjela** usque ad **Travnik**, et in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT.

Ad Ophridem cornutam, STEV., VIS., fl. dalm. I, p. 177 adde locum in graminosis ad pedem montis **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK. adn., p. 28; a **Travnik** ad **Czenizza**, et supra **Kalocsin** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDT. et in locis herbidis ad **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 63.

Ad Ophrydem atratam, LINDL., VIS., fl. dalm. I, p. 176 adde locum in herbidis ad **Bescanova** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem Bertolonii, MORETT., VIS., l. c., p. 178 adde locum in herbidis ad **Dobrinje** et **Cassione** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem arachnitem, REICR., VIS., fl. dalm., I, p. 175 adde locum in **Punta di Cassione** et **Dobrinje** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Ophrydem apiferam, HUDS., VIS., l. c., p. 177 adde locum in pratis humidis ad **Capriccio, S. Maria di Capo** et **Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Cephalantheram pallentem, RICH., VIS., fl. dalm. I, p. 180 adde locum ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT. et in sylvaticis herbidis ad **Dobrinje in ins. Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c.

Ad Cephalantheram ensifoliam, RICH., VIS., fl. dalm. I, p. 181 adde locum a **Gradischaz** ad **Srebernik, et a Borovizza** ad **Varesh** (Bosnia), SENDT.

Ad Cephalantheram rubram, RICH., VIS., l. c. adde locum in sylvaticis vallis **Raduš Brodo**, et in **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herc.), PANTK., l. c., p. 28; supra **Suljaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDT., et in saxosis sub **Crvena Stijena** in m. **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ, el. pl., p. 88.

Ad Limodorum abortivum, SW., VIS., l. c., p. 181 adde locum in nemorosis **Besca**, ad m. **Organ**, et **S. Maria di Capo** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c.

Ad Neottiam Nidus avis, RICHD., VIS., l. c., p. 182 adde locum in sylvaticis m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in valle fluminis **Tara** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 28, et ad **Sutynska** supra **Poljana** prope **Borovizza** (Bosnia), SENDT.

Ad Epipactidem latifoliam, ALL., VIS., l. c., p. 183 adde locum a **Suizza** supra **Borovaglava**, et ad **Czizer** prope **Livno**, et supra **Suljaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Epipactidem palustrem, CRANTZ., VIS., l. c. adde locum in paludosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, et ad rivum **Passina Vodda** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Post hanc addatur

Epipactis rubiginosa, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 801.

E. labello anteriore acuminato apice recurvo, perianthii campanulati patuli laciniis tribus exterioribus parce puberulis, gibbis baseos plicato-crispis, bracteis lanceolatis acuminatis multinerviis perianthii laciniis subbreviori-bus, foliis ovatis lanceolatisque.

Syn. Serapias atrorubens, SCHULT., oesterr. fl. I, p. 58. Epipactis atrorubens, RCHB., fl. exc., p. 133. Epipactis Helleborine a. rubiginosa, CRANTZ, stirp. austr. VI, p. 462; RCHB. fil., ic. germ., XIII-IV, p. 141; PANĆ., el. pl. vasc., p. 88.

Icon. RCHB., pl. crit. VIII et RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, t. CCCCLXXXV; GUNN., fl. norv., tab. V, fig. 3-4; CRANTZ, l. c., fig. b, c.

Hab. in sylvaticis montis **Durmitor** (M. N.), ubi indicatur a prof. PANĆ., l. c. Fl. atropurpurei. Fl. aest. Peren. — Addatur genus

LISTERA, R. BR.

in AIT., hort. Kew. ed. III, p. 201.

Char. Perianthium ringens, phyllis distinctis in galeam conniventibus. Labellum ecalcaratum pendulum. Gynostemium postice stigmate crasso ovato terminatum, in quo anthera inserta. Anthera libera sessilis persistens. Pollen farinaceum. Rostellum bilamellatum. Ovarium rectum, pedicello contorto.— *Cl.* Gynandria. *Ord.* Diandria. *Syst. sex.*

Listera ovata, R. BR. in AIT. h. Kew., l. c.; HOST, fl. austr. II, p. 533; RCHB., fl. exc., p. 133; TOMMAS., veg. di Vegl., p. 63.

L. labello trilobo pendulo, lobis lateralibus minimis, medio maximo perianthii phyllis exterioribus subtriplo longiore, lineari bifido, bracteis ovatis acuminatis pedicello brevioribus, caule bifolio, foliis oppositis approximatis ellipticis.

Syn. Ophrys ovata, L., sp. pl., p. 1340. Neottia latifolia, RICH. in mém. du Mus. IV, p. 59. Neottia ovata, BLUFF et FINGERH., comp. fl. germ., p. 453; RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, p. 147.

Icon. RCHB., pl. crit. IV, tab. 812; RCHB. fil., ic. germ. XIII-IV, tabula CCCCLXXIX; OED., fl. dan., t. 137; HALL., ic. helv., tab. XXXIX.

Hab. in graminosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), a **Vranduk** supra **Gradiscbie** et **Bjela** ad **Travnik** et **Ebendhain** (Bosnia), SENDT., et in locis umbrosis ad **Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 63.

CALLACEAE, BARTL.

VIS., fl. dalm. I, p. 183.

Ad Arum maculatum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 184 adde locum in **Hause Fellaich** (Bosnia), SENDTN.

Ad Arum italicum, MILL., VIS., fl. dalm. I, p. 183 adde locum in saxosis circa **Trebinje** ad pedem montis **Gliva** (Herceg.), PANTK., l. c., et ad sepes **Cassione, Bornibo** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.

Ad Arum orientale, VIS.. fl. dalm. I, p. 185, corr. in **Arum Petteri**, SCHOTT, syn. Aroid. I, p. 12 et subjunge synonimon Ari orientalis, VIS. non BIEB.

nec RCHB., ex SCHOTT, l. c., et adde iconem RCHB., fl. germ. VII, tab. 9. et locum in dumetis saxosis ad clivum **Granica** prope **Cettinje** (M. N.), PANČ., l. c., p. 88, et montium **Gliva, Crkviza** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 29, praeter loca jam citata ad **Bergato** et **Bogdassich.**

Ad Biarum tenuifolium, VIS., l. c., citetur synonimon **B. Anguillarae,** SCHOTT, prodr. syst. Aroid., p. 62.

TYPHACEAE, JUSS.

VIS., fl. dalm. I, p. 187.

Ad Typham latifoliam, L., VIS., fl. dalm. I, l. c. adde locum in aquosis circa **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., adn. in fl., p. 29 et in lacu Scodrano (M. N.), PANČ., el. pl., p. 88.

Ad Typham angustifoliam, L., VIS., fl. dalm., III, p. 38 adde locum in aquosis inter **Manastir, Zdrebanik** et **Martiniči** (M. N.) PANTK., l. c., et ad fossas **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 62.

Ad Sparganium erectum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in aquosis **Skodiegrn** in **Bjelagora** (Hercegov.), et ad rivulum **Sušica** prope **Danilov Grad,** et circa **Strajnici** (M. N.), PANTK., l. c. (sub Spr. ramoso, HUDS.); in fossis ad **Vir** (M. N.), PANČ., l. c.; ad fossas in **Valle di Besca** et **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in m. **Vlassich** supra **Baklari,** ad **Tussintan** supra **Kiseljak,** et a **Lopinizza** ad **Voiniza** (Bosnia), SENDT.

NAJADEAE, A. RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 188.

Ad Zannichelliam majorem, BOENNING., VIS., l. c., forsitan referenda est Z. palustris, TOMMASINI, l. c., p. 61 in stagnis ad **Bescanova** crescens et sub m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalmat.), sed hanc non vidi.

Ad Ruppiam maritimam, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 39; TOMMAS., l. c., p. 61 adde locum in fossis aquae marinae ad **Bescanova** sub m. **Triskavaz** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.).

Ad Najadem majorem, ROTH, VIS., fl. dalm., suppl. p. 40 adde locum in palu-

stribus sub monte **Durmitor** versus m. **Stulac** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 88, et ad **Lago di Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.

Ad Posidoniam Caulini, KOCN., VIS., fl. dalm. I, p. 189 adde locum ad mare ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. Huic addatur

Zostera marina, L., sp. pl., p. 1374; HOST, fl. austr. I, p. 1; VIS., fl. dalm. III, p. 355; RCHB., fl. exc., p. 6.

Z. foliis late linearibus 3-5-nerviis, spathae pedunculo superne dilatato, nucibus striatis.

Syn. Phucagrostis minor, CAULIN, phyt., p. 14.

Icon. RCHB., ic. germ. VII, f. 4; Engl. bot., tab. 267; OED., fl. dan., tab. 1501; CAULIN., phyt., l. c., tab. 2.

Hab. in mari Adriatico ad ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., praeter loca citata. Fl. aestate. Per.

Ad Potamogeton natantem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 192 adde locum in flumine **Trebinjšica** prope **Trebinje** (Herceg.), et in **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK, l. c., p. 28, et PANĆ., l. c., p. 87, et in lacubus et stagnis ins. **Veglia** (Dalm.), ad **Capriccio, Panighe, Campi**, TOMMAS., l. c., p. 61.

Ad P. fluitantem, ROTH, VIS., fl. dalm. I, p. 190 adde locum in lacu Scodrano ad ostium **Czernojeviča Rijeka** (M. N.), PANĆIĆ, l. c.

Ad. P. crispam, L., VIS., l. c. adde locum in fluvio **Trebinjšica** propre **Trebinje** (Hercegov.), et in **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** et **Rijeka** (M. N.), PANTK., l. c.; in lacu Scodrano ubique (M. N.), PANĆ., l. c.; in **Valle di Bescanova** sub m. **Triskavaz** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61, et ad **Oussino** supra **Kiseljak, Turia, Podselovo** ad **Passin-Konak** (Bosnia), SENDT.

Ad P. lucentem, L., VIS. adde locum in **Riblje Jezero** sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 87.

Ad P. perfoliatam, L., VIS., l. c., p. 191 adde locum in lacu Scodrano ad **Sinnjac** (M. N.), PANĆ. l. c. — **Syn.** P. densus, PANTK., l. c., non L., et adde locum in flumine **Trebinjšica** prope **Trebinje** (Herceg.), et in lacubus **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. in quo crescit *Var. β.* lancifolius, foliis ovato-lanceolatis, RCHB., ic. germ. VII, tab. 54.

Ad P. pectinatam, L., VIS., l. c. adde locum in **Crno Jezero**, infra **Mali Durmitor** et in aquosis **Mokro** dictis prope **Bjela** (M. N.), PANTK., l. c. Post addatur

Potamogeton rufescens, SCHRAD. in CHAMISS., adn. in KUNTH, fl. berol., p. 5; RCHB., fl. exc., p. 8; PANTK., adn., p. 28.

P. foliis submersis sessilibus membranaceis pellucidis, utrinque attenuatis, margine laevibus, natantibus coriaceis obovatis obtusis, in petiolum folio breviorem attenuatis, caule simplici, drupis lenticularibus, margine acutis.

Icon. RCHB., ic. crit. II, tab. CLXXXIV, fig. 322, et ic. germ. VII, tab. 32, fig. 16; GAUD., fl. helv. I, tab. 4; Engl. bot., tab. 1286.

Hab. in aquis **Riblje Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. Jul. Per.

Potamogeton compressa, L., sp. pl., p. 183; Cod. linn., n. 1040; HOST, fl. austr., I, p. 233; RCHB., fl. exc., p. 8; PANĆ., el. pl. vasc., p. 87.

P. foliis 5-nerviis breviter acuminatis, caule compresso-tetraquetro ramoso, pedunculis sub flore incrassatis complanatis, perianthii phyllis transverse rotundatis, basi vix attenuatis, drupis ellipticis acutis laevibus, dorso tricarinatis.

Syn. P. mucronatus, SCHRAD. in ROEM. et SCH., syst. III, p. 517; PANTK., l. c., p. 29. P. zosteraefolius, SCHUMACH., en. I, p. 50.

Icon. RCHB., ic. crit. II, et ic. germ., VII, tab. 24; OED., fl. dan., tab. 200; Engl. bot., tab. 418.

Hab. in aquis **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), et in palustribus ejusd. m. versus m. **Stulac.** Fl. Jun. Perenn. PANĆ., l. c.

Potamogeton marina, L., sp. pl., p. 184; RCHB., fl. exc., p. 7; PANTK., adn., p. 95; TOMMAS., l. c., p. 61.

P. foliis omnibus submersis membranaceis pellucidis linearibus, basi vaginantibus, caule filiformi compresso ramoso, spicis longe pedunculatis interruptis multifloris, drupis obovato-subglobosis ecarinatis.

Icon. RCHB., ic. germ. VII, tab. XVIII; BOCCON., pl. sic. rar., p. 41, tabula 20, f. 5.

Hab. in aquosis **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), et in flumine **Trebinjšica** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., et in lacu **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 61.

Potamogeton graminea, L., sp. pl., p. 184; HOST, fl. austr. I, p. 223; RCHB., fl. exc., p. 8.

P. foliis inferioribus alternis sessilibus membranaceis pellucidis lanceolato-linearibus acuminatis, emersis oppositis lanceolato-ovatis acutis longe petiolatis, caule ramoso, spicis longis laxiusculis, drupis lenticulari-compressis, longe pedunculatis, obtusis.

Var. β. heterophylla: FRIES, nov. ed. II, p. 36; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 777;

PANĆ., l. c.; PANTK., l. c., foliis submersis brevioribus rigidioribus. — **Syn.** P. heterophyllus, SCHREB., spic. fl. lips., p. 21. — *Icon.* RCHB., ic. germ. VII, tab. XLII, fig. 73-74. — *Hab.* in aquosis circa pagum **Ceklјn** et in **Riblje Jezero** (M. N.), et in m. **Durmitor** versus m. **Stulac.**

Var. γ. Zizii: KOCH, l. c.; PANTK., l. c. major, foliis superioribus oblongis mucronatis undulatisve. — **Syn.** P. Zizii, MERT. et KOCH. K., syn. p. 778.— *Icon.* RCHB., ic. germ., VII, tab. XXXVIII, fig. 66-67. — *Hab.* in aquosis **Riblje Jezero** sub **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. Fl. Julio. Perenn.

Ad Potamogeton pusillam, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 41 adde locum in lacubus **Capriccio** et **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.). TOMM., l. c., et in lacu Scodrano ad **Sinjac** (M. N.), PANĆIĆ, l. c.

LEMNACEAE, LINK.

VIS., fl. dalm. III, p. 355.

Ad Lemnam minorem, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 42 adde locum in aquis ad **Crno** et **Riblje Jezero**, et circa pagum **Coekljn** et in **Mokro** prope **Bjela** (M. N.), PANTK., l. c. sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 88 et in lacu **Capriccio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 62.

ALISMACEAE, L. C. RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 191.

Ad Alismam Plantago, L., VIS., fl. dalm. I, p. 192 adde locum in recessibus lacus Scodrani, ad **Sinjac** et **Vir** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 87, et ad *Var.* β. angustifoliam, l. c. adde locum ad fossas circa **Cattaro** (Dalm.), et **Rieka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 21, et in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 61.

BUTOMEAE, L. C. RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 193.

Ad Butomum umbellatum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in paludosis circa **Rieka, Ploča,** et **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 21, et in fossis ad **Rieka, Vir** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 87.

ASARINEAE, AGARDH.

VIS. fl. dalm. I, p. 194.

Ad Aristolochiam Clematitem, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum ad sepes circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 35, et ad sepes vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 82, ad **Czenizza** supra **Kalocsin** ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN., et in campis et vineis ad **Bescanova** et **Veglia** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 59.

Ad Aristolochiam rotundam, L., VIS., l. c. adde locum inter frutices in saxosis circa **Trebinje** (Herceg.), et **Ploča** (M. N.), PANTK., l. c. et in pratis humidis vallis **Besca, Capriccio, Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Obs. Indicatur etiam **Aristolochia longa,** L., a SENDTNER circa **Fotscka** ad **Sellenichi** (Bosnia), cat. 215, sed non vidi.

Ad Aristolochiam pallidam, WALDST. et KIT, VIS., l. c. adde locum inter frutices in m. **Gliva** prope **Trebinje** et circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 35, et in dumosis ad **Cettinje** (M. N.), PANĆ., p. 82.

Ad Asarum europaeum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 195-6 adde locum in sylvaticis **Peručica** et **Tara Dol** (M. N.), PANTK., l. c., et in sylvestribus ejusdem loci et m. **Sutorman** (M. N.), PANĆ., l. c., et a **Bukovizza** ad **Travnik.** et supra **Bjela Gradaschkie** (Bosnia), SENDT. Addatur *Ordo*.

EMPETREAE, NUTT.

Gen. plant., p. 233.

Flores unisexuales. Calyx tripartitus, aestivatione imbricatus. Corolla tripartita, laciniis cum sepalis alternantibus. Stamina tria libera, sepalis opposita,

antheris bilocularibus. Ovarium liberum disco carnoso impositum, 3-6-biloculare, loculis uniovulatis, stylo subnullo, stigmate radiatim fisso. Embryo in axi albuminis rectus, radicula ad hilum versa.

Frutex alpinus, foliis parvis sempervirentibus, corolla rosea, staminibus purpureis, stigmate radiato.

EMPETRUM, L.

Gen. pl., p. 1100.

Char. Flores dioici. Stigma 9-radiatum. Drupa unilocularis 8-9-sperma. — *Cl.* Dioecia. *Ord.* Triandria. *Syst. sex.*

E. nigrum, L., sp. pl., p. 1450; HOST, fl. austr. II, p. 656; RCHB., fl. exc., p. 765; PANĆ., el. pl., p. 82.

E. caulibus procumbentibus, foliis oblongis linearibusve margine revolutis, marginibus subtus linea alba conjunctis.

Icon. SCHKR., deutsch. fl., tab. 818; NEES ab ESENB. gen. pl. III, tab. 17; CAMER., epist. pl., p. 47.

Hab. sub monte **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ, et ad **Borovizza,** supra m. **Ponikva** ad **Varesh** (Bosnia), SENDT. Fl rosei. Fl. vere. Basi lignosum.

NYMPHAEACEAE, SALISB.

VIS., fl. dalm. I, p. 196.

Ad Nymphaeam albam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 197 adde locum in flumine **Crnojevica Reka** prope **Rjeka** et **Ploča** (M. N.), PANTK., l. c., p. 97.

Ad Nuphar luteum, SM., VIS., l. c., p. 197 adde locum ibidem, ac praecedens, et in **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.

CONIFERAE, L.

VIS., fl. dalm. I, pag. 198.

Ad Pinum sylvestrem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 199 adde locum in montibus **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30.

Ad Pinum Mughus, SCOP., VIS., fl. dalmat. I, p. 200 adde locum in m. **Mali Durmitor** (M. N.). PANTK., adn., p. 30.

Ad Pinum nigricantem, HOST, VIS., fl. dalm., p. 199 adde **Syn.** Pinus Laricio *Var.* β. nigricans: foliis crassioribus rigidiusculis fusco-viridibus, PARLAT., fl. ital. VI, p. 53; P. Laricio β. austriaca, ANTOIN., conif., p. 4 et icones l. c., tab. 2, f. 2; ROCHEL, pl. ban., tab. 39, f. 81. Addatur

Pinus Laricio, POIR. in LAM., enc. V, p. 339; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 767; PARLAT., fl. ital., IV, p. 52; PANTK., l. c., p. 30.

P. foliis geminis viridibus, squamis fulcrantibus lanceolato-subulatis, late albo marginatis apiceque albis fimbriatis, amentis masculis cylindricis, valde elongatis, pedunculis strobilo suo multoties brevioribus, strobilis nitidis erectis conicis, maturis sessilibus patulis, ala suo semine triplo longiore.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. DXXIV; NUOV. DUHAM. V, tab. 67 et 71, f. 2.

Hab. circa **Orahovaz** et in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in m. **Kom** vastas constituens sylvas (M. N.), PANTK., l. c., pag. 30, et ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia, Podselovo** ad **Passin Konak,** et in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT.; in rupestribus m. **Lovćen** et in **Velika Jastrebica** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 86. Fl. vere. Arbor.

Pinus Peuce, GRIS., spic. fl. rumel., p. 349; PANTK., l. c., p. 30 (excl. P. excelsa, WALL.)

P. foliis quinis strictis viridibus strobilo cylindraceo subaequalibus, squamis strobili dilatatis sulcatis glabris, semine brevissime alato.

Hab. in nemoribus district. **Donji Vasojevići** in monte **Sjekirica** supra pagum **Sekular** et **Gračanica,** illyr. **Molika,** PANĆ., el. pl., p. 86, et in montibus **Drekalove Skali,** praecipue in **Drečina usovicstje Kučske** dictis versus **Kom** (in Albania), PANTK. Fl. vere. Arbor.

Ad Pinum Abies, DUROI, VIS., fl. dalm. I, p. 200 adde syn. P. picea, RCHB. fl. exc., p. 159, et locum in m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Hercegov.), et in m. **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30, et sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 86, et ad **Borovizza** supra montem **Ponikva** et **Varesh** (Bosnia), SENDT. — Addatur

Pinus excelsa, LAM., fl. fr. II, p. 202.

P. foliis solitariis compresso-planis mucronatis subtetragonis, utrinque viridibus, strobilis cylindricis pendulis, squamis eroso-denticulatis parallele bilobis.

Syn. P. picea, DUROI, harbk., vol. 2, p. 110; PANĆ., el. pl., p. 86. Abies excelsa, POIR. in LAM., enc. VI, p. 618; RCHB., fl. exc., p. 159.

Icon. RCHB., icon. germ. XII, tab. DXXII; RICH., conif., tab. XIV, f. 2, et tab. XV; CAMER., epist. pl., p. 47.

Hab. sub monte **Durmitor** praecedente rarior (M. N.), PANĆ., et ad **Borovizza** supra montem **Ponikva** et **Varesh** (Bosnia), SENDT.

Ad Juniperum communem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 206 adde locum in sylvaticis ad pedem **Mali Durmitor** circa pagum **Kovčice** (M. N.), PANTK., adn., p. 29; in saxosis supra **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 86, et a **Maglac** ad **Mravic** et **Doboj** (Bosnia), SENDTN.

Ad Juniperum nanam, W., VIS., fl. dalm. I, p. 203 adde locum in rupestribus m. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in montibus **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30.

Ad Juniperum Oxycedrum, L., VIS., fl. dalm. I, l. c. adde locum in saxosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, et **Drača** prope **Pridvorce** (Herceg.), PANTK., l. c., et in saxosis m. **Lovčen** (M. N.), PANĆ., l. c., et iisdem locis ad **Veglia** et **Casslone** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.

Ad J. phoeniceam, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in parte australi ins. **Veglia** et **Panighe** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad J. Sabina, L., VIS., l. c. adde locum in m. **Bjelagora, Durmitor** et **Kom** juxta PANTK., l. c., Illyr. **Somina.**

Ad Ephedram campylopodam, C. A. MEY., VIS., l. c. adde locum in rupestribus circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et in rupestribus ad **Ostrog** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Taxum baccatam, L., VIS., l. c., p. 205 adde locum in rupestribus montis **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c. Illyr. **Tisovina.**

AMENTACEAE, VIS.

VIS., fl. dalm. I, p. 206.

Ad Fagum sylvaticam, L., VIS., l. c., p. 206 adde locum in sylvis montium **Bjelagora** (Herceg.), et in toto (M. N.), PANTK., l. c., p. 31, et in montibus **Lovčen, Ivica, Javorje,** et in convallibus **Morača** et **Tara** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 84; et ad **Fotscha** usque ad **Sellenichi,** et a **Gradaschaz** ad **Srebernik,** et in **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT.

Ad Quercum Robur, L., VIS., l. c., p. 207 adde **Syn.** Q. pedunculata, EHRH., arbor., p. 737 et locum in dumosis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 84, et a **Vranduk** usque ad **Sebsche,** ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turie, Podselovo** ad **Passin-Konak,** a **Gradaschaz** versus **Srebernik,** et in **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT., nec non in locis paludosis ad **Capriccio** in ins. **Veglia** (Dalm.) TOMMAS., l. c., p. 60.

Ad Quercum pubescentem, W., VIS., l. c., p. 208 adde locum circa **Martinići** (M. N.), PANTK., l. c.; in collibus apricis sub m. **Sutorman,** sub **Velika Jastrebica** et ad **Ostrog** (M. N.), PANĆ., l. c.; ad **Suiza** supra **Boroglava,** et a **Czizer** ad **Livno,** nec non in monte **Prologh** (Bosnia), SENDT.; dein in nemorosis **Veglia** et **Bescanova** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. — Ad Q. pubescentem *β*. intermediam, VIS., l. c., suppl., p. 45 adde **Syn.** Q. Tommasinii, KOTSCH. et Q. pubescens *Var.* racemosa, TOMMAS., l. c., p. 60, quae habitat in nemorosis vallis **Besca** et **Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS.

Ad Quercum Cerris, L., VIS., fl. dalm. I, p. 208 adde locum in monte **Gliva** prope **Trebinje,** et circa **Billeki** (Herceg.), **Martinići, Monastir Duga, Lukovo** et **Stravnichi** (M. N.), PANTK., l. c., p. 31; et in sylvestribus sub m. **Javorje,** in valle **Moraća** superioris, et sub m. **Sutorman** (M. N.), PANĆ., el. pl., l. c.; et a **Gradaschaz** versus **Srebernik** (Bosnia), SENDT. Addatur quoque **Syn.** Q. austriaca, W., sp. pl. IV, p. 454, et locum circa **Panighe, Veglia, Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 60. Adde

Quercus castaneifolia, C. A. MEY., pl. caucas., p. 41; PANTK., adn., p. 31; PANČIĆ, el. pl., p. 84.

Q. ramulis petiolisque velutinis, foliis oblongis undulatis sinuato-dentatis, dentibus mucronatis, stipulis linearibus, antheris pilosis, fructibus subsessilibus, cupulae hemisphaericae squamis sericeis reflexis, inferioribus ovato-cuspidatis.

Icon. KOTSCHY, eichen., tab. 40.

Hab. circa **Martinići** in valle **Zašlap** (M.N.), PANTK., et in saxosis **Pišine Strane,** in **Nikšićka Zupa,** et ad **Dobre Strane** distr. **Čeklići.** Illyr. **Česmin** ex PANĆ., l. c., p. 84.

Quercus sessiliflora, SM., fl. brit. III, p. 1026; HOST, fl. austr. II, p. 622; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 736; PANĆ., l. c., p. 84.

Q. foliis longe petiolatis obovatis sinuatis glabris, lobis rotundatis muticis, pedunculis petiolo subaequalibus brevioribusque, squamis cupulae adpressis.

Syn. Q. Robur, β. L., fl. svec., ed. II, p. 340. Q. Robur, ROTH., tent. I, p. 408; RCHB., fl. exc., p. 177.

Icon. SCHKR., deutsch., fl., t. 301, *b*.

Hab. in sylvestribus vallis **Moraća** sup. (M. N.), PANĆ. Fl. Majo, Junio. Arbor. Non vidi.

Quercus conferta, KIT., RCHB., ic. germ. XI, p. 8; PANĆ., l. c., p. 84.

Q. foliis subsessilibus basi cordatis, obovatis, subtus stellulato-pubescentibus, angustissime et crebre pinnatifidis, laciniis incisis, petiolis incrassatis, amentis masculis basi laxifloris, apice clavato-confertis, stipulis anguste obovato-oblongis, bracteis spathulatis, stigmatibus obovatis bifidis, pedunculis brevissimis, squamis cupulae adpressis.

Syn. Q. Farnetto, TENOR., cat. h. neap., 1819, p. 65 (per err. Frainetto) β. conferta ALPH. DC. prodr. XVI, sect. II, p. 11.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. DCXLVI; KOTSCH., eichen., tab. 14.

Hab. in dumetis district. **Bratonožici**, et inter **Danilov Grad** et **Savica** distr. **Bijelopavlici** (M. N.), PANĆ. Non vidi.

Ad Corylum Avellanam, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 209 adde locum in dumetis m. **Gliva** prope **Trebinje** circa **Vučia** et **Bjelagora** (Hercegov.), circa **Danilov Grad**, in **Viruša Dol**, **Crna Planina**, in **Perućica Dol** et **Tara Dol** infra **Kom**, in valle rivuli **Bistrica** circa **Nizin luk**, circa pagos **Lipovo**, **Kovčice**, **Laz** et **Ozdreniči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 31; in dumetis prope **Cettinje**, et ad margines sylvarum in valle **Moraća** et **Zeta** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 84, et ad **Prusacz**, ad **Travnik** et **Scopia** (Bosnia), SENDT. Addatur

Corylus Colurna, L., sp. pl. p. 1417; RCHB., fl. exc., p. 176; PANĆ., el. pl., pag. 85.

C. stipulis linearibus acutis, foliis cordato-subrotundis ovatisve inciso-angulatis, nuce abbreviata, calyce fructus exteriore multipartito, interiore tripartito, laciniis palmatifidis.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. DCXXXVIII. fig. 1303; SEB., mus. I, tabula 27, p. 2. CLUS., hist. pl. I, p. 11.

Hab. in saxosis ad **Košarice** non procul a **Cettinje**, et sparsim in toto distr. **Čekljci** et **Kući** Fl. Febr. ad Majum. *Illyr.* **Semisljika** ex PANĆ., l. c., sed non vidi. Frutex.

Ad Carpinum Betulus, L., VIS., l. c., p. 210 adde locum in sylvaticis montis **Veternik** prope **Bratonožici** (M. N.), PANTK., l. c., p. 31, in sylvestribus sub

m. **Lovćen,** in vallibus **Zeta** et **Morača** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85, a **Vranduk** ad **Sebsche** (Bosnia), SENDT.; et *Var.* squamata a **Varesh** ad **Savniathel** et ad **Samishovatzkan** (Bosnia), SENDT.

Ad Carpinum duinensem, SCOP., VIS., l. c., p. 210 adde locum in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c. ad **Bukovizza,** ad **Czenizza** supra **Kaloczin** ad **Sutynska,** et in **Prologh** (Bosnia), SENDT., in collibus rupestribus ad **Bornibo, Capriccio, S. Maria di Capo** ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 60, et sub nomine C. orientalis, LAM., in saxosis ad **Cettinje, Ostrog, Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85. Adde iconem RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCXXIV.

Ad Ostryam carpinifoliam, SCOP., VIS., fl. dalm. I, p. 211. Adde RCHB. f., ic. germ. XI, tab. DCXXXV sub O. vulgari, W., adde locum in sylvaticis montium **Gliva** et **Drača** prope **Trebinje,** circa **Billeki,** in valle **Raduš Brodo,** et circa **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), in sylvestribus ad **Ostrog** (M. N.), PANĆ., l. c., a **Vranduk** versus **Sebsche** (Bosnia), SENDT., et in nemorosis ad **Bescanova, Valle di Besca, Zuppanie, Panighe** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., pag. 61.

Ad Alnum glutinosam, GAERTN., VIS., fl. dalm. I, p. 211 adde locum in aquosis ad rivulum **Plasnica** prope pagum **Lipovo** (M. N.), PANTK., l. c., p. 30; a **Tussintan** supra **Kiseljak** et **Lipaniza** usque ad **Foiniza** (Bosnia), SENDT. — Huic addatur

Alnus incana, DC., fl. fr. III, p. 304; HOST, fl. austr. II, p. 612; RCHB., fl. exc., p. 175; PANTK., el. pl., p. 30.

A. foliis ovatis acutis argute duplicato-serratis, subtus glaucis subtomentosis, axillis venarum glabris, squamis amenti apice incrassatis.

Syn. Betula incana, L. fil., suppl., p. 417.

Icon. RCHB., ic. germ., XII, tab. DCXXIX; CLUS., hist. pl., p. 12, f. 2; J. BAUH., hist. I, part. II, p. 154.

Hab. ad ripas fluminis **Tara** infra montem **Kom** (M. N.), PANTK., ad **Tussintan** supra **Kiseljak,** ad **Lepeniza** usque ad **Foinizza** (Bosnia), SENDTNER. Fl. Febr. Apr. Arbor.

Post adde genus

BETULA, L.

Gen. plant., n. 1052.

Char. Flores unisexuales monoici amentacei. *Mares*, squamis pedicellatis, unifloris, perianthio triphyllo pedicellato, staminibus sex. *Foeminei*, squamis basi dilatatis, demum lobis basi cuneatis deciduis, bi-trifloris. Ovarium biloculare, stigmatibus binis, nuce alata monosperma. — *Cl.* Dioecia. *Ord.* Hexandria. *Syst. sex.*

Betula alba, L., sp. pl., p. 1393; HOST, fl. austr. II, p. 624; KOCH, syn. fl. germ., p. 760.

B. foliis rhombeo-triangularibus, longe acuminatis, duplicato-serratis, glabris, amentis fructiferis longe pedunculatis pendulis, lobis lateralibus squamarum recurvis, nucibus alatis, ala nuce sua duplo latiore.

Syn. B. verrucosa, EHRH., beitr. b. 98; RCHB., fl. exc., p. 174, qua *Var.* B. pubescentis, EHRH., PANTK., l. c. p. 30.

Icon. Engl. bot., t. 2198; OED., fl. dan., t. 1467; RCHB., ic. germ. XII, tabula DCXXIII.

Hab. in sylvaticis **Peručica Dol** infra **Kom**, et supra pagum **Lipovo** ad portam montis **Sinnjavina Planina**, **Vratlo** dictam, a **Foscha** ad **Sellenichi**, a **Vlassich** supra **Baklari**, a **Foinizza** ad **Travnik** (Bosnia), SENDT.

SALICINAE, RICH.

VIS., fl. dalm. I, p. 211.

Ad Salicem albam, L., VIS., l. c. p. 212 adde locos ad ripas fluminis **Trebinjšica** circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK.; l. c., p. 32, in valle **Zeta** supra **Danilov Grad** prope **Grahovo** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 85; a **Gradaschaz** ad **Srebernik** (Bosnia), SENDT., et ad fossas et loca humida ad **Veglia**, **Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.

Ad Salicem incanam, SCHRK., VIS., l. c., p. 213 adde locos ad ripas rivuli **Jazina** in **Bjelagora** (Herceg.), circa **Rjeka**, et in valle flum. **Tara** infra m. **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.; ad ripas **Sinnjac** et **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85, circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Salicem cineream, L., VIS., l. c., in humidis circa **Rjeka** et **Mokro** prope **Bje-**

la (M. N.), PANTK., l. c., in **Vranduk** usque ad **Sebsche,** a **Gradaschaz** ad **Srebernik,** et ad **Gucziagora** (Bosnia), SENDT. et adde *Var.* aquaticam, SM., fl. brit., p. 1065; PANTK., l. c. p. 32: foliis obovatis, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 748, quae habitat ad rivum **Paššina Vodda** prope pagum **Kovčice** infra m. **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.

Ad Salicem Capream, L., VIS., l. c., p. 212 in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje,** et **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in **Perućica** et **Tara Dol** infra **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85. — Addatur

Salix grandifolia, SERING., cat. helv. p. 20; RCHB., fl. exc., p. 170; KOCH., syn., fl. germ. II, p. 750; PARLAT., fl. ital. IV, p. 239; PANĆ., el. pl., vasc., p. 85.

S. fruticosa erecta, foliis oblongo-obovatis planis obsolete undulato-serratis glabris, subtus cinereo glaucis, stipulis reniformibus, gemmis glabris, amentis coaetaneis sessilibus, fructiferis pedunculatis, capsulis ovato-lanceolatis pedicellatis, stylo brevissimo.

Icon. RCHB., ic. germ., XI, tab. MMXXV.

Hab. in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. et in sylvestribus sub monte **Lovćen** (M. N.), PANĆ. Fl. Ap. Majo.

Salix arbuscula, L., sp. pl., p. 1445; RCHB., fl. exc., p. 168; PARLAT., fl. ital. IV, pag. 269.

S. fruticosa diffusa, vel eretiuscula, ramulis gemmisque pubescentibus, foliis ovato-lanceolatis serrulato-glandulosis, supra nitidis glabris, subtus glaucis, amentis subcoaetaneis, masculis breviter, foemineis longius pedunculatis, pedunculis foliosis, capsulis ovato-conicis tomentosis breviter pedicellatis, stylo longiusculo.

Syn. S. phylicifolia, L., sp. pl. p. 1442; S. Weigeliana, W., sp. pl. IV, p. 678; PANTK. l. c., p. 32. S, Waldsteiniana, W., sp. pl., IV, p. 679.

Icon. WAHLENB.; fl. lapp., p. 263, tab. 16, f. 2; L., fl. lapp., t. 8, f. 2.

Hab. in graminosis montis **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., et ad montem **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. Fl. Junio, Julio.

Salix glabra, SCOP., fl. carn. ed. II, tom. II, p. 255; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 752; PARLAT., fl. ital. II, p. 253.

S. fruticosa, ramis erectis, glabris, foliis ovalibus glabris subtus glaucis, amentis subacoetaneis pedunculatis, pedunculis foliosis, staminibus inferne villosis, capsulis ovoideo-subulatis glabris, breviter pedicellatis.

Syn. Salix Wulfeniana, W. sp. pl. IV, p. 660.

Icon. RCHB., icon. germ. XI, fig. MMXI.

Hab. in monte **Vlassich**, et usque ad **Baklari**, et a **Mali Sandik** ad **Velika Ravan** (Bosnia), SENDT. Fl. Majo, Junio.

Salix hastata, L., sp. pl., p. 1443; RCHB., fl. exc., p. 168.

S. fruticosa, ramis ramulisque glabris, foliis ovalibus lanceolatisque glabris, subtus glaucescentibus, stipulis semicordatis apice rectis, squamis villosissimis, amentis lateralibus pedunculatis, pedunculo folioso, capsulis ovoideo-subulatis pedicellatis glabris, stylo filiformi elongato.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, f. 2013; VILL., pl. du Dauph. III, tab. 50, f. 8 (sub S. Pontederae).

Hab. in **Bosnia**, SENDT. Fl. Jun.

Post Salicem viminalem, L., VIS. fl. dalm. I, p. 213 addatur

Salix rosmarinifolia, L., sp. pl., p. 1148; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 755; RCHB., fl. exc., pag. 1667.

S. fruticosa humilis, ramis prostratis, junioribus pubescentibus, foliis linearibus aut lineari-lanceolatis acuminatis planis, apice rectis, subtus sericeis, stipulis lanceolatis, amentis sessilibus, fructiferis subrotundis, breviter pedunculatis, pedunculo folioso, capsulis ovato-lanceolatis tomentosis longe pedicellatis, stylo brevi.

Syn. S. viminalis-repens, LASCH., PANTK., l. c., p. 32. S. parviflora et S. tenuis, HOST, fl. austr. II, p. 642. S. litoralis, HOST, l. c. II, p. 643.

Icon. HOST, sal. I, tab. 47-48-49 et 52; RCHB., ic. germ. XI, fig. 1242; LOBEL., ic. pl., p. 2.

Hab. ad lacum **Riblje Jezero** prope pagum **Kovčice** ad pedem m. **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Majo.

Ad Salicem fragilem L., VIS., l. c., p. 212 adde locum in dumetis ad rivos **Zeta** et **Morača** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85, cui addatur S. fragilis, L., *Var.* γ. Russeliana, KOCH, l. c., p. 741 et locus circa **Travnik** (Bosnia), SENDT.

Ad Salicem amygdalinam, L., VIS., l. c., p. 217 adde locum ad ripas **Zeta** et prope **Sinjac** (M. N.), PANĆ., l. c., et ad **Mravich, Doboi, Kotorska** usque ad **Fotscha** (Bosnia), SENDT.; nec non ad margines fossarum **Garize** et **Capriccio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.

Ad Salicem purpuream, L., VIS., fl. dalm. I, p. 213 adde locum ad ripas **Sinjac** et **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c.; circa **Travnik** (Bosnia), SENDTN., et ad margi-

nes aquarum, et loca humida ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., pag. 61.

Post addatur

Salix retusa, L., sp. pl., p. 1445; HOST, fl. austr. II, p. 654; RCHB., fl. exc., p. 166; PANĆ., l. c., p. 8; PANTK., l. c., p. 32.

S. suffruticosa prostrata, foliis brevissime petiolatis obovatis aut cuneato-oblongis obtusis glabris, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, capsulis ovato-conicis glabris, breviter pedunculatis.

Syn. Salix serpyllifolia, SCOP., fl. carn. ed. II, p. 255; JACQ. fl. austr. III, tabula 298.

Icon. RCHB., ic. germ. XI, tab. 1186, 1187, 1185; BOCCON., mus. piant., tab. 1; SCOP., l. c., tab. 61.

Hab. in saxosis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in montibus **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et iisdem locis in m. **Durmitor** cum *Var. β.* majore, foliis pollicaribus, amentis multifloris, KOCH, l. c., p. 759. — **Syn.** S. Kitaibeliana, W., sp. pl. IV, p. 683 quae habitat in jugo **Stulac** sub **Crvena Stijena** (M. N.), PANĆ., Fl. Jul. Aug.

Ad Populum albam, L., VIS., l. c., p. 214 adde locum ad ripas vallis **Morača** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85, circa **Mravich, Doboi, Kotorska** usque ad **Fotscha**, et ad **Maglac** (Hercegov.), SENDT., et in locis humidis **Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.

Ad Populum tremulam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 214 adde locum in sylvaticis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herc.); in valle **Perućica Dol** infra **Kom** et in **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 33; in sylvaticis sub m. **Durmitor**, et in valle **Morača** et **Tara** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 85; ad **Travnik ad Bjela** et **Gradisckie** (Bosnia), SENDT.

Ad Populum nigram, L., VIS., fl. dalm. I, p. 315 adde locum in sylvaticis circa **Dubovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c.; ad **Maglac** usque ad **Mravich** et **Doboi** (Bosnia), SENDT., et in locis humidis ad **Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 61.

JUGLANDEAE, DC.

VIS. fl. dalm. I, p. 215.

Ad Juglandem regiam, VIS., fl. dalm. I, p. 167 adde locum ad **Veglia, Garize** (Dalm.), sed culta, TOMMAS., l. c., p. 60, et in tota **Dalmatia, Hercegovina** et **Crnagora,** PANTK., adn., p. 112.

URTICACEAE, DC.

VIS., fl. dalm. I, pag. 215.

Ad Urticam urentem L., VIS., l. c. p. 216 adde locum in cultis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., pag. 32; circa domos et ad sepes **Veglia, Bescanova** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 60; in plateis vici **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 83, et ad **Travnik** in monte **Vlassich**, et ad **Bunarboshi** (Bosnia), SENDTNER.

Ad Urticam dioicam, L., VIS., l. c., adde locum ut in praecedente, et ad **Capriccio** in insula **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in cultis ad **Cettinje, Rjeka, Vir** (M. N.).. PANĆ., l. c.

Ad Urticam glabratam, CLEM., VIS., l. c., p. 217, et suppl., p. 45 adde locum in sylvaticis **Begove Korita** in **Bjelagora** (Herc.), et in valle **Virusa** infra montem **Crna Planina** (M. N.), et **Obs.** eo in loco, PANTK., l. c., p. 17.

Ad Urticam membranaceam, POIR., VIS., fl. dalm. I, l. c. adde locum in rimis murorum circa **Gravosa** (Dalm.), PANTK., l. c., et in cultis ad **Vir,** PANĆ., l. c. (M. N.).

Ad Parietariam officinalem, L., VIS., stirp. dalm., p. 42 et fl. dalm. suppl., p. 46 adde locum in saxosis circa **Trebinje** (Herceg.), et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 32 sub P. diffusa et P. erecta; ad muros **Veglia, Bornibo** et **Bescavecchia** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 60, nec non a **Gradaschaz** ad **Srebernik** (Bosnia), sub P. erecta, SENDT.

Ad Humulum Lupulus, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 19 adde locum in dumetis circa **Trebinje** (Herceg.), et **Rjeka, Danilov Grad** et **Nizin Luk** (M. N.), PANTK., l. c. p. 32; ad sepes et loca humida ad **Castelmuschio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in salicetis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 84.

Ad Morum albam, L. et Morum nigram, L., VIS., fl. dalm. l. c., p. 219 adde locum circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 31.

Post Morum albam, L. addatur

Morus tatarica, L., sp. pl., p. 1399; W., sp. pl. IV, part. II, p. 399.

M. foliis ovatis laevibus, basi aequalibus subcordatis, serratis, apice obtusatis, abrupte acutis, perianthiis margine pubescentibus, stigmatibus glabris, pedunculis amento fructus brevioribus.

Icon. PALL., fl. ross. II, p. 9, tab. 52.

Hab. ab urbe **Travnik** ad **Czenizza** (Bosnia), SENDT. Fl. Aprili. Arbuscula. An forma praecedentis?

Ad Ficum Caricam, L., VIS., l. c. adde locum in rupium fissuris circa **Ragusa** (Dalmat.), circa **Trebinje** (Herceg.), circa **Rjeka, Manastir Duga,** et **Povia** (M. N.), PANTK., l. c.; in saxosis ad **Komani, Sinjac** et **Vir** (M. N.) PANČ., l. c., p. 84; in vineis jamdudum culta in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c.

Ad Celtidem australem, L., VIS., fl. dalm. I, p. 221 adde locum circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.; in saxosis ad **Ostrog** in distr. **Komani** (Illyr. Koscela), PANTK., l. c., p. 84, et in nemorosis **S. Maria di Capo,** scop. **Plavnik** et **Bescanova** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Ulmum campestrem, L., VIS., fl. dalm., I, p. 221 adde locum in dumetis sub monte **Lovčen** sub **Danilov Grad** et ad **Vir** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 84; ad **Maglac** usque ad **Mravich** et **Doboi** (Bosnia), SENDT. — Addatur

Ulmus effusa, W., prodr. fl. berol., n. 296 et sp. pl. I, p. 1325; HOST, fl. austr. I, p. 130.

U. foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, floribus pedunculatis pendulis, fructibus margine villoso-ciliatis, pedunculo multo brevioribus, KOCH, syn. fl. germ., ed. II, p. 735.

Syn. Ulmus ciliata, EHRH., beitr. 6, p. 88; RCHB., fl. exc., p. 180.

Icon. SCHHR. I, tab. 57, a, b; RCHB., ic. germ. XII, tab. DCLXI, f. 1337.

Hab. cum praecedente (Bosnia). Fl. Martio, Aprili. — SENDTN.

SANTALACEAE, R. BR.

VIS. fl. dalm. I, pag. 222.

Ad Thesium Linophyllum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde *Var.* majus, NEILR., fl. v. NIEDR. österr., p. 301, et syn. Th. montanum, EHRH., cum icone,

RCHB., icon. V, tab. 644, et RCHB. f., ic. germ. XXI, fig. 1161, et locum in graminosis m. **Gliva** prope **Trebinje**, circa **Dubovaz** prope **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 34, et supra **Sujliaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDT.

Ad Thesium divaricatum, JAN, VIS., l. c. adde locum in apricis circa **Trebinje** (Herceg.), et **Bogetiči** (M. N.), PANTK., l. c.; et in saxosis ad **Savnici** sub monte **Ivica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 82; et ad **Suiza** supra **Borovaglava, et** a **Czizer** usque ad **Livno** (Bosnia), SENDT. — Dein addatur

Thesium humifusum, DC., fl. fr. V, p. 386; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 617; PANTK., l. c., p. 34; PANĆ., l. c., p. 82.

T. radice perpendiculari ramosa, caulibus prostratis vel adscendentibus racemosis, ramulis floriferis demum patulis, angulis ramorum foliorumque superiorum margine scabris, foliis linearibus obsolete uninerviis, bracteis ternis fructum aequantibus vel media fructu longiore, nuce ovata subsessili, perianthii fructiferi laciniis nuce triplo brevioribus.

Icon. RCHB. f., ic. germ., XI, tab. DXLII, fig. 1153.

Hab. in graminosis montis **Gliva** et in valle **Raduš Brodo** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK.; in rupestribus ad **Ostrog**, et in saxosis **Nikšićka Zupa** (M. N.), PANĆ., l. c. Fl. aest. Junio, Jul. Perenn.

Ad Thesium Parnassi, A. DC., VIS., fl. dalm., suppl., p. 47 adde locum in saxosis m. **Javorje** et m. **Velika Jastrebica** (M. N.), PANĆ., l. c. — Dein adde

Thesium alpinum, L., sp. pl., p. 301; HOST, fl. austr., I, p. 312; RCHB., fl. exc., p. 157; PANTK., l. c., p. 34; PANĆ., l. c., p. 82.

Th. radice fusiformi, caulibus subsimplicibus, ramulis fructiferis erecto-patulis secundis, foliis linearibus uninerviis, bracteis ternis, nucibus subglobosis, perianthio tubuloso nuce sua sublongiore.

Icon. JACQ., fl. austr., V, p. 416; RCHB., ic. germ., XI, tab. DXLI, fig. 1151.

Hab. in pascuis m. **Crna Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.; in pascuis elatioribus m. **Durmitor** et **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., et ad **Vlassich** supra **Baklari, Mali Sandick** et **Velika Ravan** (Bosnia), SENDTN. Fl. Majo, Junio. Fl. virides. Perenn.

Ad Osyridem albam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 223, in saxosis circa **Trebinje** (Dalmat.), et circa (Herceg.), PANTK, adn., p. 34, et in collibus apricis **Veglia, Besca, Dobrinje** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 59.

THYMELAEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. I, p. 223.

Ad Daphnem Mezereum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 224 adde locum in nemoribus vallis **Viruša** infra **Crna Planina**, in valle **Peručica** et circa pagum **Kovčice** ad pedem montis **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 34; et in sylvaticis sub m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., el. pl. vasc., p. 82, et in m. **Vlassich** supra **Oresch**, et supra **Baklari** (Bosnia), SENDT. — Dein addatur

Daphne jasminea, SIBTH. et SM., fl. gr. prodr., p. 260; PANTK., adn., p. 35.

D. floribus terminalibus subternis sericeis, foliis oblongo-obovatis obtusis nitidis, subtus glanduloso-punctatis ramulisque strigosis.

Syn. Daphne glandulosa, BERTOL., fl. ital. IV, p. 337; RCHB., fl. exc., p. 164. D. lucida, LOISL., not., p. 17.

Icon. SIBTH. et SM., fl. gr. II, tab. 358; LOISL., fl. gall., t. I, p. 280; RCHB. f., ic. germ. XI, tab. DLIII, fig. 1174.

Hab. in saxosis **Koristna greda** dictis prope **Vučia** in **Bjelagora** (Hercegov.), PANTK., Fl. albi odori. Suffrutex.

Ad Daphnem alpinam, L., VIS., fl. dalm. I, p. 224 adde locum in rupestribus **Vučii zub** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 82 qui legit absque flore et fructu, sed hanc non vidi. — Post addatur

Daphne Blagayana, FREY., KOCH, syn. fl. germ. II, p. 715; RCHB. f., ic. germ. XI, p. 14; PANČ., el. pl., p. 82.

D. floribus terminalibus subfasciculatis, breviter pedunculatis, basi bracteatis, tuboperianthii, puberulo, laciniis ovatis tubo triplo brevioribus, subtus sericeis, superiorum lineari-cuneatis tubo subaequalibus, foliis oblongo-obovatis glabris.

Icon. RCHB. f., icon. germ. XI, tab. DL, fig. 1180.

Hab. in herbidis saxosis sub monte **Durmitor** non procul a lacu **Riblje Jezero** (M. N.). Fl. ochroleuci. Fl. Majo. Perenn. Non vidi.

Ad Passerinam annuam, WICHSTR., VIS., l. c., pag. 225 adde locum inter segetes **Dobrinje** et **Besca** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 58.

LAURINEAE, VENT.

VIS. fl. dalm. I, p. 225.

Ad Laurum nobilem, L., VIS, l. c., p. 226 adde locum ad sepes **Veglia, Cassione** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

POLYGONEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. I, p. 226.

Ad Polygonum viviparum, L., VIS., fl. dalm. I, pag. 227 adde locum in pratis vallis m. **Kom, Sinnjavina Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., in pascuis elatioribus m. **Durmitor** et m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., et in m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT. — Adde

Polygonum Bistorta, L., sp. pl., p. 516; HOST, fl. austr. I, p. 483; RCHB., fl. exc., p. 573.

P. caule simplici monostachyo recto, foliis oblongo-ovatis subcordatis margine undulatis, petiolis alatis.

Icon. OED., fl. dan., t. 421; Engl. bot., tab. 509; BULL., hist. des pl., tabula 574; CLUS., hist., pl., p. 574.

Hab. in pratis vallis **Medov**, infra m. **Jastrebica** in **Bielagora**, in valle **Viruša** infra **Crna Planina**, in valle **Peručica** infra **Kom**, in m. **Sinnjavina Planina**, et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., et in irriguis ad **Margita Vodda** sub m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c. Fl. rosei. Fl. Jun. Jul. Perenn.

Ad Polygonum amphibium, L., VIS., fl. dalm. I, p. 227 adde locum in aquosis ad **Crnojevica Reka** prope **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., et *Var.* A. nutans, MOENCH., VIS., fl. dalm. I, p. 227, in lacu **Scodrano ad ostium rivi Crmnica** (M. N.), PANĆIĆ, l. c.

Ad Polygonum nodosum, PERS., VIS., fl. dalm. I, p. 228 adde **Syn.** P. lapathifolium, PANTK, adn., p. 33 et locum in humidis circa **Cattaro** (Dalmat.), PANTK., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 58, et ad *Var.* *β.* incanum, VIS., l. c., locum in humidis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Polygonum laxiflorum, WEIHE., VIS., fl. dalm., l. c. adde **Syn.** P. minus, HUDS. et TOMMAS., l. c.

Ad Polygonum oviculare, L., VIS., l. c. adde locum ad vias et in pascuis circa

Trebinje (Herceg.), in valle **Viruša** infra **Crna Planina** et circa **Ćeklin** (M. N.), PANTK., l. c., p. 33; in cultis ad **Niegös, Cettinje** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 82, et in locis incultis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Polygonum Bellardi, ALL., VIS., l. c. adde locum in viis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 34, et inter segetes **Zuppanie** et **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Polygonum Convolvulus, L., VIS., fl. dalm. I, p. 229 adde locum in cultis circa **Trebinje** (Hercegov.), et **Kovčice** (M. N.), PANTK., l. c. et in campis et sepibus **Veglia, Capriccio, Bescanova** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Polygonum dumetorum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 230 adde locum in cultis ad **Sinjac** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 82.

Ad Polygonum Fagopyrum, L., VIS., l. c. adde locum (sed cultum) ad **Bescanova** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Rumicem Acetosa, L., VIS., l. c., p. 230 adde locos in pratis m. **Leutor** prope **Trebinje** (Herceg.), in valle **Viruša** infra **Crna Planina**, et circa **Kovčice**, infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., pag. 34; in pratis sylvestribus sub **m. Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 81; a **Gradaschaz** ad **Srebernik** ad **Dolaz**, circa **Travnik** et alibi in pascuis (Bosnia), SENDT.; et in pratis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Vulgaris

Ad Rumicem arifolium, L., VIS., l. c., p. 231, adde locum in pratis **Carina** dictis infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.; ad **Mali Sandick**, et supra **Baklari** (Bosnia), SENDT.

Ad Rumicem Acetosella, L., VIS., l. c., p. 231 adde locum in graminosis circa **Trebinje**, et **Billeki** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 34; in muscosis vallis **Morača** sup. et **Tara** (M. N.), PANĆ., l. c.; et a **Gradaschaz** ad **Srebernik**, et ad **Fellaich**, ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia, Berg-Podselovo** ad **Paschinkonak**, et alibi in (Bosnia), SENDT. Ad *Var.* γ. multifidam VIS., l. c. adde syn. **R. multifidi**, L. et PANTK., l. c. et locum circa **Danilov Grad** (M. N.).

Ad Rumicem scutatum, L., VIS., l. c. p. 232 adde locum in pratis alpinis montium **Kom, Sinnjavina Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.; in glareosis montium **Durmitor, Javorje** et **Kom** (M. N.), PANĆ. l. c.; et in locis rupestribus montium **Triskavaz** et **Organ** et ad **Bescanova** et **Bescavecchia** in **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 58. — Dein addatur

Rumex alpinus, L., sp. pl., p. 480; HOST, fl. austr. I, p. 456; RCHB., fl. exc., pag. 569.

R. foliis infimis subrotundo-cordatis obtusisque, petiolis canaliculatis, racemis dense paniculatis aphyllis, phyllis perianthii fructiferi cordato-ovatis integris callosis.

Icon. Engl. bot., tab. 127; MEISN., polyg., tab. 11, E; BLACKW., herb., t. 262.

Hab. in pascuis alpinis montium **Crna Planina, Kom, Sinnjavina Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., et ad casas et circa ovilia sub m. **Velika Jastrebica** (M. N.), Illyr. **Ravent,** PANĆ. l. c.

Ad Rumicem crispum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 233 adde locum in apricis circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c.; in pratis ad **Sinjac** et prope **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c.; ad **Gucziagora** et a **Travnik** ad m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT., et in pratis et loca herbida in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 58.

Ad Rumicem conglomeratum, MURR., VIS., fl. dalm. I, p. 233 adde locum ad fossas et loca humida **Veglia, Capriccio, Bornibo, Panighe** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et a **Varesh** et **Savniathes** ad **Samishovazhan** (Bosnia), SENDT. — Dein addatur

Rumex sanguineus, L., sp. pl., p. 476; SM. fl. brit., p. 396; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 705.

R. foliis infimis cordato-oblongis aut subpanduriformibus, mediis cordato-lanceolatis acuminatis, ramis rectis erecto-patentibus, florum verticillis nudis, vel infimis folio munitis, phyllis perianthii fructiferi interioribus lineari-oblongis obtusis integerrimis, unica callifera.

Hab. a **Travnik** ad pedem m. **Vlassich** loco **Burnaboshi** (Bosnia), SENDT. Fl. Jul. Perenn.

Obs. Folia nunc omnino viridia (R. sanguineus β. viridis SM.), nunc venis foliorum truncoque rubris (R. sanguineus β. genuinus, KOCH). — Addatur

Rumex nivalis, HEGETSCHW. et HEER, fl. d.; SCHWEIZ, p. 345; KOCH, syn. fl. germ., p. 345; PANTK., el. pl., p. 34.

R. foliis infimis exterioribus subrotundo-ovatis obtusissimis subcordatis, interioribus ovatis oblongisve hastatis, caule simplici verticillato-ramoso, phyllis perianthii fructiferi interioribus subrotundo-cordatis integerrimis basi deflexo-callosis, exterioribus refractis.

Hab. in glareosis alpium **Kom,** in **Sinnjavina Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. Julio. Perenn.

PHYTOLACCEAE, R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 234.

Ad Phytolaccam decandram, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum circa **Trebinje** (Herceg.), et ad **Crnojevica Reka** prope **Rjeka** (M. N.), PANTK., adn., p. 108, et in dumetis ad **Boljevići** distr. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 80.

CHENOPODEAE, VENT.

VIS. fl. dalm. I, p. 234.

Ad Salicorniam herbaceam, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 235 adde locum ad mare in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 57.

Ad Salicorniam fruticosam, L., VIS., l. c., p. 237 adde locum in locis salsis ad mare circa ins. **Veglia, Dobrinje** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Atriplicem portulacoidem, L., VIS., l. c. p. 236 adde locum ad mare circa ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. sub **Obione portulacoide,** MOQ-TAND.

Ad Atriplicem hortensem, L., VIS., l. c. adde locum in agris cultis et incultis **Rossignez, Bescanova,** in ins. **Veglia** (Dalmat.), et in cultis ad **Cettinje et Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 81. — Dein addatur

Atriplex nitens, REBENT., prodr. fl. neomarch., p. 126; HOST, fl. austr. I, p. 126; RCHB., fl. exc., p. 577; TOMMAS., l. c. p. 57.

A. caule herbaceo erecto, foliis cordato-triangularibus sinuato-dentatis, supra nitidis glabris, subtus argenteo-glaucis, superioribus longe acuminatis, perianthiis fructiferis ovatis venoso-reticulatis integerrimis basim usque bipartitis.

Syn. A. acuminata, WALDST. et KIT., pl. hung. rar. II, p. 103.

Icon. WALDST. et KIT., l. c., p. 103; STURM., deutsch. fl., tab. 348.

Hab. cum praecedente in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS. Ann. Fl. aestate.

Atriplex hastata, L., sp. pl., p. 1494; RCHB., fl. exc., p. 578; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 702.

A. caule erecto herbaceo, ramis inferioribus divaricatis, foliis inferioribus triangulari-hastatis, profunde sinuato-dentatis, viridibus, superioribus hastato-lanceolatis, summis integerrimis, perianthiis fructiferis cordato-triangularibus radiato-dentatis basim usque partitis, dentibus acuminatis subulatisque.

Icon. RCHB., pl. crit. I, tab. 33; OED., fl. dan., tab. 1635.

Hab. ad mare circa **Cassione** et **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 58. Fl. aestate. Annua. Non vidi.

Ad Chenopodium Vulvaria, L., VIS., fl. dalm. I, p. 237 adde **Syn**. Ch. olidum, CURT., TOMMAS., veg. Vegl., p. 57, et locum ad vias, fimeta et in ruderatis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. et circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., p. 33.

Ad Chenopodium polyspermum, L., VIS., l. c. adde in incultis et ruderatis ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Chenopodium album, CURT., VIS., l. c. adde locum in incultis ad **Nijegoš**, **Cettinje** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 81 et iisdem locis in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Adde *Var.* **a. spicatum**: glomerulis florum spicatis: et locum a **Travnik** ad pedem m. **Vlassich** (Bosnia), SENDT. — Adde

Chenopodium opulifolium, SCHRAD. ap. KOCH et ZIZ, cat. pl. palat., p. 6; RCHB., fl. exc., p. 579; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 697; PANTK., adn., p. 33.

Ch. albo-farinosum, foliis subrotundo-rhombeis subtrilobis obtusissimis eroso-dentatis, superioribus elliptico-lanceolatis, cymis florum subaphyllis, seminibus laevibus nitidis.

Icon. VAILL., bot. paris., tab. VII, fig. 1.

Hab. in incultis circa **Billeki** (Herceg.), et **Rjeka** (M. N.), PANTK. Fl. Jul. Sept. Annuum.

Ad Chenopodium murale, L., VIS. adde locum in ruderatis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Chenopodium urbicum, L., VIS., l. c. adde *Var.* *β.* **intermedium**, M. KCH., foliis sinuato-dentatis, dentibus triangulari-lanceolatis acuminatis, KOCH, l. c., p. 696. — *Icon.* Engl. bot., tab. 717, et locum in incultis circa **Trebinje** (Herc.), PANTK, l. c.; HOST, fl. austr. I, p. 322 sub Ch. urbico, L. — Adde

Chenopodium hybridum, L., sp. pl., p. 319; HOST, fl. austr., I, p. 322; RCHB., fl. exc., p. 530; PANTK., adn., p. 81; PANĆ., el. pl., p. 81.

Ch. viride, foliis cordatis, dentato-angulatis, dentibus acuminatis, intermedio majore elongato, cymis paniculatis divaricatis aphyllis, seminibus faveolato-punctatis.

Icon. OED., fl. dan., tab. 2040; VAILL., l. c., tab. VII, f. 2; Engl. bot., tabula 1919; BARREL., ic. pl., tab. 540.

Hab. in vineis ad **Klopot** distr. **Bratonožici** (M. N.), PANĆ. Non vidi. — Adde

Chenopodium rubrum, L., sp. pl., p. 318; HOST, fl. austr. I, p. 322.

Ch. foliis nitidis rhombeis, basi cuneatis, subhastato-trilobis, sinuato-dentatis, dentibus lanceolatis, spicis axillaribus erectis foliatis compositis, seminibus erectis laevibus, terminali glomerulorum horizontali.

Syn. Blitum rubrum, RCHB., fl. exc., p. 582; TOMMAS., l. c., p. 57.

Icon. DALECH., hist, p. 542, f. inf.; OED., fl. dan., tab. 1149; Engl. bot., tab. 1721.

Hab. ad vias in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS. Fl. Jul., Sept. Annuum.

Chenopodium glaucum, L., sp. pl., p. 320; HOST, fl. austr. I, p. 323; PANĆ., el. pl., p. 81.

Ch. caule diffuso, foliis oblongis obtusis sinuato-dentatis, subtus glaucis, spicis aphyllis, seminibus laevibus.

Syn. Blitum glaucum, KOCH, syn. fl. germ. suppl.; PANĆ., l. c., p. 81; MARCHES., descr. Pelag., p. 203.

Icon. CHIABR., sciagr., p. 305, f. 5; OED., fl. dan., tab. 1151; Engl. bot., tab. 1454. Fl. Jul. Sept. Annuum.

Hab. in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ. et in ins. Pelag. (Dalm.), MARCHES.

Chenopodium Botrys, L., sp. pl., p. 320; HOST, fl. austr. I, p. 323; RCHB., fl. exc., p. 580; PANĆ., l. c., p. 81.

Ch. glanduloso-pubescens, foliis oblongis subpinnatifido-sinuatis obtuse dentatis, supremis bracteaeformibus lanceolatis integerrimis, cymis in racemos longos dispositis.

Icon. DALECH., hist., p. 542, f. inf. BLACKW., herb., f. 314; FUCHS., hist., p. 179; DODON., pempt., pag. 34.

Hab. in glareosis rivi **Crmnicka Rjeka** prope **Vir** (M. N.), PANĆ., Fl. aest. Annuum. Non vidi.

Ad Agatophyton Bonus Henricus, MOQ-TAND., VIS., fl. dalm. I, pag. 241 adde **Syn.** Chenopodium Bonus Henricus, L., et locum in graminosis alpinis circa ovilia **Javorce** dicta in m. **Crna Planina**, in pascuis **Carina** infra **Kom**, et circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.; et **Syn.** Blitum Bonus Henricus, C. A. MEY. et PANĆ., l. c., p. 81, et locum in cultis sub m. **Durmitor** et m. **Velika Jastrebica** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad Camphorosmam monspeliacam L., VIS., fl. dalm. I, p. 242 adde locum ad rupes et oras maritimas ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Suedam maritimam, MOQ-TAND., L., VIS., fl. dalm. I, p. 242 adde **Syn.**

Schoberia maritima, C. A. MEY., TOMMAS., l. c., p. 57, et locum in solo salso ad **Ponte**, **Dobrinje**, **Cassione** et **Veglia** in ins. ejusdem nominis (Dalmat.), TOMMAS.

Ad Salsolam Kali, L., VIS., fl. dalm. I, p. 243 adde locum in campis arenosis ad **Cettinje** (M. N.), PANĆIĆ, l. c., p. 81, et in locis salsis **Dobrinje, Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 81.

Ad Salsolam Soda, L., VIS., l. c., adde locum **Dobrinje, Veglia, Bescanova** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

AMARANTHACEAE, R. BR.

VIS. fl. dalm. I, p. 244.

Ad Amaranthum Blitum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 245 adde locum in ruderatis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 33 et in cultis ad **Savica** distr. **Komani** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 80.

Ad Amaranthum sylvestrem, DESF., VIS., l. c., adde locum in cultis circa **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 33, et in ruderatis **Valle di Besca, Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 57.

Ad Amaranthum deflexum, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 48 cum **Syn.** A. prostratus, BALB., et locum ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. et in cultis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Amaranthum retroflexum, L., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum ad **Cettinje, Rijeka, Vir** (M. N.), PANĆ. l. c., p. 80.

Ad Polycnemum arvense, L., VIS., fl. dalm. I, p. 246 adde locum in agris circa **Trebinje**, (Herceg.), **Rijeka** et **Komani** (M. N.), PANTK., l. c. et in campis aridis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

SCLERANTHEAE, LINK.

VIS. fl. dalm. I, p. 246; et suppl. p. 48.

Post Scleranthum annuum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 247 addatur

Scleranthus uncinatus, SCH., in asperis montium **Vojnik, Durmitor** et **Kom**; in sylvestribus m. **Durmitor** prolixus, gracilis, floribus in axillis **foliorum** dissi-

tis; in apricis m. **Kom** compactus, floribus in apice ramorum fasciculatis, PANĆ., el. pl., p. 31. **Obs.** Vix extricandus et probabiliter binas species comprehendens.

Scleranthus perennis, L., sp. pl., p. 580; HOST, fl. austr. I, p. 515; RCHB., fl. exc., p. 565.

Scl. perianthii laciniis oblongis late marginatis obtusis, fructiferis clausis.

Icon. STURM., deutsch. fl., tab. 120. Engl. bot., t. 352; OED., fl. dan., tab. 563.

Hab. ab **Oussino** supra **Kiseljak, Turia,** in monte **Podselove** ad **Paschin-Konak** (Bosnia), SENDT.

Obs. Alias species in **Hercegovina** et **Montenegro** collectas recensuit PANTK. in sua adnot. pl., p. 100 et 101, quas cl. REICHENBACHIO patri communicavit, et quarum differentias ab ill. et venerando Scleranthorum monographo fidenter expectamus. Tales sunt

Scleranthus Bjelagoranus, S. Celtiniensis, S. curvibracteatus, S. echinophorus, S. Engadinus, S. jastrebicanus, S. montenegrinus, S. Pantocsekii, S. subuncinatus, S. Umagellus, S. uncinellus, S. unculatus, S. unguiculatus, RCHB.

Paucas ego quoque misi clarissimo RCHB. patri, e quibus pro novis habuit **Scleranthum Visianii,** RCHB., **Scl. Orzinii,** RCHB., et **Scl. Cattaroanum,** RCHB., quem exactius nominaverim **Scleranthum ascriviensem,** cum nomen urbis **Cattaro** antiquitus Ascrivium scribi soleret.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Post Bromum squarrosum, L., VIS., fl. dalm. I, p. 74 addatur

Bromus macrostachys, DESF., fl. atlant. I, p. 96.

Br. panicula subsimplici erecta oblonga contracta, spiculis 10-15-floris lanceolatis compressis pedunculo multo longioribus semiverticillatis, aristis ab apice subcontorto divaricatis glumella sesquilongioribus, vaginis pubescentibus.

Syn. Serrafalcus macrostachys, PARLAT., fl. ital. I, p. 397; GREN. et GODR., fl. de Franc. III, p. 503. Bromus lanceolatus, ROTH, cat. bot. 2, p. 18; GUSS., pl. rar., p. 41. *Var.* α. Br. divaricatus, RHODE in LOIS, notic., p. 22; RCHB., fl. exc., p. 43. *Var.* α.

Icon. DESF., fl. atl. I, tab. 19, f. 1 (nec tab. 18, f. 2); GUSS., pl. rar., tab. 8, f. 1; RCHB. f., ic. germ., XI, f. 1597.

Var. β. pubescens: spiculis pubescentibus, culmo scabro. — *Icon.* BONANN., panph. sic., tab. 3.

Hab. in saxosis sub castro **Fort' Asino** dicto ins. **Lossin**, ubi legit et communicavit J. FREYN. Fl. Majo. Annuus.

Obs. Diffect a Br. squarroso, L., quem simulat, panicula aequali erecta, nec secunda nutante, pedunculis multo brevioribus et spiculis lanceolatis nec ovali-lanceolatis.

Post Festucam Myuros, EHRH. et post verba PANTK., l. c. in VIS., fl. dalm., suppl. alt., p. 23 inseratur diagnosis

Festuca rubra, L., sp. pl., p. 109; HOST, fl. austr. I, p. 56; RCHB. fl. exc., p. 39; PANČ., el. pl., p. 100.

F. panicula florente patula, spiculis sub 5-floris, floribus lanceolatis aristatis, foliis infimis complicato-setaceis, culmi planis, ligula truncata, radice stolonifera caespitosa.

FINIS PARTIS PRIMAE.

(Presentata li 11 novembre 1876.)

FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

PARS I.

INDEX

A

B

C


e
a
b
d
c

FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

ADJECTIS PLANTIS IN BOSNIA, HERCEGOVINA ET MONTENEGRO CRESCENTIBUS

PARS SECUNDA

(POSTHUMA)

CUM VII TABULIS

AUCTORE

PROF. ROBERTO DE VISIANI

INSTITUTI VENETI SCIENTIARUM, LITERARUM ARTIUMQUE.

FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

PARS SECUNDA

PLANTAGINEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. II, p. 2.

Ad Flor. Dalm., vol. II, p. 1 sub Plantagine majore adde locum in spongiosis ad **Sinjac** et in fossis ad **Vir** (M. N.), PANČ., el. pl. vasc., p. 80; TOMMAS., veg. Vegl., p. 56 in ins. **Veglia.** Addatur *Var.* asiatica: DCNE in DC., prodr. XIII, p. 694: foliis rotundatis, obscure denticulato-sinuatis, pedunculis spicisque basi remotifloris gracilibus. — **Syn.** P. asiatica, L., sp. pl., p. 163; PANTK., adn. ad fl. et faun., p. 35. — *Hab.* in graminosis circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.) et circa **Ragusa** (Dalm.). An. Pl. intermedia, GILIB., Elem. 1, p. 122?

Ad Plantaginem Cornuti, GOU., VIS., fl. dalm. II, p. 1. Adde iconem, STURM, deutsch. fl. IV, 1, et RCHB., l. c., fig. III.

Ad Plantaginem mediam, L., VIS., l. c., p. 2 adde locos circa **Cattaro** (Dalm.) et in monte **Crna Planina** (M.N.) PANTK., l. c., in (Bosnia) SENDTN. et in pratis ins. **Veglia** (Dalm.); TOMMAS., l. c., p. 56. — Addatur *Var.* *β.* plicata: foliis inter nervos longitudinaliter convexis. — **Syn.** Pl. plicata, SCHOTT., NYM. et KOTSCH., anal. bot., Vind. 1854. p. 4; PANTK., l. c., pag. 35. — *Hab.* in graminosis montis **Kom** (M. N.), PANTK. — **Obs.** An Pl. intermedia, RCHB. fil. ic. germ. XVII, t. MCXXVIII?

Ad Plantaginem lanceolatam, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 2 adde locum **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c., p., 35 (Bosnia), SENDTN., et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c., Vulgaris.

Ad Plantaginem argenteam, CHAIX., VIS., fl. dalm., l. c., p. 3, adde locos **montis Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.) et in pascuis **Carina** dictis infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., P. Victorialis, POIR., PANČ., el. pl., p. 80, in pascuis m. **Durmitor,** jugo **Sljeme** (M. N.), RCHB. fil., ic. germ. XVII, tab. MCXXIX.

Ad Plantaginem Bellardi, ALLION., VIS., l. c., p. 3, adde locos in saxosis circa **Bioče, Duga, Bratonožici** (M. N.), PANTK., l. c., p. 35; RCHB. fil., ic. germ. XVII, tab. MCXXXIII.

Ad Plantaginem Lagopus, L., VIS., l. c., adde locum ins. **Veglia** et circa **Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c., RCHB. fil., ic. germ. XVII, tab. MCXXXIII, fig. III-IV-V.

Ad Plantaginem maritimam, L., VIS., l. c., sub hoc nomine referri possent *var.* subulata, *var.* alpina, *var.* serpentina et *var.* ciliata, Auct. in M.N., Herceg., Bosnia et in insulis obviae.

Ad Plantaginem Psyllium, L., VIS., l. c., p. 5, adde locum in arenosis circa **Gravosa,** (Dalm.) PANTK., l. c.

Ad Plantaginem Coronopus, L., VIS., l. c., adde locum in apricis circa **Cattaro** (Dalm.) et **Bioče** (M. N.), PANTK., l. c., et in ins. **Veglia** ad mare (Dalm.), TOMMAS., l. c. — Addatur

Plantago montana, LAM., enc. bot. V, p. 360; HOST, fl. austr. I, p. 212; RCHB., fl. exc., p. 395; PANTK., l. c., PANČ., el. pl., p. 80.

Pl. glabriuscula, foliis lineari-lanceolatis integris aut remote denticulatis, 5-7-nerviis, scapo tereti piloso, spica rotundato-ovata fuscescente, bracteis glabris, margine membranaceo ciliatis, laciniis calycis subrotundis, apice pilosis, capsula conica disperma.

Syn. P. atrata, HOPP., taschb. 85.

Icon. GUSSON., pl. rar., tab. 13, fig. 3; STURM., deutsch. fl., f. 88, I; RCHB. fil., ic. germ. XVII, tab. MCXXXIV.

Hab. in pascuis mont. **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in m. **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., in pascuis mont. **Durmitor** et **Javorie** (M. N.), PANČ. — Fl. Jul., Aug. Perenn.

PLUMBAGINEAE, JUSS.

VIS. fl. dalm. II, p. 5.

Ad Armeriam canescentem, BOISS., VIS., fl. dalm., suppl., p. 49; PANTK., el. pl., p. 36, adde locum sub A. vulgari, VIS., fl. dalm. II, p. 6 non W. et locum in monte **Prologh** (Bosn.), SENDTN., et in **Cettinje** et m. **Lovčen**, et in **Velika Jastrebica** (M. N.), PANČ., l. c., p. 79 in pascuis circa **Billeki**, et circa **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK. — Addatur ic. RCHB. f., ic. germ. XVII, tab. 99, f. MCL.

Armeria alpina, W., en. pl. h. berol. I, p. 333; RCHB., fl. exc., p. 139; PANTK., l. c., p. 36; PANČ., l. c., p. 90.

A. foliis lineari-lanceolatis linearibusve glabris, subtrinerviis, caule compressiusculo glabro, bracteis elliptico-rotundatis obtusis, interioribus obtusissimis, tubo calycis villoso-striato, pedicello suo dimidio breviore, petalis emarginatis.

Syn. Statice Armeria alpina, HOPP., HOST, fl. austr. I, p. 407.

Icon. STURM., deutsch. fl., tab. 51; RCHB., ic. germ. cent. XVII, tab. MCL, f. I.

Hab. in pascuis **Bjele Carini** dictis; et in m. **Kom**, in **Sinnjavina Planina**, ad lacum **Crno Jezero** et in **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., nec non in m. **Durmitor**, **Kom** et **Javorje** (M. N.), PANČ. — *Var. β.* latifolia: foliis lanceolatis. — *Hab.* in pascuis alpinis m. **Kom** (M. N.), PANTK.

Ad Staticen Limonium, L., VIS., l. c., p. 7, adde locos in insula **Veglia** (Dalm.), et ad St. cancellatam, BERNH., VIS., fl. dalm. II, p. 8, quae St. dictyophora, TAUSCH., diagn. pl. in Syll. pl. nov. Ratisb. II, p. 254 (1828), adde locos in ins. **Veglia** et scopulis ipsam circumcingentibus (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 56; VIS., fl. dalm. suppl., p. 51, et in ins. **Pelagora** et **Lissa** (Marchesetti).

Ad Plumbaginem europaeam, L., VIS., fl. dalm. II, p. 9, adde locum in saxosis ad **Ostrog**, supra **Vir** et ad **Boljeviči** distr. **Crmnica** (M. N.), PANČ., el. pl., pag. 80.

GLOBULARIAE, DC.

VIS. fl. dalm. II, p. 9.

Ad Globulariam cordifoliam, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 10, adde locum in saxosis montis **Gliva**, **Crkviza** et **Drača** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.,

p. 65, in rupestribus m. **Lovćen, Sutorman, Durmitor, Javorje** et **Kom** (M.N.), PANĆ., el. pl., p. 79, in saxosis m. **Triskavaz** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 56. — Addatur *Var.* nana, CAMBESS., PANTK., l. c., p. 65.

Obs. Huc addit Gl. Willkommii, NYM., PANĆ., l. c., p. 79, sed hanc non vidi. *Hab.* in saxosis **Niksićka Zupa** (M.N.).

DIPSACEAE, VAILL.

VIS. fl. dalm., II. pag. 10.

Ad Dipsacum laciniatum, L., VIS., fl. dalm. II, p. 11, adde locum in dumetis vallis **Morača** prope coenobium S. Stephani (M.N.), PANĆ., el. pl., p. 43 et addatur

Dipsacus pilosus, L., sp. pl., p. 111; HOST, fl. austr. I, p. 186; RCHB., fl. exc., p. 197; PANĆ, l. c.

D. foliis petiolatis, supra basim laminae utrinque auriculatis, paleis receptaculi obovatis, cuspidato-aristatis, rectis, setoso-ciliatis, bracteis involucri deflexis capitulo subgloboso subaequalibus.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XII, tab. 704, JACQ., fl. austr. III, tab. 248; Engl. bot., t. 827; OED., fl. dan., t. 1448.

Hab. in alnetis supra **Kolašin** (M. N.), PANĆ. Fl. albidi. Fl. aestate. Bienn. Non vidi.

Ad Dipsacum sylvestrem, MILL., VIS., l. c., adde locum in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Succisam pratensem, MOENCH., VIS., l. c., p. 11, adde locum in pratis pinguibus sub monte **Durmitor** et in valle **Tara** (M.N.), PANĆ., l. c.

Ad Cephalariam leucantham, SCHRAD., VIS., l. c., p. 12 (quam bene exhibet, RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCC (sub Succisa) et in qua notanda sunt alabastra florum globosa), adde locum in saxosis ad **Nijeguš, Cevo** et **Ostrog,** nec non supra **Grahovo** (M.N.), PANĆ., l. c., p. 48, et in ins. **Veglia,** monte **Triskavaz** et scopulo **Plavnik** (Dalm.), TOMMAS., l. c. **Obs.** Huc quoque refero C. graecam, PANTK., el. pl., p. 37, quae nulla nota specifica differt a C. leucantha, SCHRAD., innumeris formis et glabritie fere nulla foliorum ludente, quae conferas in fl. dalm. An et Scabiosa decurrens, SIBTH. et SM., fl. gr. prodr. I, p. 80; C. graeca, ROEM et SCH., syst. veg. III, p. 43, quae ex

descriptionibus prorsus mancis auctorum nulla constanti nota ab illa discriminatur?

Ad Cephalariam transylvanicam, SCHRAD., VIS., l. c., p. 13 adde locum in pratis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., l. c.

Ad Asterocephalum Columbaria, WALLR., VIS., l. c., p. 13, adde locum circa pagum **Čeklin**, in valle fluminis **Tara** infra **Kom**, circa **Lipovo, Kovčice** et **Stavniki** (M. N.), PANTK., l. c., p. 37, et in pratis ad **Guoždd**, et in sylvestribus **Kukurai Brdo** sub monte **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 44: et ad *Var.* δ gramuntia, VIS., fl. dalm., l. c., p. 13, adde locum in graminosis circa **Orahovaz** in **Bjela Gora** (Herceg.), PANTK., l. c., et in saxosis supra **Grahovo**, in asperis ad **Vir** (sine setis) (M. N.), PANČ., l. c., et in **Veglia, Capriccio, Besca** et **Paperda** (Dalm.), TOMMAS., veg. **Veglia**, p. 42, omnes sub Sc. gramuntia, L.

Ad Asterocephalum suaveolentem, WALLR., VIS., l. c., p. 14 adde locum circa **Begir** et **Suiza** (Bosnia), SENDTNER, et ad *Var.* β silenifoliam, VIS., fl. dalmat. II, p. 14 (sub Sc. silenifolia, R. et SCH.), adde locos in rupestribus **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK et PANČ., l. c.

Ad Asterocephalum crenatum, SPR., VIS., fl. dalm. suppl., p. 51, probantur icones citatae, et in diagnosi substitue verba « caulibus erectis » pro « pedunculis scapiformibus. » Dein adde *Var.* β nanam, caule humili repente, pedunculis monocephalis aphyllis. — Speciem legit prope **Cettinje** et in m. **Lovčen**, cl. PANČ., l. c., p. 44: *Var.* prof. Ad. STOSSICK circa **Cettinje.**

Ad Asterocephalum holosericeum, SPR., VIS., fl. dalm. II, p. 14, adde locum sub Sc. holosericea, BERTOL., in saxosis **Orsova Skala** dicitur in valle **Perućica, Doi** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 37, et in asperis sub monte **Kom** loco **Jelica Platno** dicta (M. N.), PANČ., l. c., p. 44, et circa **Begir Beg, Kulla** et **Scopia, Varesh, Vlassich, Czizer** ad **Livno** (Bosnia), SENDTN.

Ad Asterocephalum graminifolium, SPR., VIS., l. c., p. 15, adde locum in rupestribus montis **Lovčen** et supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., p. 47 sub Scabiosa — Addatur

Asterocephalus Webbianus, SPR., syst. veg., p. 382, VIS., ill. pl. gr., p. 16.

A. incano-subsericeus, foliis integerrimis, inferioribus petiolatis obovatis subcrenatis superioribus lyrato-pinnatifidis, lobis oblongis acutis, capitulis longe pedunculatis, hemisphaericis, corollis subaequalibus, setis nigris corona duplo longioribus.

Syn. Scabiosa Webbiana, DON., in botan., reg. 1, p. 117; DC., prodr. syst. IV, p. 660; PANTK., l. c., p. 37.

Icon. Bot. reg., tab. 717.

Hab. in saxosis circa **Rjeka** et in **Orsova Skala** infra **Kom**, PANTK. — Fl. ochroleuci. Suffrut. Fl. aestate. Huic addi meretur

Asterocephalus triniaefolius, VIS.

A. effusus tenuiter pubescens, superne scabriusculus, foliis bipinnati-partitis laciniis setaceo-linearibus mucronatis, capitulis subglobosis, corollis radiantibus, coronae involucelli tubo et fovearum carinis pilosis, setis tubo multo longioribus.

Syn. Scabiosa triniaefolia, TRIV., in Regensb. Flor. 1835, p. 333; GRIS., spic. fl. rum. II, p. 183; PANTK., l. c., p. 44.

Hab. in rupestribus **Crvena Stijena** sub monte **Durmitor** (M. N.), PANČ. Fl. aest. Perenn. Fl. ochroleuci.

Obs. Affinis A. fumariaefolio, VIS. et. PANĆ., pl. serb., qui differt lobis foliorum inferiorum latioribus, et setis coronam fructus vix aequantibus.

Asterocephalus ucranicus, RCHB., fl. exc., p. 194.

A. foliis basi ciliatis, inferioribus, pinnato-partitis, lobis linearibus distantibus, superioribus linearibus indivisis, capitulis hemisphaericis, corollis radiantibus, amplis, coronae dentatae involucelli tubo foveolis aequali, basi piloso, setis tubo duplo longioribus.

Syn. Scabiosa ucranica, L., sp. pl., 144; HOST, fl. austr. I, p. 195; PANĆ., l. c., pag. 44. Sc. argentea, L., sp. pl., pag. 145. Sc. alba, SCOP., del. ins. III, pag. 5.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. 689; SCOP., l. c., tab. 16; GML., fl. sib. II, tab. 87; COULT., dipsac., tab. II, f. 9.

Hab. in glareosis rivi **Gračanička Rijeka** in **Niksicka Zupa** (M. N.), PANĆ. Fl. albi, ochroleuci. Fl. aestate. Bienn.

Ad Scabiosam arvensem, L., VIS., l. c., p. 16 adde locum in graminosis ins. **Veglia**, TOMMAS., l. c., p. 42 (Dalm.), in monte **Gliva** prope **Trebinje**, PANTK., adn., p. 37, et in campis ad **Cettinje**, PANČ. (M. N.), ad **Czenizza** supra **Kalossin** usque ad **Sutynska** et **Prologh** (Bosnia), SENDTN. Adde *Var.* rigidiusculam, KOCH, syn. fl. germ., p. 517: glabra foliis ad costas ciliatis, pinnatifidis vel omnibus indivisis. — *Hab.* ad **Suiza** supra **Boroglava**, et a **Czizer** ad **Livno** (Bosnia), SENDTN. Ad *Var.* β collinam, REG., VIS., l. c., p. 16, ad-

de locum circa **Cettinje** (sub Knautia) (M. N.), PANTK., l. c., p. 37. Sub rar. foliosa: caule folioso, in ins. **Lossin**, Dalm.

Ad Scabiosam integrifoliam et hybridam, L., VIS., l. c. adde locos in graminosis circa **Grancarevo** in **Bjelagora** et circa **Trebinje** (Herceg.), et circa **ieka** (M. N.), PANTK., l. c., et in pratis ins. **Veglia**, **Capriccio**, monte **Organ** etc. (Dalm.), TOMMAS., l. c., sub Knautia

Scabiosa sylvatica, L., sp. pl., p. 142; HOST, fl. austr. I, p. 191; RCHB., fl. exc., pag. 193.

Sc. hispida, foliis scabris indivisis, inferioribus ovato-lanceolatis crenato-serratis, summis lanceolatis sessilibus, capitulis longe pedunculatis, bracteis involucri acuminatis, involucello truncato piloso, calycibus 8-10 aristatis, corollis radiantibus involucro subaequalibus.

Syn. Knautia sylvatica, DUBY, bot. gall. I, p. 257; PANTK., l. c., p. 37.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. 677; JACQ., fl. austr. IV, tab. 362; SAVI, fl. pis., tab. 2, f. 2.

Hab. in graminosis vallis **Virusa Dol** infra **Crna Planina**, in **Perućica Dol**, infra **Kom** et circa **Kovčice** ad pedem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. et supra **Sujliaga** usque ad **Kopriiniza** et **Sutyniska** (Bosnia) SENDTN. Fl. rubro-caerulei. Fl. aestate. Bienn.

Scabiosa longifolia, WALDST. et KIT., pl. hung. rar. I, p. 4; HOST, fl. austr. I, p. 90; RCHB., fl. exc., p. 193.

Sc. inferne glabra, superne pilosa, foliis indivisis oblongo-lanceolatis integerrimis, superioribus sessilibus, foliolis involucri nigricantibus, internis viridibus, corollis subaequalibus.

Syn. Knautia longifolia, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 376; PANTK., l. c., p. 37.

Icon. WALDST. et KIT., l. c. I, tab. 5; RCHB., ic. germ. XII, tab. 676.

Hab. in sylvaticis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., et in **Borovina** (Bosn.), SENDTN.

VALERIANEAE, DC.

VIS. fl. dalm. II, pag. 18.

Post Valerianellam echinatam, DC., VIS., fl. dalm., l. c. addatur

Valerianella olitoria, POLL., fl. palat., I, p. 30; HOST, fl. austr. I, p. 39; RCHB., fl. exc., p. 198; PANTK., adn., p. 36; PANĆ., el. pl., p. 43.

V. fructu ovato-subrotundo compresso obliquo, margine unisulco, lateribus bicostatis, costa altera tenuissima, loculo sterili solitario, calyce obsolete tridentato, bracteis ciliatis.

Syn. Valeriana Locusta olitoria, L., sp. pl., p. 47. Fedia Locusta, RCHB., pl. crit. I, pag. 48.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. DCCVIII, et pl. crit. I, f. 121-122; COSS. et GERM., atl. de Par., tab. XXIV, f. A; Engl. bot., t. 811.

Hab, in graminosis circa **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), PANTK., in cultis et dumetis ad **Cettinje** et prope **Vir** (M. N.). Fl. albi aut caerulescentes. Fl. vere. Annua.

Valerianella carinata, LOIS., not., p. 149; RCHB., fl. exc., p. 198; PANĆ., l. c., pag. 43.

V. fructu subtetragono cymbiformi, postice profunde canaliculato, antice planiusculo, in marginem dilatato, medio et lateraliter unicostato, calyce obsolete unidentato, bracteis ciliatis.

Syn. Fedia carinata, RCHB., pl. cr. I, p. 51.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. DCCVIII, et pl. cr. I, f. 123, COSS. et GERM., l. c., fig. B.

Hab. a **Vranduk** usque ad **Sebsche,** et a **Mravich, Doboi, Katorska** usque ad **Fotscha,** a **Passin Konak** ad **Dobcispolje,** et ad **Travnik** (Bosnia), SENDTN., et in asperis ad **Vir** (M. N.), PANĆ. Fl. albi aut caerulescentes. Fl. vere. Annua.

Ad Valerianellam pumilam, DC., VIS., fl. dalm. II, p. 19, adde locum in herbidis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 36.

Ad Valerianellam eriocarpam, DESV., VIS., fl. dalm., l. c. adde locum in cultis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.; TOMMAS., veg. Vegl. in campis **S. Maria di Capo** et **Veglia** (Dalmat.), et adde iconem, RCHB., ic. germ. XII, tabula DCCXII.

Ad Valerianellam Morisonii, DC., VIS., l. c., p. 20, adde **Syn.** V. dentata, HOST, fl. austr. I, p. 39 et icones, RCHB., ic. germ. XII, tab. DCCX et COSS. et GERM., l. c., tab. D', nec non locos circa **Cettinje** (M. N.), PANTK., adn., p. 36, et in campis **Capriccio, Veglia, Dobrinje** (Dalm.), TOMMAS., l. c. et circa **Travnik** ad **Bukoviza, Fellaich, Sutynska** (Bosnia), SENDTN. sub V. dentata, POLL.

Ad Valerianellam Auricula, DC., VIS., l. c., p. 20, adde locum in agris circa **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c.; TOMMAS., l. c., p. 42 in agris humidis ad **Ca-**

pricclo, Paperda, Garize in ins. **Veglia** (Dalm.); et *Var.* β lasiocarpam, KOCH: fructu hispido, a **Travnik** ad pedem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN. — Adde iconem, RCHB. f., ic. germ., XII, tab. DCCIX.

Ad Valerianellam hamatam, DC., VIS., l. c., adde locum in herbidis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., in iisdem locis ad **Cettinje** et inter vineas ad **Klopot** (M. N.), PANČ., l. c.

Ad Centranthum rubrum, DC., VIS., fl. dalm. II, p. 21, adde locum ad **Castelnovo di Cattaro** (Dalm.), J. FREYN. leg. STUDNICKA.

Ad Centranthum Calcitrapa, DUFR., VIS., l. c., adde locum in sylvaticis ins. **S. Andrea** (Dalm.), leg. SPREITZENHOFER, comm. J. FREYN.

Ad Valerianam montanam, L., VIS., fl. dalm. II, p. 22, adde iconem, RCHB. f, ic. germ. XII, tab. DCCXXI, et locum in pratis alpinis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), in pascuis **Carina**, in monte **Kom**, circa lacum **Ribije Jezero** et in **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 37; in saxosis sub m. **Durmitor, Javorje** et **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 42, et ad **Sutinska** supra **Polyne**, prope **Boroviza** (Bosnia), SENDTN.

Ad Valerianam tripteridem, L.. VIS., fl. dalm. II, l. c. adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCCXXII, et locum in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN.

Ad Valerianam tuberosam, L., VIS., l. c., ad locum in herbidis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et iconem RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCCXXIII. — Dein addantur

Valeriana saxatilis, L., sp. pl., p. 45; HOST, fl. austr. I, p. 38, RCHB., fl. exc., p. 199; PANČ., l. c., p. 43.

V. radice fibrillosa, foliis indivisis aut subdentatis, 3-5 nerviis ciliatis, infimis oblongo-spathulatis, longe petiolatis, caulinis sessilibus lanceolato-linearibus.

Icon. RCHB., ic. germ. XII, tab. DCCXX; JACQ., fl. austr. I, tab. 267.

Hab. in saxosis montium **Javorje** et **Kom** (M. N.). Fl. albi. Fl. aestate. Perenn. Non vidi.

Valeriana celtica, L., sp. pl., p. 46; HOST, fl. austr. I, p. 57; RCHB., fl. exc., p. 199; PANTK., l. c., p. 37.

V. radice squamoso-comosa, foliis indivisis integris glaberrimis, infimis obovato-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis sessilibus, anguste linearibus.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XII, tab. DCCXIX, fig. 1418; JACQ., collect. I, tab. 1; STURM., deutsch. fl., 44.

Hab. in pascuis alpinis montis **Kom** (M. N.), PANTK. **Flores extus rubelli, intus lutescentes. Fl. aestate. Perenn.**

Valeriana bertiscea, PANČ., el. pl. vasc., p. 42.

V. caule basi repente, ramis erectis, foliis repandis obtusis glabris, inferioribus ovalibus obovatisve petiolatis, caulinis sessilibus semiamplexicaulibus oblongis, remote dentatis, acuminatis indivisis trifidisque, floribus cymosis, bracteis lineari-setaceis margine pellucidis, calycibus striatis glabris, corollis infundibuliformibus calyce longioribus.

Icon. VIS., fl. dalm. suppl. alt., pars II, tab. VIII, *c.* flos — *b.* facies fructus — *a.* dorsum.

Hab. in glareosis calcareis montis **Bertisco** sub rupe **Vissoke Grede** (M. N.). Fl. augusto. Fl. carnei. Legit et comm. cl. prof. PANČIĆ. Perenn.

Descr. Caules prostrati nodosi radicantes, ramis simplicibus, floriferis glabris, sub foliorum insertione puberulis. Folia superiora lyrato-trifida, flores dense cymosi pedunculati, bracteis setaceis calycem duplum longis, corollae tubo conico, limbo quinquelobo, lobis obtusis ovato-rotundatis. Stamina tria, antheris ellipticis. Stigma bifidum subinclusum. Fructus ovatus truncatus compressus glaber, nervo marginatus, facie unicostatus, dorso tricostatus, areis intercostalibus angustissimis, pappo 18-radiato incurvo, apice coronatus.

Obs. Affinis V. globulariaefoliae, RAM., quae differt foliis integerrimis nec rapandis, caulinis pinnatisectis nec superioribus trifidis; bracteis lanceolato-linearibus brevibus nec setaceis elongatis; fructus costis quinis, quarum media filiformis, duae subsecive crassiores mediaeque propiores, duae extimae elevatae et marginem fructus constituentes, dum in nostra costae sunt tres aequidistantes et aequilatae, et pappo 18 nec 12-radiato. — In icone V. globulariaefoliae, RCHB., f. ic. germ. XII, tab. DCCXXIII, fig. 1427, fructus costae non bene exhibitae, nec in nostra dorsum fructus unquam 4-costatum. — Affinis quoque V. capitatae, PALL., sed, observante cl. ASCHERSON in herb. Willdenowiano, nostra differt foliis ovalibus, nec ovatis, longe petiolatis, areis fructus inaequalibus, exterioribus latioribus, et pappo 18-nec 12-radiato. A V. Oleneae, BOISS., distat caule omnino glabro, foliis integris, corollis basi gibbis, nec calcaratis.

COMPOSITAE, ADANS.

VIS. fl. dalm. II, pag. 23-126.

Ad Echinopem Ritro, L., VIS., l. c., p. 36 adde locum in apricis **Cassione, Bescanova, Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 45.

Ad Echinopem Ritro β elegantem, VIS., l. c., adde locum in saxosis montis **Lovćen** et supra **Grahovo** (M. N.), PANĆ., el. pl. vasc., p. 50. — Addatur

Echinops ruthenicus, BIEB., fl. taur. cauc. III, p. 597; RCHB., fl. exc., p. 293; GRIS., sp. fl. rum. II, p. 228.

E. caule ramoso foliisque pinnatifidis subtus cano-tomentosis, supra viridulis, glanduloso-hispidulis, laciniis ovato-lanceolatis, margine spinosis, involucri setis interioribus dimidiam longitudinam superantibus, intimis dorso scabriusculis, margine ciliatis.

Syn. Echinops bannaticus, DC., prodr. syst. nat. VI, p. 524; ROCH., pl. ban. rar., p. 77; PANĆ., l. c., p. 50 (non E. ruthenicus, ROCH.).

Icon. RCHB., pl. crit. V, tab. 642 et icon. germ. XV, tab. DCCXXXIII.

Hab. in saxosis ad **Limljani** in valle **Crmnica.** Fl. cerulei. Fl. augusto. Bienn. Non vidi.

Echinops sphaerocephalus, L., sp. pl., p. 1014; HOST, fl. austr. II, p. 523; RCHB., fl. exc., p. 293.

E. caule subramoso, foliis pinnatifidis, supra viscoso-pubescentibus hirtellis, subtus cano-tomentosis, laciniis ovato-oblongis divergentibus sinuato-spinosis, involucri setis interioribus dimidiam longitudinem superantibus, mediis subnullis, intimis dorso pubescentibus, margine breviter ciliatis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCXXXIV; SIBTH. et SM., fr. gr. X, tab. 923; OED., fl. dan. XIII, tab. 2179.

Hab. in **Tussintan** supra **Kiseljak** et **Lepeniza** usque ad **Foiniza** (Bosnia) SENDTN. Fl. coerulescentes. Fl. aestate. Perenn.

Ad Calendulam arvensem, L., VIS., fl. dalm. II, p. 26 ad locum in apricis circa **Ragusa** (Dalm.) et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 43, et in agris et cultis circa **Veglia** et **Valle di Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 44.

Ad Calendulam arvensem β rugosam, VIS., fl. dalm., l. c. ad locos circa **Spalato,** PETT. et in ins. **Lesina,** BOTTERI. — **Syn.** C. sublanata, RCHB., ic. german. XV, p. 99, et *Icon.* XV, tab. 160, DCCCCXL, f. I, II. — Adde

Xeranthemum cylindraceum, SM., fl. gr. prodr. II, p. 172; RCHB., fl. exc. p. 291.

X. involucris cylindricis, squamis exterioribus ovatis muticis, disco **tomentosis**, margine late glabratis, interioribus lanceolatis exsertis.

Icon. RCHB. pl. crit. VII, tab. 862, et ic. germ. XV, tab. DCCXXXVIII; MORIS., hist. pl. s., VI, tab. 12.

Hab. circa **Czeniza** supra **Kalocsin ad Kutynska** (Bosnia), SENDTN. Fl. purpurei. Fl. aestate. Annuum.

Ad Amphoricarpon Neumayeri, VIS., l. c., adde locum in apricis **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), et in saxosis **Ouk Džanov** dictis infra montem **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 45; et in rupestribus montis **Lovčen, Velika Jastrebica,** supra **Grahovo,** in m. **Durmitor** versus **Crvena Stijena,** et in m. **Kom** ad **Vissoke Grede** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 54 et iconem RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCXXXIX et DCCCXVI.

Ad Carlinam vulgarem, L., VIS., l. c., p. 29 adde locum in pascuis et aridis **Capriccio, Castelmuschio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45, et iconem, RCHB., ic. germ. XV, tab. DCCXXXII. — Addatur

Carlina longifolia, RCHB., pl. crit. VIII, p. 25; GRIS. in PANTK., adn., p. 43.

C. caule subsimplici, floccoso, foliis lineari-oblongis integerrimis spinoso-ciliatis, involucri foliolis exterioribus bipinnatifidis, interioribus lanceolatis mucronatis, radiantibus, ad medium ciliatis, bracteis capitulo longioribus.

Syn. Carlina nebrodensis, GUSS., syn. fl. sic. II, p. 433; KOCH, syn. fl. german. II, p. 464.

Icon. RCHB., pl. crit. VIII, tab. 1008, et icon. germ. XV, tab. DCCXLII, fig. II.

Hab. in apricis vallis fluminis **Tara** infra **Kom** (M. N.). Fl. albi. Flor. aestate. Bienn.

Ad Carlinam corymbosam, L., VIS., fl. dalm., l. c., adde locos in agris et apricis **Capriccio** et **Castelmuschio** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in campis ad **Cettinje, Vir, Grahovo** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 52, et adde iconem, RCHB. fil., ic. germ. XV, tab. DCCXLIV.

Ad Carlinam acanthifoliam, ALL., VIS., fl. dalm. II, p. 30, adde locum in saxosis ad **Cettinje, Cëvo, Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 52 et ad **Begir Beg** et **Kulla** ad **Scopia** (Bosnia), SENDTN.; et adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCXL.

Ad Carlinam acaulem, L., VIS., l. c. ad locum in pascuis montis **Ivica, Javorjo**

et sub **Bjelagora** (M. N.), PANĆ, l. c., p. 52, et iconem RCHB. f., ic. german. XV, tab. DCCXLI, f. I, et addatur *Var.* β simplex, VIS., l. c.; RCHB. f., l. c., tab. DCCXLI, fig. II.

Ad Centauream albam, L., VIS., l. c., p. 31 adde locum in rupestribus **Orlova Skala** dictis, vallis **Perućica** infra montem **Kom** (M. N.) et iconem RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCLII. Et ad *Var.* β splendentem fl. dalm. ad locum in apricis vallis **Zaślop** prope **Granćarevo** in **Bjelagora** (Hercegov.), et circa **Sindźon** (M. N.), PANTK., l. c., in saxosis **Cettinje, C'evo** et **Vir** (M. N.), PANĆ, l. c., p. 53; in apricis **Bescavecchia** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45; ad **Suiza** supra **Borogiava** et a **Czizer** usque ad **Livno** (Bosnia), SENDTN. Et sub C. alba *Var.* deusta, RCHB., l. c., adde iconem RCHB. f., ic. XV, tab. DCCLII.

Ad Centauream Jacea, L., VIS., l. c., pag. 32 adde locum in asperis **Nicksićka Zupa** et ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., sub C. amara (M. N.), et a **Travnick** ad pedem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN.; et adde iconem RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCLIII sub. C. amara, L., et C. Weldeniana, RCHB., fl. exc., p. 213.

Ad Centauream Cyanus, L., VIS., fl. dalm., l. c. ad locos circa **Trebinje** (Herc.), PANTK., l. c.; in satis ad **Cettinje, C'evo, Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 53; in satis **Veglia, Dobrinje** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45, et ad **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN. Huic subjungatur *Var.* β marginata: foliis inferioribus pinnatisectis, squamis capituli nigro marginatis. — **Obs.** Cl. GRISEBACH in PANTK., adn. hanc hybridam esse putat a C. Cyano et C. Scabiosa, et eam distinguit duratione perenni (quod in specimine authentico mihi obvio, cui radix deest, non conspicitur), foliis imis pinnatisectis, laciniis oblongo-linearibus elongatis, involucri squamis latius nigro marginatis.

Ad Centauream scabiosam, L., VIS., l. c. adde locum in graminosis montis **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in monte **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.; in pratis montis **Ivica** supra **Śavnic**, in dumetis **Moraća** superioris, sub monte **Javorje** (M. N.), PANĆ., l. c., et adde iconem, RCHB. f., l. c. XV, tab. I et III sub C. Scabiosa et C. coriacea, W. et KIT.

Ad Centauream montanam, L., VIS., l. c., p. 38. *Var.* α integrifoliam fl. dalm. adde syn. C. strictae, KIT., PANTK., l. c., et locum in apricis montis **Gliva** prope **Trebinje**, valle **Jazina** prope **Orahovacz**, et in valle **Raduś Brodo** prope **Vućia** in **Bjelagora** (Herceg.), in saxosis **Orlova Skala** infra **Kom**, et in **Sinn-**

javina Planina (M. N.), PANTK., l. c., et adde iconem, RCHB., fl. germ. XV, tab. DCCLXX et DCCLXXI. — Ad *Var.* β sinuatam, VIS., l. c., adde **Syn.** C. carniolica, HOST, fl. austr. et locum m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN. in pratis vallis **Raduš Brodo** in **Bjelagora** (Herceg.) et in monte **Kom** et **Mali Durmitor** sub C. stricta, *Var.* α, VIS., PANTK., l. c.; in rupestribus montis **Durmitor** jugo **Sljeme** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 53, et locis elatioribus montis **Triskavaz** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., sub C. axillari, W.

Ad Centauream tuberosam, VIS., fl. dalm. II, p. 38, C. napuligeram, ROCH., in Act. hung. **Evkonivei** 1834, citetur RCHB. fil., ic. germ. XV, tabula DCCLXVIII.

Ad Centauream ragusinam, L., VIS., fl. dalm. II, p. 35, adde locum in insula **Pelagosa** (Dalm.), MARCHESETTI, descr. is. Pelag. in Bull. soc. adriat. triest. II, p. 301-303 et iconem RCHB., l. c. XV, tab. DCCXCIV.

Ad Centauream sordidam, W., VIS., l. c., p. 37, adde iconem, RCHB. f., l. c. XV, tab. DCCXCI, f. 1.

Ad Centauream Friderici, VIS., l. c., locum adde specialem in insula **Pelagosa piccola** (Dalm.), MARCHES., l. c., et iconem, RCHB., l. c. XV, tab. DCCLXXVI. — **Obs.** Pubes cinerea plantae sylvestris cultura rarior fit vel omnino evanescit. Affinis **C. Diomedeae,** GASP., differt capitulis bracteatis et squamis appendice scariosa ampla subrotunda terminatis.

Ad Centauream incomptam, VIS., l. c., adde locum in rupestribus montis **Sutorman,** clivo **Mali Lonac,** et in **Bjelagora inter Vučii Zub,** et **Velica Jastrebica** (M. N.), PANĆ., l. c., et adde iconem, RCHB., l. c., tab. DCCLXXXVII, fig. II.

Ad Centauream Cineraria, L., VIS., fl. dalm. II, p. 35, adde iconem RCHB. f., l. c. XV, tab. DCCCXXII.

Ad Centauream salonitanam, VIS., l. c. *Var.* β lanceolatam adde locum in apricis circa **Lukovo** (M. N.) et in iisdem ad **Ćevo** et **Niksicka Zupa** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 53. — Ad iconem speciei, RCHB. f., l. c., tab. DCCXCIII. — Addatur

Centaurea calocephala, W., en. h. berol., p. 928 (fl. flavis), DC., prodr. syst. natur. V, p. 587, DC., prodr. syst. nat., VI, p. 587.

C. caule basi lanato erecto ramoso, ramis apice arachnoideo-lanatis, foliis inferioribus brevissime petiolatis, superioribus bipinnati-partitis, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis summis pinnatifidis, capitulis ovato-globosis ebra-

cteatis, squamarum appendice lanceolata alba pectinato ciliata, intimis appendice scariosa subrotunda, pappo achenia subaequante.

Syn. Centaurea atropurpurea, WALDST. et KIT., pl. rar. hungar. II, p. 121; HOST, fl. austr. II, p. 519; RCHB., fl. ext., p. 216; RCHB., pl. crit. V.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCLXXXIX; RCHB., pl. crit. V, tab. 639; WALDST. et KIT., l. c., tab. 116.

Hab. ad **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDT., et in rupestribus ad **Crvena Stijena** montis **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c. Fl. aestate. Fl. atropurpurei. Perenn.

Var. β subspinosa: foliis inferioribus integris vel basi incisis, appendice spinosa. — *Hab.* in monte **Vlassich** in regione Bosniae septentrionali occidentali supra **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN.

Ad Centauream rupestrem, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 36 adde locum in saxosis m. **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), et ad pagum **Lukovo** (M. N.), PANTK., l. c., et in siccis **Zupanie, Capriccio** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Excl. ic. RCHB., COLUMN., ecphr. I, p. 36, f. dext. et adde icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tabula DCCLXXXXII. — Addatur

Centaurea ceratophylla, TENOR., ad Catal. h. neap. 1819 et fl. neapol. II, p. 274, DC., prodr. syst. nat. VI, p. 588; BERTOL., fl. ital. IX, p. 483.

C. caule humili adscendente erectove subramoso, foliis lanuginosis, inferioribus petiolatis bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus lanceolatisve acutis integris, capitulis breviter pedunculatis subglobosis, squamis involucri ciliatis in spinam longam patulam basi subspinulosam productis.

Icon. TENOR., fl. neap. I. A. C., tab. 85; COLUMN., ecphr. I, p. 36, fig., p. 35 infr.

Hab. ad **Suiza** prope **Borovaglava,** et ad **Czizer** usque ad **Livno** (Bosnia), SEND. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Centaurea phrygia, L., sp. pl., p. 1287; HOST, fl. austr. II, p. 519; RCHB., fl. exc., p. 214.

C. puberula, caule erecto ramoso angulato, foliis oblongo-ellipticis ovatisque indivisis denticulatisque, capitulis subrotundis, involucri squamis e basi lanceolata longe subulatis pinnato-fimbriatis recurvis, ciliis setaceis, pappo achenio breviore.

Syn. Centaurea nervosa, W., en. pl. h. berol. II, p. 925.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XV, tab. DCCLXXIII, et RCHB., pl. crit. IV, tabula 554; OED., fl. dan., t. 520.

Var. β sinuata: foliis mediis sinuato-pinnatifidis. — **Syn.** C. nervosa. *Var.* sinuata, GRIS. in PANTK., adn., p. 44.

Hab. in pratis **Carina** infra **Kom** (M. N.), PANTK.

Obs. Accedo opinioni cl. GODRON et RCHB. fil.; juxta quos pappus in proportione sua cum achenio variat in hac specie, nam junior achenium fere aequat, et in fructu maturo fructu brevior conspicitur: hinc quaevis differentia omnino fallax inter C. phrygiam, L. et C. nervosam, W. — Exemplar nostrum nimis juvenile. — Hujus postremae *Var.* ambigua, RCHB. f., ic. germ., l. c. XV, tab. DCCLXXVI, fig. III, similis varietati nostrae, sed in hac laciniae foliorum longiores.

Centaurea Heufelii, RCHB. fil., ic. germ. XV, p. 27.

C. caule sulcato simplici unifloro, foliis infimis petiolatis oblongis, grosse dentatis, lyratis indivisisve, superioribus sessilibus pinnatipartitis, laciniis lingulatis dentatis, capitulo ovoideo-subrotundo subradiante, squamarum appendicibus laxis latissimis earumdem basim omnino tegentibus, pappo acheniis cylindraceis multo breviore.

Syn. Centaurea Kotschyana, HEUFEL., mscr. nec KOCH, syn. pl. II, p. 473; PANTK., l. c., p. 44; PANĆ., el. pl., p. 53.

Icon. RCHB. fil., l. c. XV, tab. DCCCI.

Hab. in pratis vallis fluminis **Tara** infra **Kom**, et in pratis ad pedem montis **Mali Durmitor** prope pagum **Kovčice** (M. N.), PANTK., et in pratis sylvestribus sub monte **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ. Fl. atro-sanguinei. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Cl. PANĆIĆ in cl. pl. vasc., p. 53, huic addit C. atropurpuream, WALDST. et KIT. et locum indicat in rupestribus ad **Crvena Stijena m. Durmitor** in M. N., sed hanc non vidi.

Ad Crupinam Crupinastrum, VIS., fl. dalm. II, p. 42 adde **Obs.** Inscius an sub hac specie lateat, vel non, Crupina vulgaris, CASSIN., eidem similis, et a cl. TOMMASINIO, l. c., p. 46 indicata in ins. **Veglia** in campis et vineis (Dalm.), et a SENDTNERO ad **Suiza** supra **Borovoglava,** et a **Czizer** ad **Livno** (Bosnia), cautius duxi haec loca ommittere: neutra non visa. Huic addatur

Cuprina vulgaris, PERS. in LESSING, syn. comp., p. 7; KOCH., syn. fl. helv. II, pag. 476.

C. caule ramoso, foliis bipinnatisectis scabris, laciniis linearibus serrulatis acutis, dentibus spinulosis, involucri squamis lanceolatis acutis, acheniis oblongis basi teretibus, areola basilari ovali pappi interioris paleis subdenis.

Syn. Centaurea crupina, L., sp. pl., p. 1285; HOST, fl. austr. II, pag. 514; RCHB., fl. exc., p. 212; SIBTH., SM., fl. gr. IX, p. 900!

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCXLIX, fig. I; VIS., fl. dalm. II, tabula LI, fig. 2, sub c.; SIBTH., Sm. ft. gr. IX, tab. 900.

Hab. in locis sterilibus prope **Castelnovo di Cattaro** (Dalm.). Fl. rubri. Fl. aestate. Annua. Legit C. STUDONICKA.

Ad Centrophyllum lanatum, DC., VIS., l. c.. p. 43, adde locum in apricis circa **Grančarevo** (Herceg.) et **Rijeka** et **Bogetiči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 53; ad margines agrorum circa **Nijegoš** et **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 53; et ad **Czeniza** supra **Kaloscin** usque ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN.

Ad Sylibum marianum, GAERTN., VIS., l. c., p. 44, adde locum in apricis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 44, et in saxosis supra coemeterium **Ostrog** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 51.

Ad Tyrimnum leucographum, CASS., VIS., l. c., p. 44, adde locum in muris circa **Zara** et **Ragusa** (Dalmat.), ad **Trebinje** et **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Onopordon illyricum, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 45, adde locum in campis ad **Cettinje** et in saxosis supra **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 52; et ad margines agrorum, et viarum, locis aridissimis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45. Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXIV, f. 1.

Ad Carduum nutantem, L., VIS., l. c., p. 46, adde locum in arvis et pascuis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., veg. Vegl., p. 45, et in campis ad **Cettinje.** — Adde iconem, RCHB. f., l. c. XV, t. DCCCLXXVII. — Huic addatur *Var.* β macrocephalus, DESF., fl. atl. 2, p. 245; DC., prodr. syst. VI, p. 621; GRIS., sp. fl. rum. p. 216 e in PANTK., l. c., p. 45: capitulis duplo majoribus. — *Hab.* in saxosis prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK. Fl. purpurei. Fl. aestate. Bienn.

Ad Carduum chrysacanthum, TEN., VIS., l. c., p. 46, adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. DCCCLXXII, fig. III et locum in scopulo **Orisieri maggiore** ad insulam **Lossin** ubi legit J. FREYN.

Ad Carduum carlinaefolium, LAM., VIS., l. c., p. 42, adde locum in collibus herbidis ad **Blaca** districtus **Drobniaći** (M. N.), PANĆ., l. cit., et iconem,

RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCLXXII, f. II. — Post hunc cl. PANČIĆ. refert, l. c., suum **Carduum ramosissimum**, quem non vidi, sed dicitur affinis **C. Imoleo,** BOISS., a quo differt corymbis florum laxioribus, squamis interioribus duplo latioribus, foliis profundius sectis, et spinis caulium ac foliorum copiosioribus et validioribus. Moschum redolet.

Ad Carduum candicantem, W. et KIT., VIS., l. c., p. 47, adde locum in apricis **Bjele Rupie** dictis prope **Dubovac** in **Bjelagora** (Herceg.), in valle **Viruša Dol** in **Crna Planina** et in valle **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., et sub C. candicante *β* collino, W. et KIT., adde locum in clivo **Granica** prope **Cettinje**, in saxosis m. **Ivica** et sub **Crvena Stijena m. Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 51; in pratis siccis **Veglia, Paperda, Garize** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45 et a **Travnick** ad **Scopia** (Bosnia), SENDTN.

Ad Carduum pycnocephalum, JACQ., VIS., l. c., ad locum in saxosis sub m. **Lovćen** (M. N.), PANČ., l. c., p. 51, et ad margines viarum, et maceriis insula **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 13.

Ad Carduum achanthoideum, L., VIS., fl. dalm., suppl., p. 56, adde locum in cultis ad **Njegoš, Cettinje, Vir** (M. N.), PANČ., l. c., et in agris ad **Bukoviza** et m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN., et adde florum colorem purpureum, florescentiam julio et augusto, durationem biennem, et iconem, RCHB. fil., ic. germ. XV, tab. DCCCLXXIII. Adde quoque locos in **Vellebith, Podprat** et circa **Cattaro**, nec non in m. **Orien** (Dalm.).

Ad Carduum arectioidem, W., VIS., fl. dalm. suppl., p. 56, adde locum in apricis montis **Vermac** (Dalm.), in pascuis alpinis in **Kom**, in **Perućica Dol** et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 45, m. **Vlassich** supra **Baklari**, et ad **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. Addatur

Carduus Personata, JACQ., fl. austr. IV, p. 25; HOST, fl. austr. II, p. 438; RCHB., fl. exc., p. 283.

C. caulis apice angustissime alato, foliis decurrentibus supra sparsim pilosis, subtus arachnoideo-lanatis, spinuloso-ciliatis, inferioribus late ovatis pinnatipartitis, laciniis oblongis lobatis dentatisque, superioribus ovatis lanceolatisque dentatis, capitulis aggregatis subrotundis.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XV, tab. DCCCLXXIX; JACQ., fl. austr. IV, tabula 348; HALL., icon. helv., tab. 111.

Hab. in sylvestribus montium **Crna Planina** et **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 45, iisdem locis sub m. **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANČ., l. c.,

pag. 51, et supra **Suiljaga** ad **Koprilniza** (Bosnia), SENDTN. Fl. aestate. Fl. purpurei. Perenn.

Ad Cirsium lanceolatum, SCOP., VIS., fl. dalm. II, p. 49, adde locum in salicetis ad **Sinjac, Vir** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 50, in incultis et pascuis **Castelmuschio, Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45, et adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXXVI, f. I.

Ad Cirsium eriophorum, SCOP., VIS., l. c., adde locum in pratis m. **Ivica** sub m. **Durmitor** et ad **Merčenov Do** sub m. **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., et iconem, RCHB. f., l. c. XV, tab. DCCCXXIII.

Ad Cirsium arvense, SCOP., VIS., l. c., adde locum in satis ad **Nijegoš, Grahovo** (M. N.), PANČ., l. cit., et iconem, RCHB. f., l. cit., tab. DCCCXLII et DCCCLXXXVIII.

Ad Cirsium siculum, SPR., VIS., fl. dalm. suppl., p. 57, adde locum in **Valle di Besca** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et probabiliter C. polyanthemum, PANČ., el. pl. vasc., p. 50 (nec DC.), in glareosis sub **Bjela Gora,** in salicetis ad **Vir** et in valle **Zeta** sub **Danilov Grad** fide ipsius PANČ.

Ad Cirsium Erisithales, SCOP., VIS., l. c., p. 49, adde locum in graminosis montis **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., l. c., et in pratis sylvestribus sub m. **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 50. — Adde

Cirsium pauciflorum, SPR., syst. veg. III, p. 375; RCHB., fl. exc., p. 285.

C. caule cano-tomentoso, anguloso, simplici, paniculato erecto, foliis spinulosis, inferioribus longe petiolatis ovatis cordatisve acutis duplicato-dentatis, supra glabris, subtus canescentibus, caulinis amplexicaulibus auriculatis oblongis; capitulis floribundis pedunculatis, squamis lanceolatis depressis, apice incurvis reflexis.

Syn. Cnicus pauciflorus, W. et KIT., pl. rar. II, p. 175; HOST, fl. austr. II, pag. 445.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXXXIII; W. et KIT., l. c., tabula 161.

Hab. in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN. Fl. aestate. Fl. purpurei. Perenn.

Ad Cirsium pannonicum, GAUD., VIS., l. c. III, p. 358, adde iconem, RCHB. f. XV, tab. DCCCXXIX et t. DCCCLXXXVIII, f. 2-3. — Addatur

Cirsium ferox, DC., fl. fr. ed III, n. 3092; PANČ., el. pl. vasc., p. 50; RCHB. f., ic. germ. XV, p. 59.

C. foliis amplexicaulibus pinnatifidis, supra setis scaberrimis, subtus cano-tomentosis, capitulis subgloboso-ovatis, basi involucratis, squamis spinosis subulatis, summis subpatulis.

Syn. Cnicus ferox, L., mant. pl., p. 109.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXXIV.

Hab. in pascuis ad **Guoźd** (M. N.), PANĆ. Fl. albidi vel purpurei. Fl. aestate. Bienn.

Cirsium decussatum, JANKA, fide GRIS. in PANTK., l. c., p. 45.

C. caule angulato pilosulo, apice multifloro, foliis pinnati-partitis, laciniis bi-tripartitis, late linearibus subintegris, remote spinosis, apice mucronatis, supra scabris subtus canis, inferioribus petiolatis, capitulis aggregatis subrotundis subsessilibus, basi involucratis, squamis lanceolatis spinosis, adpressis, lanuginosis.

Icon. VIS., fl. dalm. suppl. alt., p. II, tab. IX.

Hab. in sylvaticis vallis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. aestate. Fl. flavi? Bienn.

Cirsium candelabrum, GRIS., spic. fl. rum., p. 250, et in PANTK., l. c., p. 45.

C. caule lanuginoso anguloso multifloro nutante simplici, superne nudo, foliis amplexicaulibus pinnatifidis repandis oblongis acuminatis, laciniis spinulosis apice mucronatis, subtus glabris aut ad venas puberulis, capitulis glomeratis bracteolatis subrotundis, squamis lanceolatis adpressis apice lineari recurvis.

Hab. in sylvaticis montis **Veternik** prope **Jablan** (M. N.), PANTK. Fl. ochroleuci. Fl. aestate. Bienn.

Cirsium appendiculatum, GRIS., spic. fl. rumel. I, pag. 250, et in PANTK., l. cit., pag. 45.

C. caule angulato erecto paucifloro puberulo simplici, foliis amplexicaulibus pinnatifidis, laciniis ovatis triangularibusve apice spinosis, pedunculis tomentosis, capitulis terminalibus glomeratis subrotundis, squamis erectis ovato-lanceolatis, summis linearibus dentato-spinulosis.

Icon. VIS., fl. dalm. suppl. alt., pars II, tab. X. — *a.* squama — *b.* fructus.

Hab. in sylvaticis vallis **Virusa Dol** infra **Crna Planina**, et in valle fluminis **Tara** infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. purpurei fide GRIS. Fl. aestate. Bienn.

Cirsium oleraceum, SCOP., fl. carn. II, p. 124; RCHB., fl. exc., p. 287; PANĆ., el. pl., p. 50.

C. caule sparsim pilosulo, foliis glabris puberulisve, spinuloso-ciliatis, amplexicaulibus, inferioribus pinnatifidis, laciniis lanceolatis dentatis acuminatis, caulinis indivisis, capitulis terminalibus aggregatis bracteatis, bracteis exterioribus ovatis decoloribus, involucri squamis apice spinuloso-mucronatis, patentibus.

Syn. Cnicus oleraceus, L., sp. pl., p. 115; HOST, fl. austr. II, p. 446.

Icon. RCHB., ic. germ. XV, tab. DCCCXXXIV; OED., fl. dan., t. 860.

Hab. in irriguis sub monte **Durmitor** versus **Crvena Stijena** (M. N.), PANTK. Fl. pallidi. Fl. aestate. Perenn. Etsi Dalmatiae incola praedicatus, hucusque non vidi.

Cirsium rivulare, LK., en. h. berol. II, p. 301; RCHB., fl. exc., p. 285; PANČ., l. c., p. 50.

C. caule subnudo angulato, foliisque puberulis, foliis spinuloso-ciliatis amplexicaulibus pinnatifidis, inferioribus in petiolum alatum denticulatum contractis, laciniis lanceolatis acuminatis subdentatis, capitulis terminalibus parce aggregatis ovatis bracteatis, bracteis linearibus integris, squamis involucri mucronatis erectis.

Syn. Carduus rivularis, JACQ., fl. austr. I, p. 57. Cnicus rivularis, W., sp. pl. III, p. 1676; HOST, fl. austr. II, p. 444.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXXXV; JACQ., fl. austr. l. c., tab. 61. Cirsium carniolicum, ALL., ped., tab. 35-36.

Hab. in irriguis montis **Durmitor** sub colle **Savin Kuk** (M. N.), PANČ. Fl. purpurei. Fl. aestate. Perenn.

Cirsium montanum, SPR., syst. veg. III, p. 376; RCHB., fl. exc., p. 284; DC., prodr. syst. VI, p. 650.

C. caule remote folioso, ramoso, foliis pinnatifidis, laciniis ovatis aut late lanceolatis serrato-spinulosis, capitulis terminalibus aggregatis subbracteatis, squamis lanceolato-linearibus superne recurvis.

Syn. Cnicus montanus, W., sp. pl. III, p. 1676; HOST, fl. austr. II, p. 445. Cnicus alsophilus, POLLIN., fl. veron. II, p. 620. Cirsium alsophilum, PANČ., l. c., p. 50.

Icon. POLLIN., l. c., tab. V, f. 9.

Hab. in irriguis umbrosis vallis **Tara** (M. N.), PANČ., l. c. Fl. purpurei. Fl. aestate. Perenn. Sed non vidi.

Ad Cirsium acaule, ALL., VIS., l. c., p. 50, adde locum in pascuis montis **Ivica**

(M..N.), PANČ., l. c., p. 51, in pascuis aridis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 45.

Ad Cirsium Acarna, DC., VIS., fl. dalm. II, p. 50 adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCCXX.

Ad Chamaepeucem strictam, DC., VIS., suppl., p. 50, adde locum in saxosis clivis **Granica** prope **Cettinje**, per totum districtum **Ceklići** et **Cući**, sub coenobio **Ostrog** et in dumetis vallis **Moraća** superioris (M. N.), PANČ., l. c., p. 51.

Ad Chamaepeucem stellatam, DC., VIS., l. c., p. 50, adde iconem, RCHB. f., XV, tab. DCCCXLI sub Cirsio.

Ad Lappam majorem, GAERTN., VIS., l. c., p. 51, adde locum in humidis vallis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 45, et iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXII, f. II, et t. DCCCLXXXVII, sub Lappa officinali, ALL.

Ad Lappam tomentosam, LAM., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCXI, f. II.

Ad Serratulam tinctoriam, L., VIS., l. c., p. 52, adde locum in pratis sylvestribus ad rivum **Bukoviza** ultra montem **Ivica** (M. N.), PANČ., l. c., p. 52, et in nemorosis **Dobrinje, Castelmuschio, Capriccio**, ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., pag. 45; et iconem, RCHB. f., ic. germ. XV, tab. DCCCII et DCCCLXXXVII.

Ad Serratulam radiatam, BIEB., VIS., l. c., adde locum in rupestribus montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), circa **Monastir Duga** et in monte **Lastva Čevska** prope **Vojniči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 45, et iconem, RCHB. f., l. c., tab. DCCCIII.

Ad Jurineam mollem, DC., VIS., l. c., p. 52, adde iconem, RCHB. f., l. c., tabula DCCCVIII, et ad *Var.* moschatam, RCHB. f., l. c., tab. DCCCIX, fig. II, et locum prope **Trebinje**, et ad **Orlova Skala** in **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad Eupatorium cannabinum, L., VIS., l. c., p. 53, adde locum in umbrosis vallis **Zašlap** prope **Vućia** (Herceg.) et circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 38; in fossis ad **Vir** (M. N.), PANČ., l. c., p. 45 et ad sepes in **Valle di Besca** et **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43. Huc adde *Var.* β syriacum: laciniis foliorum anguste lanceolatis: **Syn.** et *Icon.* E. syriacum, JACQ., fl. austr., III tab.; BORBAS, symbol. ad fl. ins. **Arbe** et **Veglia** ex script. Acad. phys.-math. hung., t. XIV, n. VIII, 1877, p. 20. — *Hab.* cum

praecedente in Dalmat. insulis et continente ad fossos. — Varietas non differt.

Ad Tussilaginem Farfara, L., VIS., l. c., p. 54, adde locum in humidis circa **Trebinje**, circa **Medov Dol** infra montem **Jastrebica in Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., ad ripas **Morača** supra coenobium **Duga** (M. N.), PANĆ., et in solo argilloso humido, **Valle di Besca, Capriccio**, ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Adenostylem alpinam, VIS., fl. dalm. II, p. 54, non BLUFF et FING., corrige **Adenostyles albifrons**, RCHB., fl. exc., p. 278; GRIS. in PANTK., adn.; PANĆ., el. pl. vasc., p. 45.

A. foliis reniformi-cordatis, grosse inaequaliter duplicato-dentatis, subtus subtomentosis, capitulis 3-6-floris: KOCH, syn. fl. germ. I, p. 382.

Syn. Cacalia tomentosa, JACQ., fl. austr. III, p. 20. C. albifrons, L., fil. suppl., p. 358, IV, sp. pl. III, p. 1736. A. alpina, VIS., l. c., p. 54.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIV, tab. DCCCXCIII; JACQ., l. c., t. 235.

Hab. in subalpinis ad **Vella Plakleniza** montium **Wellebit**, ubi legit prof. ALSCHINGER, et in monte **Javor Draga**, ubi invenit prof. PETTER (Dalm.); in sylvaticis montis **Kom** (M. N.), PANTK.; in sylvaticis m. **Durmitor** versus **Crvena Stijena**; et in sylvis **Vučii Zub in Bjelagora** (M. N.), PANĆ. l. c., et in **Mali Sandik** et supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN. Fl. purpurescentes. Fl. aestate. Perenn. — **Obs.** Haec quoque variat petioli basi auriculata.

Ad Petasiten officinalem, MOENCH, VIS., l. c., adde locum in udis circa **Cattaro** (Dalm.) et in **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c.; et in irriguis ad rivum **Tusinac** (M. N.), PANĆ., l. c. — Addatur

Petasites albus, GAERTN., de fr. et sem. II, p. 406; RCHB., fl. exc., pag. 279; PANĆ., l. c., p. 45.

P. foliis subrotundo-cordatis, angulatis, mucronato-dentatis, subtus lanuginoso-tomentosis, capitulis thyrsoideis aut fastigiatis.

Syn. Tussilago alba, L., sp. pl. p. 1214; HOST, fl. austr. II, p. 471.

Icon. RCHB. f. ic. germ. XIV, tab. DCCXCIX; OED., fl. dan., tab. 524; STURM, d. fl. VI, 21.

Hab. in irriguis sylvestribus sub monte **Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 45; at a **Foiniza** ad **Travnik**, et in monte **Vlassich** supra **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. Fl. ex albo flavescentes. Fl. aprili. Perenn. Adde genus:

HOMOGYNE, CASS.

In Dict. sc. natur. XXI, p. 412.

Char. Involucrum simplex vel calyculatum. Flores radii uniseriales pauci filiformes foeminei, obsolete 5-dentati; disci plurimi campanulato-tubulosi hermaphroditi 5-dentati. Stigmata linearia puberula. Pappus pilosus. Receptaculum nudum. — *Class.* Syngenesia. *Ord.* Polygamia superflua. *Syst. sex.*

Homogyne alpina, CASS., l. c.; RCHB., fl. exc., p. 279; KOCH, syn. fl. germ. I, p. 283; GRIS. in PANTK., l. c., p. 38; PANČ., l. c., p. 45.

H. foliis cordato-reniformibus dentato-crenatis glabris, vel subtus ad nervos pubescentibus.

Syn. Tussilago alpina, L., sp. pl., p. 213; HOST, fl. austr. II, p. 470.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XIV, tab. CMII et CMXXIX; JACQ., fl. austr. III, tab. 246; STURM, d. fl. tab. 21; CLUS., hist. pl., p. CXIII, fig. exter.

Hab. in pascuis alpinis montis **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., et in pascuis sub eodem monte **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c. Fl. majo, junio. Fl. ex albido rosei. Perenn.

Homogyne sylvestris, CASSIN., l. c.; RCHB., fl. exc., p. 279; PANČ., l. c., p. 45.

H. foliis cordato-reniformibus acute lobatis, lobis intermediis tridentatis, glabris.

Syn. Tussilago sylvestris, SCOP., fl. carn. II, pag. 157; HOST, fl. austr. II, pag. 470.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIV, tab. CMIII; JACQ., fl. austr., t. XII; STURM., d. fl., tab. 21.

Hab. in pratis sylvestribus **Kukuraj Brdo** sub monte **Kom** (M. N.), PANČ. Non vidi.

Ad Bellidastrum Michelii, CASS., VIS., fl. dalm. II, p. 55, adde locum in pascuis alpinis montis **Kom,** circa **Crno Jezero** infra et in monte **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 38, et in rupestribus m. **Jastrebica, Durmitor** et **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 45.

Ad Asterem Amellus, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 56, adde locum in vineis ad **Boljeviči** distr. **Cremnica** (M. N.) PANČ., l. c. — Addatur

Aster alpinus, L., sp. pl., p. 1226; HOST, fl. austr. II, p. 485; RCHB., fl. exc., p. 246; PANČ., l. c., p. 45.

A. pubescens, caule monocephalo, foliis trinerviis integris oblongis in petiolum attenuatis, infimis spathulatis, caulinis lanceolatis sessilibus, involucri foliolis lanceolatis laxis.

Syn. Aster hirsutus, HOST, l. c.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMV; JACQ., fl. austr. I, t. 88; STURM, deutsch. fl., tab. 27.

Hab. in saxosis elatioribus montis **Durmitor** (M. N.), PANĆ. Fl. radii caerulei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Asterem Tripolium, L., VIS., l. c., adde locum in humidis ad mare ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43. — Post addatur

Galatella rigida, CASSIN., dict. sc. nat. 18, p. 58 (sub Galatea), DC., prodr. syst. V, p. 256; RCHB. f., l. c. XVI, p. 7.

G. glabriuscula, foliis oblongo-lanceolatis trinerviis epunctatis, subtus margineque scabris, ramis rigidis, caule corymboso, involucri squamis lanceolatis margine membranaceis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMVIII.

Hab. in dumetis ad **Dobre Strane** district. **Cući** (M. N.), PANĆ., l, c., p. 45. Fl. radii violacei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Erigeron alpinam, L., VIS., l. c., p. 57, adde locum in pascuis alpinis **Bjele Carini**, in monte **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. cit., pag. 38; in declivibus herbidis montis **Javorje et Kom** (M. N.), PANĆ., l. c.; in **Mali Sandik, Vlassich**, et **Opeljanik** (Bosnia), SENDTN., et in monte **Vellebith**. — Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXIV.

Ad Erigeron acrem, L., VIS., l. c., adde locum in sylvaticis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., et in aridis et muris **Veglia, Bescanova, Verbenico** (Dalmat.), TOMMAS., l. cit., et ad iconem, RCHB. fil., l. cit., XVI, tabula CMXVII, f. II.

Ad Erigeron canadensem, L., VIS., l. c., adde locos in cultis circa pagum **Sindžon** et **Cettinje**, PANTK., l. cit.; et ad **Nijegoš, Cettinje, Rjeka** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Erigeron atticam, VILL., VIS., fl. dalm. suppl., p. 58-59 corrige Syn. **E. Villarii in Villarsii**, et adde locos in pratis sylvestribus montis **Durmitor** (M.N.), PANĆ., l. c., et iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXV. Addatur

Erigeron uniflora, L., sp. pl., p. 1211; HOST, fl. austr. II, pag. 484; RCHB., fl. exc., p. 246; PANĆ., l. c., p. 46.

E. hirsuta, caule monocephalo, foliis lanceolatis, inferioribus subspathulatis in petiolum attenuatis, glabriusculis, radio patente, involucro lanato-hirsutissimo, floribus foemineis, omnibus ligulatis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXIV, fig. 4; L., fl. lapp., tab. IX, fig. 3.

Hab. in saxosis montis **Durmitor** (M. N.), PANČ. Fl. aestate. Fl. radii albi aut dilute violacei. Perenn.

Ad Bellidem perennem, L., VIS., fl. dalm. II, p. 57, adde locos circa **Zara** (Dalmat.), **Trebinje** et **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 38; in graminosis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ., l. c., p. 45; ad **Scopia, Passinkonak, Sebsche, Lubina, Dobežispolje,** ad **Vranduk** (Bosnia), SENDTN., et ad *Var.* a sylvestrem, VIS., l. c., in locis herbidis nemorosis ad **Capriccio, Bescanova, S. Elena** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43.

Ad Solidaginem Virga aurea, L., VIS., l. c., p. 58, adde *Var.* γ alpestrem, foliis spathulatis glabris, racemo simplici, capitulis majoribus. — **Syn.** S. alpestris, WALDST. et KIT., pl. rar. hung. III, pag. 230; HOST, fl. austr. II, p. 487; RCHB., fl. exc., pag. 247. — *Icon.* RCHB. f., ic. germ., XVI, tabula CMXI, f. III; WALDST. et KIT., l. c., tab. 208. — *Hab.* in sylvaticis **Peručica Dol** infra **Kom,** et circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.) PANTK., l. c., p. 38; in saxosis montis **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 46, et in **Vlassich, Mali Sandik, Velika Ravan** et **Debichoziane** (Bosnia), SENDTN. (omnes sub Virgaurea alpestri).

Ad Chrysocomam Linosyris, L., VIS., l. c., p. 59, adde locum in pratis saxosis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 45, et ad **Capriccio, Bescanova,** et monte **Organ** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43 (uterque sub Linosyride vulgari, CASS.).

Ad Phagnalon rupestre, DC., VIS., fl. dalm. II, p. 59, adde iconem, RCHB. f., l. c., t. CMXX, f. II, et locum inter **Lissa** et **Comisa** (Dalmat.), MARCHESETTI.

Ad Evacem pygmaeam, PERS., VIS., l. c., pag. 60, adde locum in saxosis vallis **Zašlap** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 38.

Ad Micropum erectum, L., VIS., l. c., p. 60, adde locum in aridissimis **S. Maria di Capo, Bescavecchia, Dobrinje, M. Triskavaz, Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43, et icon., RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXLIII, f. I.

Ad Inulam Helenium, L., VIS., l. c., p. 61, adde iconem, RCHB. f., l. c., p. 11 (sub Corvisartia), et ic. germ. XVI, tab. CMXXI, et locum in sylvaticis

circa **Sladovo Korito** prope **Gradac** (M. N.), PANTK., l. c., et in salicetis ad rivum **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 46.

Ad Inulam Conyza, DC., VIS., l. c., p. 61, adde locos in dumetis vallis **Morača** superioris et in saxosis ad **Vir** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 46; ad **Castelmuschio, Veglia** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43, et in monte **Prologh** (Bosnia), SENDTN., sub Conyza squarrosa, L. Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXXIII.

Ad Inulam hirtam, L., VIS., l. c., p. 62, adde locos in sylvaticis montis **Gliva** prope **Trebinje** et in valle **Jazine** prope **Orachovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), PANTK., l. c., pag. 39; a **Varesh, Savniathes** ad **Savmishovazhan** (Bosnia), SENDTN.; et in locis herbidis **Bescanova, M. Organ, Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c. Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXXVII.

Ad Inulam semiamplexicaulem, REUT., VIS., l. c., p. 62, adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. CMXXIX sub *Var.* tenui I. squarrosae, RCHB., l. c. XVI, p. 15; et ad Inulam squarrosam, L., VIS. l. c., adde locum in umbrosis ad rivulum **Susica** prope **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 38; in saxosis ad **Boljevići** district. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., l. c.; ad **Dobrinje, Castelmuschio, Veglia** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in **Prelogh** (Bosnia), SENDTN. — Adde *Var.* *β* adriaticam: glabrata foliis subintegris, caule monocephalo: **Syn.** I. adriatica, BORBAS, symb. in Acad. sc. hung. XIV, n. VIII, p. 20.— *Hab.* in ins. **Veglia** locis saxosis supra pagum **Vidklau.** Probabiliter hybrida ex I. ihrta et I. semiamplexicauli. — *Icon.* BORBAS, Enc., tab. I.

Ad Inulam salicinam, L., VIS., l. c., adde locum in sylvaticis **Radus Brodo** prope **Vucia** in **Bjelagora** (Herceg.), in monte **Lastva Cvska** prope **Voiniči** et circa **Danilov Grad** (M. N.). PANTK., l. c., in pratis paludosis **Valle di Besca, Panighe** ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., et adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. CMXXVIII.

Ad Inulam ensifoliam, L., VIS., l. c., p. 63, adde locum in rupestribus ad **Savnići** sub monte **Ivica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 46, et in **Prologh** (Bosnia), SENDTN. Adde iconem, RCHB. f., l. c. XVI, tab. CMXXVIII. — Addatur

Inula germanica, L., sp. pl., p. 1239; HOST, fl. austr. II, pag. 493; RCHB., fl. exc., p. 237.

I. foliis oblongo-lanceolatis, remote denticulatis, subtus lanato-pilosis, margine scabris, caulinis basi cordatis, corymbo glomerato polycephalo, capitulis dorso pubescentibus, ligulis vix disco longioribus, acheniis glabris.

Icon. RCHB., ic. germ. XVI, tab. CMXXXI; JACQ., fl. austr. II, tab. 134.

Hab. in sylvaticis circa **Gradaz** et **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. cit., et in **Dalmatia.** Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Inula media, BIEB., fl. taur. cauc. III, p. 576; RCHB., fl. exc., pag. 238; KOCH, syn. fl. germ. I, p. 392; DC., prodr. syst. V, p. 467.

I. foliis lanceolatis remote denticulatis, subtus pilosiusculis nervosis, margine ciliato-scabris, caulinis basi cordatis, corymbo subsimplici conferto polycephalo, capituli squamis pilosis ciliatisve, ligulis disco suduplo longioribus.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XV, tab. CMXXXI, fig. 1.

Hab. ad **Bukovizza** in agris (Bosnia), SENDTN. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Inulam candidam, CASS., VIS., l. c., p. 63, adde iconem, RCHB. f., ic. german. XVI, tab. CMXXII, et locum **Ragusa** in saxosis (Dalm.), PANTK., l. c., et in ins. **Lissa** et **Carnisa** (MARCHES.).

Ad Inulam Britanicam, L., VIS., l. c., adde locum ad ripas fluminis **C̆rnojevica Reka** prope **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39; in pratis sub **Danilov Grad,** ad **Vir** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 36; et iconem, RCHB. f., l. c., tab. CMXXV.

Inulae montanae, L., VIS., l. c., non L., muta nomen in **Inulam Oculus Christi,** L., sp. pl., p. 1237; HOST, fl. austr. II, p. 489; RCHB., fl. exc., p. 237; muta icones GARID. et LOBEL in RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXX; CLUS., hist. 2, p. 20, f. 2, et adde locos in sylvaticis vallis **Zaślap** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), circa **Parce** et in saxosis **Vučia Gorne** prope **Guośd Han** (M. N.), PANTK., l. c.; in declivibus asperis sub m. **Lovćen** (M. N.), PANĆ., l. c.; et in **Begir-Beg, Suiza, Borovaglava** et alibi (Bosnia), SENDTN. Differt ab I. montana, L., caule dicephalo. Cfr. ic. RCHB. f., l. c., tab. CMXXIV et CMXXV.

Ad Inulam graveolentem, DESF., VIS., l. c., p. 84, adde locum in cultis ad **Njegós Grahovo** et inter vineas prope **Vir** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 46, et ins. **Lissa** (Dalm.), MARCHESETTI; Cupularia graveolens, GREN. et GODR., fl. de Fr. in littorali **Panighe, Valle di Besca, Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. cit., p. 43. Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXXXV (sub Cupularia).

Ad Inulam viscosam, AIT. VIS., l. c., p. 84, adde locum ad mare in ins. **Veglia, Punta Negrita, Cassione** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 48 (sub Pulicaria), et iconem RCHB., ic. germ. XVI, tab. CMXXXV (sub Cupularia).

Ad Inulam crithmoidem, L., VIS., l. c., p. 85, adde locum in solo argilloso ad mare ins. **Veglia**, ad **Saline, Cassione** (Dalm.), TOMM., l. c., et RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXXXII, f. I.

Ad Pulicariam vulgarem, GAERTN., VIS., l. c., adde locos in humidis circa **Rieka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39; in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c. Cfr. observationem nostram l. c., p. 65, quoad lanam capituli.

Ad Pulicariam dysentericam, GAERTN., VIS., l. c., adde locum cum priore (M. N.), PANĆ., l. c., et in ins. **Veglia** ad **Castelmuschio** et in **Valle di Besca** (Dalmat.), TOMM., l. c.

Ad Buphthalmum salicifolium, L., VIS., l. c., p. 86, adde locum a **Travnik** ad pedem montis **Vlassich** (Bosnia), SENDTN.

Ad Asteriscum aquaticum, MOENCH., VIS., l. c., p. 67 adde iconem; RCHB. f., l. c., tab. CMXXXIX, f. III.

Ad Pallenem spinosam, CASSIN., VIS., l. c., p. 67, adde locum in rupestribus circa **Ragusa, Cattaro** (Dalmat.), **Trebinje** (Hercegov.) et **Sindžon** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39; ad margines agrorum circa **Danilov Grad** et ad **Savica** distr. **Ljesanska Nahija** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 46; et in agris **Veglia, Bescanova, Bescavecchia** (Dalm.), TOMM., l. c. — Addatur genus

TELEKIA, BAUMGART.

fl. transylv. III, p. 149.

Char. Fl. radiati, radio uniseriali, ligulis longis angustis, corollae tubo tereti basi attenuato. Antherae basi longe caudatae, ciliatae. Receptaculum paleaceum. Achenia linearia subteretia multistriata; pappo coroniformi crenato. — *Class.* Syngenesia. *Ord.* Polygamia superflua. *Syst. sex.*

Telekia speciosa, BAUMG., l. c., p. 150; GRIS. in PANTK., adn., p. 39; PANĆ., el. pl., p. 46.

T. caule erecto elato, sparsim piloso, foliis glabris ciliatis cordatis duplicato-serratis, serraturis calloso-mucronatis, supremis ovatis sessilibus, basi rotundatis aut cordato-amplexicaulibus, capituli squamis late-ovatis.

Syn. Telekia cordifolia, DC., prodr. syst. nat. V, p. 485. Bupleurum cordifolium, WALDST. et KIT., pl. hung. II, p. 113; RCHB., fl. exc., p. 236. B. speciosum, SCHREB., ic. pl. min. cogn. dec. I, p. 11.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXXVII; WALDST. et KIT. II, tab. 113; SCHREB., l. c. I, tab. 6.

Hab. in umbrosis humidis **Peručica Dol** et **Tara Dol** infra **Kom**, ad rivulum **Bistrica Reka** prope **Nizin luk**, et circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., in alnetis ad **Kolašin** (M. N.), PANĆ., l. c., et in **Boroviza** supra montem **Ponikva** ad **Varesh**, **Tussintan**, supra **Kiseljak**, **Lepeniza**, ad **Foiniza**, et inter **Travnik** et **Scopia** (Bosnia), SENDTN. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Ad Senecionem vulgarem, L., VIS., l. c., pag. 68, adde locum in incultis circa **Zara** (Dalm.) et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.; in cultis ad **Cettinje**, **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 49; in tota ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 44.

Ad Senecionem nebrodensem, L., VIS., l. c., adde locum in glareosis ad **Savniči**, sub m. **Ivica** et ad **Mrčnov Do** sub m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c.; et ad *Var.* β rupestrem fl. dalm. locos in apricis montis **Vermac** prope **Cattaro** (Dalm.), circa **Oreshovac** et **Dubovac** in **Medov Dol**, **Allenberg**, et **Begove Korita** infra montem **Jastrebica** in **Bjelagora** (Herceg.), et in sylvaticis circa **Nijegoš**, **Rieka**, in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, et circa **Kovcice** (M. N.), et icones *Var.* genuini fl. dalm. in RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLXIII, fig. I; *Var.* rupestris, fl. dalm., l. c., tab. ead., fig. II, et *Var.* laciniata, fl. dalm., tab. eadem, f. III.

Ad Senecionem leucanthemifolium, POIR., VIS., l. c., p. 69 adde **Obs.** S. leucanthemifolius, POIR., editus est in ipsius Voy. en Barb. II, p. 288 anno 1789, ideoque anterior est S. crassifolio, W., sp. pl. III, p. 1982, quod opus in lucem venit anno 1797. Hae species tamen unam conficiunt, testibus MORETTIO de quibusdam fl. ital., dec. V, p. 7; MORISIO, fl. sard. II, p. 423, et BERTOLONIO, fl. ital. IX, p. 217-219, ex autopsia speciminum authenticorum. Hinc huic plantae pertinent icones in RCHB. f., ic. germ. XVI, tabula CMLXII, fig. II et III. Quoad locum, hanc invenit in ipsa insula **Pelagosa** Dalmatiae cl. MARCHESETTI, uti patet ex ipsius *Descr. is. Pelag.*, p. 302.

Ad Senecionem Jacobea, L. VIS., l. c., adde locos ad rivum **Pasina Vodda** prope **Kovcice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 43; in locis herbidis **Zupanje**, **Dobrinje** et alibi in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et circa **Travnik** (Bosnia) SENDTN. — Addatur

Senecio cordatus, KOCH in bot. zeit. II, XVII, p. 612 et syn. ed. II, pag. 428, β auriculatus.

S. glaber, foliis subtus puberulis, cordatis, dentatis, petiolatis, petiolis superiorum basi auriculatis, auriculis incisis dentatisve, summis lanceolatis incisis, radio patente, acheniis glabris.

Syn. Senecio alpinus β auriculatus, RCHB., pl. crit. II, pag. 257, et fl. exc., p. 244. *Var.* auriculata: Cineraria cordifolia auriculata, JACQ., fl. austr. II, p. 47. C. alpina, W., sp. pl. III, p. 2084; HOST, fl. austr. II, p. 479. S. subalpinus, KOCH, bot. zeit. XVII, p. 613, et syn. fl. germ. II, pag. 429; GRIS. in PANTK., l. c., p. 43.

Icon. RCHB., pl. crit., tab. 185, f. 257; RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLXIX; JACQ., fl. austr. II, tab. 177.

Hab. in sylvaticis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. julio, augusto. Perenn.

Ad Senecionem erraticum, BERTOL., VIS., l. c., adde locos circa **Rieka** et ad **Jušica** rivulum circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., in fossis ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 49; in lacubus **Capriccio** et **Panighe**, et in **Valle di Beca** insulae **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. — Addatur

Senecio vernalis, WALDST. et KIT., pl. rar. hung., p. 23; HOST, fl. austr. II, p. 473; RCHB., fl. exc., p. 243.

S. caule lanato, foliis oblongis pinnatifido-sinuatis villosis, inferioribus petiolatis, caeteris basi auriculata dentata amplexicaulibus, laciniis ovatis obtusis crispis dentatis, floribus corymbosis laxis, calyculo polyphyllo involucro multo breviore, radio patente, acheniis angulatis cano-pubescentibus.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLIX; WALDST. et KIT., l. c., tab. 24; RCHB., pl. crit. IV, tab. 513.

Hab. a **Travnik** ad **Bukovizza** (Bosnia), SENDTN., et in cultis ad **Cettinje, Grahovo,** campis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 49. Fl. flavi. Fl. vere. Annuus.

Ad Senecionem erucifolium, HUDS., VIS., l. c., p. 70, adde locum in pascuis saxosis sub monte **Velika Jastrebica** (M. N.) PANĆ., l. c., p. 49; et in locis incultis siccis ad **Capriccio, Castelmuschio, Valle di Besca, Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 44.

Ad Senecionem abrotanifolium, L., VIS., l. c., adde locum in pascuis sub **m. Kom, Rogam** dictis, forma uniflora (M. N.), PANĆ.

Ad Senecionem Cacaliaster, LAM., VIS., l. c., β fl. dalm., p. 71, adde locum in sylvaticis circa pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 43, ubi cfr. **Obs.** sub *Var.* subdecurrente, GRIS. in PANTK., l. c.; ad *Var.* γ (*Var.* dalmaticus, GRIS.), fl. dalm., l. c., p. 71, in sylvaticis **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. — Cfr. **Obs.** GRIS. Adde icones, RCHB. fil., l. cit. XVI, tab. CMLXX (sub S. saracenico), RCHB., l. cit., CMLXXI, f. 1, 2 (sub S. nemorensi et S. Jacquiniano); et RCHB., l. c., tab. CMLXXII (sub S. Fuchsii): S. Cacaliaster β nemorensis fl. dalm. sub hoc nomine indicatur in valle **Tara** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Senecionem Doronicum, L., VIS., fl. dalm., l. c., adde locum in glareosis excelsioribus montis **Kom** supra **Rogam** (M. N.), PANĆ., l. c., et S. arachnoideus, SIEB., citatur in fl. dalm. sub S. Doronicum *Var.* γ lanata. — Adde icones S. Doronicum et S. lanati in RCHB., ic. germ. XVI, tabula CMLXXVI.

Ad Senecionem Visianianum, PAPAF., VIS., l. c., p. 72. adde **Syn.** Ligularia thapsoides, GRIS. *Var.* Visianiana, GRIS. in PANTK., adn., p. 42, et locum in sylvaticis montis **Jastrebica in Bielagora** (Herceg.), et circa **Nijegoš** (M. N.), PANTK. S. Visianii, PANĆ., in saxosis a monte **Lovćen** ad **Bjelagora** (M. N.), PANTK., l. c., p. 49. — Addantur

Senecio umbrosus, WALDST. et KIT., pl. rar. hung. III, p. 232; HOST, fl. austr. II, p. 477; RCHB., fl. exc. in add., p. 852.

S. inferne pilosus, foliis inferioribus petiolatis ovatis obtusis, basi lanatis, caulinis oblongis cordato-amplexicaulibus acutis dentatis, summis linearibus integerrimis, floribus corymbosis, capitulis oblongo-ovatis, squamis margine membranaceis, apice ciliatis obtusis, acheniis glaberrimis pluricostatis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLXXIII, fig. II; WALDST. et KIT., l. c., tab. 210.

Hab. inter **Travnik** et **Scopia** (Bosnia), SENDTN. Fl. aestate. Fl. lutei. Perenn.

Senecio spathulaefolius, DC., prodr. syst. nat. VI, p. 361.

S. floccoso-arachnoideus, foliis infimis caulinisque inferioribus spathulatis cordatisve repandis, in petiolum alatum contractis, superioribus ligulatis acutis sessilibus, floribus umbellato-corymbosis, pedunculis foliosis, capitulis arachnoideis, ovatis dense hispidulis.

Syn. Cineraria spathulaefolia, GMEL., fl. bad. III, p. 454; HOST, fl. austr. II, p. 481; RCHB., fl. exc., p. 241.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLXXVIII; RCHB., pl. crit. II, tab. 240; STURM, deutsch. fl. X, 40; BOCCON., mus., t. 49, fig. dexter.

Hab. in **Bosnia,** SENDTN. Fl. majo. Fl. lutei. Perenn.

Senecio ovirensis, DC., prodr. syst. VI, p. 369.

S. caule simplici, foliis crassis scabris, inferioribus longe petiolatis dentatis oblongo-ovatis obtusis, mediis denticulatis acutis in petiolum alatum contractis, superioribus sessilibus lanceolatis, floribus brevissime pedunculatis umbellato-corymbosis, capituli lanuginosi squamis linearibus acuminatis.

Syn. Cineraria crassifolia, GRIS. *Var.* discoidea, GRIS. in PANTK., l. c., p. 42. C. alpestris γ ovirensis, KOCH, ed. II, p. 424.

Icon. RCHB., pl. crit. II, tab. CVII.

Hab. in graminosis montis **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., et in m. **Vlassich** supra **Baklari** et **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. Fl. aestate. Fl. lutei. Perenn.

Ad Doronicum caucasicum, VIS., l. c., p. 72, non BIEB., muta nomen in *D. cordifolium*, STERNB., denkschr. d. bot. ges. in Regensb. fl. 1818, pag. 117; HOST, fl. austr. II, p. 497. **Syn.** D. orientale, RCHB., fl. exc., p. 237. Doronicum Columnae, TEN., fl. neap. prodr., p. 19 et GRIS. in PANTK., l. c., cum iconibus, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLV, f. 1; TEN., fl. neap. I, p. 70. Columna. ecphr. 2, tab. 36. — Adde locum in rupestribus m. **Javorje** et m. **Sutorman** (M. N.) PANČ., l. c., p. 49, et in **Vlassich** et supra **Baklari** ad **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. — Addatur

Doronicum Pardalianches, L., sp. pl., p. 1247. *Var.* β, HOST, fl. austr. II, p. 496; RCHB., fl. exc., p. 234; PANČ., el. pl., p. 49.

D. radice stolonifera, stolonibus subterraneis apice incrassatis foliiferis, iterumque stoloniferis, foliis ovatis denticulatis cauleque hirsutis, inferioribus longe petiolatis, profunde cordatis, mediis auriculato-petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus, receptaculo acheniisque villosis.

Syn. Doronicum Matthioli, TAUSCH, bot. zeit. XLI, p. 182; RCHB., fl. exc., pag. 234.

Hab. in glareosis sub **Vissoke Grede** sub monte **Kom** (M. N.). PANČ. Fl. lutei. Fl. majo, augusto. Perenn. Non vidi.

Doronicum austriacum, JACQ., fl. austr. II, p. 18; HOST, fl. austr. II, p. 497; RCHB., fl. exc., p. 234; PANTK., adn., p. 42; PANČ., el. pl., p. 49.

D. villosum, radice praemorsa, foliis infimis nullis, caulinis cordatis acutis

denticulatis auriculato-petiolatis amplexicaulibus, supremis oblongo-linearibus, receptaculo acheniisque villosis.

Syn. Doronicum Pardalianches α, L., sp. pl. p. 1247.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLVII; JACQ., fl. austr. II, tab. 130; CLUS., hist. pl., libr. IV, p. XIX.

Hab. in sylvaticis ad pedem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et eodem loco, PANČ., et ad **Boroviza** supra montem **Ponikva** ad **Varesh** (Bosnia), SENDTN. Fl. lutei. Fl. jul., aug. Perenn.

Doronicum lucidum, BERNH., ex pl. cult. h. Gotting., fid. GRIS. in PANČ., l. c., pag. 42.

D. radice haud stolonifera, collo glabro, caule glabro apice glanduloso, foliis inferioribus petiolatis vix cordatis crenatis, superioribus sessilibus cordato-amplexicaulibus serratis, receptaculo acheniisque villosis.

Syn. D. scorpioides *Var.* lucidum, C. KOCH, fide GRIS.

Hab. in sylvaticis montis **Jastrebica in Bielagora,** in monte **Crna Planina, in Perućica Dol,** et in **Sinnjavina Planina** (Vratlo) (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Specifice distinctum putat cl. GRISEBACH a D. scorpiode, W., rhizomate omnino glabro, et a D. cordifolio, STRNBG., foliis imis breviter cordatis crenatis, nec profunde cordatis et inciso-dentatis. — An satis?

Ad Gnaphalium luteo-album, L., VIS., l. c., p. 73, adde locum in arenosis ad lacum **Scodranum** (M. N.), PANČ., l. c., p. 47, et in paludosis **Panighe** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43. Adde iconem, RCHB. f., l. c. XVI, tab. CMXLVII, fig. 1.

Ad Gnaphalium uliginosum, L., VIS., l. c., adde locum in herbidis circa **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c., p. 41, in arenosis rivi **Rjeka,** et in fossis ad **Vir** (M. N.), PANČ., l. c.

Ad Gnaphalium sylvaticum, L., VIS., l. c., adde locum circa **Rjeka,** et ad lacum **Riblje Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.; in sylvaticis sub montibus **Durmitor, Kom** et **Jastrebica** (M. N.), PANČ., l. c. — Adde

Gnaphalium Hoppeanum, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 399; RCHB. f., ic. germ. XVI, p. 29; PANTK., l. c., p. 41.

G. simplex, foliis lanceolatis basi obsolete trinerviis, utrinque dense tomentosis, caulinis mediis acutis, petiolis laminae subaequalibus, floribus spicatis, involucri foliolis exterioribus capitulo triplo brevioribus.

Syn. Gnaphalium supinum, HOPPE in STURM, deutsch. fl., H. 34 non L.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLII, f. I, et STURM, l. c.

Hab. in pascuis alpinis montis **Kom** et circa **Crno Jezero** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK.; in saxosis montis **Jastrebica** et m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., ubi cfr. observationes Auctoris. Fl. pallidi. Fl. julio, augusto. Perenne.

Gnaphalium supinum, L., syst. nat. III, p. 234; HOST, fl. austr. II, p. 465; GRIS. in PANTK., adn., p. 41; PANĆ., l. c., p. 47.

Gn. caespitosum, multicaule, caulibus filiformibus cano-lanatis, foliis omnibus sublinearibus lanuginoso-tomentosis, floribus breviter longiusve spicatis aut solitariis, foliolis exterioribus involucri lanceolatis capitulo dimidio longioribus, acheniis puberulis.

Syn. Gnaphalium alpinum, OED., fl. dan. VI, pag. 6. Gn. pusillum, HAENK., sud., p. 93.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLII, f. II; OED., fl. dan. VI, tab. 332.

Hab. in pascuis alpinis **Bjele Carini** prope **Kom** (M. N.) PANTK., et in saxosis prope **Javorie** et **Kom** (M. N.) PANĆ. Flores involucro fusco. Fl. julio, augusto. Perenn.

Ad Gnaphalium dioicum, L., VIS., fl. dalm., l. c., p. 74, adde locum in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia) SENDTN., et icon. RCHB. f., l. c., XVI, tabula CMLI, et *Var.* β australis, GRIS.: foliis utrinque niveo-tomentosis. *Hab.* in pascuis **Rogam** sub m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c., et *Var.* in pascuis alpinis **Bjele Carini** dictis prope **Kom** et in monte **Kom** (M. N.), PANTK., adn., p. 41 (sub Antennaria dioeca) tab. CMLI, fig. II, III.

Ad Helichrysum angustifolium, DC., VIS., l. c., p. 75, adde locum in apricis circa **Ragusa** (Dalm.), infra oppidum turcicum **Carina** prope **Bergato,** et circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.; et in saxosis ad **Bolijevići** distr. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., l. c., et in rupestribus ins. **Veglia** (Dalm.) copiose, TOMMAS., l. c., p. 44.

Ad Filaginem germanicam, L., VIS., l. c. (excl. *Var.* δ), adde locum in agris ad pedem montis **Vermac** prope **Cattaro** (Dalm.), circa **Sindžon** et **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. cit., pag. 42; ad **Haus Fellaich** prope **Travnik** (Bosnia), SENDTN.; et in locis aridis **Bescavecchia, Cassione, Veglia** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 43. — Adde **Syn.** Gifola germanica, RCHB. f., et ic. german. XVI, tab. CMXLV, f. 1.— Ad *Var.* canescentem, GRIS., adde locum

in campis ad **Savica** distr. **Liesunska Nahija** supra **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., adn., p. 46. — Post *Var.* ε eriocephalam, PARL., VIS., l. c., adde *Var.* η spathulatam: capitulis argute pentagonis, paleis flavis, foliis spathulatis. — **Syn.** F. spathulata, PRESL., del. prag., p. 93; GRIS. in PANTK., adn., p. 42. *Icon.* RCHB. f., l. c., CMXLV, fig. III. *Hab.* circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK. — Addatur

Filago Jussieui, COSS. et GERM., in ann. d. sc. nat. XX, ser. 2, p. 283.

F. lanuginoso-canescens, ramis decumbentibus, foliis lanceolato-obovatis mucronatis, capituli sessilibus subhemisphaericis e lanugine exertis multifloris, involucri foliolis lanuginosis planiusculis capitulo sublongioribus.

Syn. Filago germanica. *Var.* γ decumbens, VIS., fl. dalm. II, p. 75.

Icon. COSS. et GERM., atl. de la flor. de Paris, p. XXVI, Fig. opt.

Hab. in apricis siccis ins. **Curzola** (Corcyra nigra) in Dalmatia. Fl. citrini. Fl. aestate. Annua.

Obs. An *Var.* F. germanicae, L.? Habitus sane diversus, et caules a basi ramosi et decumbentes, sed unicum specimen ob oculos habeo!

Ad Filaginem gallicam, L., VIS., fl. dalm., l. c., adde **Syn.** Logfia gallica, COSS. et GERM., att. de Par. pl. XXVI, E. et iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXLVII, f. I, et locum in rupestribus circa **Bioče** (M. N.), PANTK., l. c., in glareosis ad **Danilov Grad**, et supra **Limljani** distr. **Crmnica** (M. N.), PANČ., l. c., p. 41; et circa **Cattaro** et inter **Stanjevich** et **Budua** (Dalm.). — Addatur

Filago minima, FRIES, ed. II, nov. svec., p. 268; PANČ., el. pl., p. 47.

F. subhirsuta gracilis ramosa, ramis dichotomis, capitulis axillaribus terminalibusque paucifloris, foliis lineari-lanceolatis erectis, involucri foliolis capitulo minoribus carinatis, apice glabris.

Syn. Gnaphalium minimum, SM., fl. britan., p. 875. G. montanum, HUDS., fl. angl., p. 362; L., sp. pl., p. 1311. Oglifa minima, RCHB. f., l. c. XVI, p. 27.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. CMXLVI, f. I; STURM, deutsch. fl., tab. 38, tab. 9; COSS. et GERM., l. c., pl. XXVI, C.

Ad Anacyclum clavatum, PERS., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c., tabula CMXCIX, fig. II, et locum **Punta di S. Stefano** prope **Spalato** (Dalmat.). Doct. BELTRAMINI.

Ad Anacyclum radiatum, LOIS., VIS., l. c., p. 77, adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. eadem, fig. III.

Ad Anthemidem arvensem, L., VIS., l. c., p. 78, adde locum in agris circa **Cattaro** (Dalm.); **Trebinje, Billeki, Vučia in Bjelagora** (Herceg.), et **Sbavniki** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39; in cultis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ., l. c., p. 48; in **Prologh**, ad **Travnik, Vlassich** et alibi (Bosnia), SENDTN., et in cultis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 44. Adde iconem, RCHB. fil. l. c., tabula MIV, fig. I, II. *Var.* incrassata (LOIS.); crescit quoque in ins. **Lossin.**

Ad Anthemidem Cota, L., VIS., l. c., p. 78, adde locum in agris circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 39 et in **Peručica** et **Tara Dol** infra montem **Kom** (M. N.), PANTK., l. c. et **Syn.** A. altissimae, L., PANTK., l. c. Adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MVIII, fig. I.

Ad Anthemidem segetalem, TENOR., VIS., fl. dalm. suppl., p. 61 adde **Syn.** A. brachycentros, GAY et iconem, RCHB. f., l. c., tab. MVIII, fig. II.

Ad Anthemidem austriacam, JACQ., VIS., fl. dalm. II, pag. 39, adde **Syn.** A. Triumfetti All., PANČ. l. c., p. 48, et locum in saxosis sylvestribus montis **Durmitor**, sub **Crvena Stijena** (M. N.); et SENDTNER ad **Foiniza** et **Vlassich** (Bosnia). Adde quoque **Syn.** A. rigescentis, W., PANTK., l. c., p. 39 et locum in sylvaticis **Raduš Brodo in Bjelagora** (Herceg.), circa **Danilov Grad**, in **Peručica** et **Tara Dol** infra m. **Kom** (M. N.), PANTK. Addatur

Anthemis montana, L., sp. pl., p. 1361; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 415.

A. caulibus simplicibus monocephalis, foliis pinnato-multipartitis, laciniis superiorum lineari-lanceolatis obtusatis muticis, receptaculo hemisphaerico, paleis lineari-oblongis apice lacero-dentatis retusis denteque majore saepe mucronatis, flores disci subaequantibus.

Syn. Anthemis Kitaibelii, SPR., syst. veg. III, p. 592; RCHB., fl. exc., p. 227. A. styriaca, VEST., syll. soc. bot. ratisb. I, p. 12. A. carpatica, W., sp. pl. III, p. 2178; PANTK., l. c., p. 38. A. grandiflora, HOST, fl. austr. II, p. 606. A saxatilis, W., en. pl., p. 910; HOST, fl. austr. II, p. 507. A mucronulata; RCHB., fl. exc., p. 227 (non BERTOL.).

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XVI, tab. MIII, fig. I, II; RCHB., pl. crit. II, tabula 230; COLUMN., phytob., pag. 24.

Hab. in apricis rupestribus montis **Kom** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Radius albus. Fl. augusto, septembri. Perenn.

Ad Anthemidem chiam, L., VIS., l. c., p. 79, adde locum in lapidosis circa **Ragusa** (Dalm.), PANTK., l. cit., et iconem, RCHB. fil., l. cit. XVI, tab. MVII, fig. III.

Ad Anthemidem Cotula, L., VIS., l. c., adde locum in agris circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 38, et ubique in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 44. — Addatur

Anthemis tinctoria, L., sp. pl., p. 1363; HOST, fl. austr. II, p. 508; RCHB., fl. exc., p. 227.

A. caule erecto ramoso, superius tomentoso, foliis pubescentibus bipinnato-partitis, rachide dentata, laciniis pectinatis dentatis, receptaculo subhemisphaerico, paleis lanceolatis in mucronem rigidum acuminatis, acheniis compresso-tetragonis anguste alatis.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. MX, fig. I; OED., fl. dan., t. 741; CLUS., hist. pl., pag. 332.

Hab. a **Travnik** ad **Czenizza**, et ad pedem m. **Vlassich** (Bosnia), SENDTN., et in collibus asperis ad **Danilov Grad**, PANĆ., l. c., p. 48. Fl. augusto. Radius luteus. Perennis aut biennis.

Ad Diotin maritimam, HOOK, VIS., l. c., p. 80, adde iconem, RCHB. f., ic. german. XVI, tab. CMXLVIII, fig. III.

Ad Santolinam Chamaecyparissus, L., VIS., l. c. adde **Syn.** Achillea Santolina, RCHB. f., l. c., p. 64 et iconem ejusdem, l. c., tab. MXII, fig. II, et locum ad monasterium **Sabina** prope **Castelnovo di Cattaro**, legit D. **Studntzka** (Dalmat.).

Ad Achilleam Clavenae, L., VIS., l. c., p. 81, adde locum in rupestribus montis **Crna Planina, Bjele Carini, Carina, Kom**, et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39, et in monte **Durmitor**, ad **Mrčenov Do** sub m. **Kom**, et in **Veljka Jastrebica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 48. — Ad *Var. β* argenteam, VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MXVI, f. III.

Ad Achilleam abrotanoidem, VIS., l. c., p. 81, adde locum circa ovilia **Javorce** in **Crna Planina**, in **Peručica Dol**, in **Orsova Skala**, in m. **Kom** et in **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c.; et in rupestribus montis **Durmitor** ad **Mrčenov Do** sub m. **Kom** et in **Jastrebica** ad **Bjela Gora** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 48.— Affinis A. atratae, L., quae differt glabritie foliorum (excl. caule), foliis minus compositis, corymbo simpliciori et capitulis duplo majoribus.— Sed nostrae praemitte nomen anterius, GRIS., spic. fl. rum. II, p. 212 et PANTK., l. c., 39. A. multifidae.

Ad Achilleam millefolium, L., VIS., l. c., p. 82, adde locum in graminosis circa **Trebinje** (Herceg.), in pascuis **Carina** infra **Kom**, et circa pagum **Kovčice** in-

fra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 40; in campis ad **Cettinje** et **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., p. 48, et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. — Adde *Var.* δ setaceam: lanato-hirsuta, foliorum laciniis angustissimis, ligulis ochroleucis subtus albis. — **Syn.** A. setacea, WALDST. et KIT., pl. rar. hung. I, p. 82; HOST, fl. austr. II, p. 512. — *Icon.* RCHB. fil., l. c., tab. MXXVIII; WALDST. et KIT., l. cit., tab. 80. — *Hab.* in graminosis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et in **Czeniza** prope **Kaločsin**, ad **Sutynska** (Bosnia), SENDTN. — Ad *Var.* γ lanatam, VIS., fl. dalm. I, p. 82 adde **Syn.** A. lanatae, SPR., et locum a m. **Vlassich** ad **Bukovizza**, **Mali Sandick**, **Velika Ravan** et alibi (Bosnia), SENDTN.

Ad Achilleam tanacetifoliam, ALL., VIS., fl. dalm. II, p. 82, adde iconem, RCHB. fil., l. c., tab. MXXVII, fig. I, et locum in pratis montis **Kom**, in **Perucica Dol** infra Kom, et in **Mali Durmitor** (M.N.) PANTK., l. c.

Ad Achilleam nobilem, L., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MXXIV, fig. II et locum in asperis ad **Vir** (M.N.), PANČ., l. c., p. 48.

Ad Achilleam odoratam, L., VIS., l. c. (ex parte) adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MXXIV, f. I; TOMM., l. c., in rupestribus **Capriccio**, **S. Maria di Capo**, **Veglia**, **Paperda** (exc. A. ligustica, ALL.), et in monte **Radostak** supra **Castelnovo di Cattaro** (doct. WEISS.), et in asperis prope **Crkviza** in **Krivorcie** (prof. ASCHERSON) in Dalmatia.

Ad Achilleam ligusticam, ALL., VIS., l. c., ad iconem; RCHB. f., l. c., tabula MXXIII, f. 3? sed pinnulae profundius incisae in specie dalmatica. Icon vero ALLIONII optime nostram refert. Rachis angusta aut latiuscula. — Post addatur

Achillea crithmifolia, WALDST. et KIT., plant. hung., rar. I, pag. 68; HOST, fl. austr. II, p. 511; RCHB., fl. exc., p. 229; GRIS. in PANTK., adn., pag. 40 (excl. ex parte syn.).

A. cano-pubescens, caule erecto teretiusculo, foliis infimis petiolatis bipinnatifidis, caulinis sessilibus bipinnati-partitis, laciniis linearibus obtusis apice subtridentatis, rachide latiuscula integra, corymbo composito, involucri ovati squamis obtusis.

Icon. RCHB. f., l. c. XVI, tab. MXXIV, f. 1; WALDST. et KIT., l. c., tab. 66.

Hab. in graminosis, **Ragusa**, **Cattaro** (Dalm.), et circa **Trebinje**, in valle **Radus Brodo** prope **Vučia Bjelagora** (Herc.), et circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK. Fl. flavescentes. Fl. junio, julio. Perenn.

Achillea helvetica, SCHLEICH., mss., RCHB. f., ic. germ. XVI, p. 66.

A. pubescens, caule erecto angulato, foliis breviter petiolatis bipinnatifidis, caulinis sessilibus pinnati-partitis, laciniis inciso-pinnatifidis acutis, apice subtridentatis, rachide latiuscula sub laciniis dentata, corymbo composito, involucri subrotundi squamis obtusis.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. MXVIII, fig. II.

Hab. in sylvaticis montium **Vellebith,** ubi legi junio et julio. Fl. albi. Perenn.

Obs. Planta nostra in RCHB. f., iconibus optime exhibita. Non videtur hybrida, secus ac autumat cl. RCHB., nam nec A. atrata, L., nec A. macrophylla, L., in Dalmatia crescunt, aut saltem in montibus **Vellebith** adhuc non visae.

Achillea ligulata, WALDST. et KIT., pl. rar. hung. I, tab. 2; HOST, fl. austr. II, p. 509; RCHB., fl. exc., p. 228; GRIS. in PANTK., l. c., pag. 39.

A. hirsuta, caule erecto simplici, foliis inaequaliter dentatis, inferioribus spathulato-oblongis in petiolum attenuatis, superioribus lingulatis sessilibus, corymbo umbelliformi compacto simplici, involucri squamis ovato-lanceolatis margine fuscis, ligulis apice tridentatis.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. MXV, f. 2; WALDST. et KIT., l. c., tab. 2, utraque foliis integris.

Hab. in graminosis **Carina** infra **Kom,** circa **Javorce in Crna Planina,** et in monte **Sinnjavina Planina** (M. N.), PANTK., et in monte **Vlassich** supra **Baklari, Oreschaz, Mali Sandik, Velika, Ravan** et alibi (Bosnia), SENDTN. Fl. albi. Fl. aestate. Perennis.

Ad Matricariam Chamomilla, L., VIS., l. c., p. 84, adde locum in incultis circa **Cattaro** (Dalm.), PANTK., adn., p. 40, et ad **Travnik, Suiza, Borovaglava** et **Czizer** usque ad **Livno** (Bosnia), SENDTN.

Ad Chamaemelum inodorum, C. BAUH., VIS., l. c., p. 85, adde locum ad **Serajevo,** supra **Lidjhan, Kobilna Glava** ad **Tussinthan** (Bosnia), SENDT.; in cultis ad **Cettinje** (M. N.), PANC., l. c., p. 48 (sub Chrysanthemo).

Ad Chamaemelum uniglandulosum, VIS., l. c., ad locum in pratis circa pagum **Kovčice** infra montem **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK , l. c.

Ad Chrysanthemum Leucanthemum, L., VIS., l. c., p. 87, adde locum in pratis circa **Danilov Grad** in **Virusa Dol** infra **Crna Planina,** in **Peručica** et **Tara Dol** infra **Kom,** et circa **Kovčice** (M. N.), PANTK., l. c.; in pratis sub monte **Durmitor** et in valle **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANC., l. c.; et in pratis ad **Capriccio, Panighe, Garize** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 41 (sub

Leucanthemo vulgari, DC.), et in **Vlassich** supra **Baklari, Travnik, Czeniza** ad **Sutynska** et alibi (Bosnia), SENDTN. — Ad *Var.* E. graminifolium, VIS., l. c., p. 87, adde locum in sylvaticis circa **Dubovac**, et in valle **Radus Brdo** prope **Vučia** (Herceg.), PANTK., l. c., et in rupestribus m. **Lovčen** et **Jastrebica** (M. N.), PANČ., l. c. — Ad *Var.* γ montanum, VIS., l. c., adde locum in pratis montium **Dobrinje, Zapanie, Veglia** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c. — **Obs.** Huic affine Chr. platylepsis, BORBÀS, in M. I. Acad. Math. Adatok Arbe XIV, K. 187 $\frac{b}{r}$ tab. II, sed non vidi nisi iconem. Crescit in ins. **Arbe,** Dalmatia.

Ad Chysanthemum ceratophylloides, ALL., VIS., l. c., ad iconem, RCHB. f., l. c., tab. CMXII, f. II. — Adde

Chrysanthemum pallens, GAY. in GUILL., ann. de bot. 1833 II, p. 5; GRIS. in PANTK., adn., p. 40.

Chr. sparse setosum, caule subsimplici, foliis inferioribus longe petiolatis subrotundis obtuse crenatis, superioribus spathulatis incisis sessilibus, summis semiamplexicaulibus integris, capituli squamis oblongo-ovalibus obtusis pallidis, acheniis striatis.

Icon. RCHB. fil., ic. germ. XVI, tab. CMLXXXIX, f. 1; BARREL., ic. pl., tab. 458?

Hab. in graminosis circa **Rieka** (M. N.). Radius albus. Fl. aestate. Perenn. PANTK.

Obs. An forma aut varietas Chr. Leucanthemi, L.?

Chrysanthemum larvatum, GRIS. in SKOFITZ, bot. zeitschr., 1874, p. 266, et in PANTK., l. c., p. 41.

Chr. sparsim setoso-puberulum, caule simplici monocephalo, foliis inferioribus brevissime petiolatis tripinnati-multifidis, laciniis linearibus cuspidatis, summis bipinnatis sessilibus, capituli squamis ovatis margine nigris, apice mucronatis, acheniis cylindricis, pappo lacero.

Icon. VIS. fl. dalm., suppl. alt. pars II, tab. XI. — *a* flos radii. — *b* stigma.

Hab. in rupestribus montis **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., et iisdem locis in monte **Durmitor** et ad **Mrčenov Do** sub monte **Kom** (M. N.). PANČ., el. pl., p. 48. Involucrum nigricans. Radius albus. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Simile Anthemidi montanae, L., quae differt, praeter receptaculum nudum, foliis tenuissime bipinnatisectis, ambitu oblongis et obtusis. Habitus tamen Anthemidis.

Ad Chrysanthemum cinerariaefolium, VIS., l. c., p. 88, adde locum in saxosis circa **Ragusa** et in monte **Vermać** prope **Cattaro** (Dalm.), in monte **Gliva** prope **Trebinje**, in valle **Jazina** prope **Orahovaz**, et in **Koristna Greda** prope **Vućia in Bjelagora** (Herceg.), et circa **Komani** (M. N.), PANTK., p. 40 (sub Pyrethro); et in saxosis sub monte **Lovćen**, ad **Ćevo**, supra **Grahovo**, et in m. **Jastrebica, Bjela Gora** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 48. Adde syn. Tanacetum cinerariaefolium, SCHZ., bip. ASCH. et KAN., l. c., p. 35.

Ad Chrysanthemum Parthenium, PERS., VIS., l. c. adde iconem RCHB. fil., ic. germ. XVI, tab. CMXCII, f. II.

Ad Chrysanthemum corymbosum, L., VIS., l. c., ad locum in sylvestribus montis **Durmitor** et dumetis **Moraca** superioris (M. N.) PANC., l. c., et ad **Czeniza** supra **Kolaćsin** usque ad **Sutynska**, et **Travnik** usque ad **Vlassich** (Bosnia), SENDTN.; et icon., RCHB. f., l. c., tab. CMXCIII, f. I. — Adde *Var.* Clusii, FISCH. in GRIS., adn. pl., p. 40; PANTK. (sub Pyrethro): foliorum superiorum laciniis primariis pinnatifidis.— *Hab.* in graminosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK.

Ad Chrysanthemum macrophyllum, WALDST., KIT. et VIS., l. c., p. 80, adde locum in umbrosis montis **Veternik** prope **Bratonožici**, in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, et in **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), sub Gymnoclena macrophylla, BL., FING., PANTK., l. c., p. 40: in sylvestribus ad **Kolaćsin** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 48, et in **Borovizza**, supra montem **Ponikva** ad **Varesh** et **Fellaich** (Bosnia), SENDTN. Adde iconem, RCHB. fil., ic. germ. XV, tabula CMXCV, f. I.

Ad Chrysanthemum Tanacetum, VIS., l. c., p. 89, adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXCVI.

Ad Chysanthemum segetum, L., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMLXXXVI, fig. I.

Ad Pinardiam coronariam, LESS., VIS., l. c., adde iconem, RCHB., f., ic. germ. l. c., tab. ead., fig. II, et locum in ins. **Pelagosa** (Dalm.), sub Chrysanthemo Doct. MARCHES., l. cit., pag. 303, et in litt. ins. **Busi** (Dalmat.), ubi legit SPREITZENHOFER.

Ad Artemisiam Absinthium, L., VIS., l. c., p. 91, adde locum in rupestribus circa **Billek** (Herceg.), in porta montis **Sinnjavina Planina**, **Vrallo** dictam supra pagum **Lipovo** (M. N.). PANTK., l. c., pag. 41; in cultis ad **Nijegoš, Danilov Grad** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 47; a **Suiza** ad **Borovaglava**, et a **Czizer** ad **Liv-**

no (Bosnia), SENDTN.; et in agris, et ad domos et vias, **Besca, Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 44.

Ad Artemisiam arborescentem, L., VIS., l. c., p. 91, adde locum in ins. **Pelagosa** (Dalm.), Doct. MARCHES., l. c., et icon., RCHB. f., l. c., tab. MXXIX, f. II.

Ad Artemisiam camphoratam, VILL., VIS., l. c., adde locum in saxosis m. **Gliva** prope **Trebinje,** in **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.); circa **Monastir Duga, Bioče, Stavniki** et **Slivje** (M. N.), PANTK., l. c., p. 41; in saxosis supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., l. c., p. 47; et in rupibus collium **Besca,** m. **Organ** et **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c. Et ad *Var.* β Biasolettianam, VIS., l. c. A. Biasolettiana, TOMMAS., l. c., adde locum in rupestribus apricis **Pervichio, Capriccio, Bescanova** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et iconem, RCHB. f., l. c., tab. MXXXIII, f. III, sub art. saxatili, W.

Ad Artemisiam paniculatam, LAM., VIS. l. c., p. 92, adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MXXXVII quae opt.

Ad Artemisiam scopariam, WALDST., KIT. et VIS., l. c., adde locum in campis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ, l. c., p. 48.

Ad Artemisiam campestrem, L., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c., tabula MXXXV, f. I.

Ad Artemisiam vulgarem, L., VIS., l. c., adde locum in dumetis circa pagum **Kovčice** (M. N.), PANTK., l. c.; et in campis vallis **Zeta** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANČ., l. c.; et ad **Capriccio, Castelmuschio, Veglia, Paperda** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Artemisiam coerulescentem, L., VIS., l. c., p. 93, adde locum in argillosis salsis ins. **Veglia, Cassione, Val Saline** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Tanacetum vulgare, L., VIS., l. c., p. 98, adde locum in salicetis ad rivum **Morača** et **Tara** (M. N.), PANČ., l. c., p. 48.

Ad Bidentem tripartitam, L., VIS., l. c., p. 94, adde locum in fossis ad **Sinjac** et **Vir** (M. N.), PANČ, l. c., p. 46, et iisdem locis ad **Panighe,** et lacum **Capriccio,** ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 46. — Addatur

Bidens cernua, L., sp. pl., p. 1185; HOST, fl. austr. II, p. 451; RCHB., fl. exc., pag. 248.

B. foliis lanceolatis serratis basi subconnatis, capitulis cernuis, squamis involucri exterioribus foliaceis flore longioribus, acheniis cuneato-obovatis quadriaristatis, margine retrorsum serrulatis.

Syn. Bidens minima, L., sp. pl., p. 1165. Coreopsis Bidens, L., sp. pl., p. 1281.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XVI, tab. CMXLI, f. II, III; SCHK., handb., t. 285; OED., fl. dan., t. 312.

Hab. in arundinetis ad **Sinjac** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 46. Fl. aestate. Fl. lutei. Bienn.

Ad Scolymum hispanicum, L., VIS., l. c., p. 95, adde locum in apricis circa **Trebinje** (Herceg.), et in **Rjeka Sindžon** (M. N.), PANTK., l. c., p. 46; et in arvis et viis agrestibus ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 46.

Ad Lampsanam communem, L., VIS., l. c., p. 96, adde locum in dumetis ad **Cettinje, Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 54; et ad sepes et loca umbrosa circa **Veglia** et **Dobrinje** (Dalm.), TOMMAS., p. 46; et ad **Vlassich** et **Travnick** prope **Czeniza** (Bosnia), SENDTN. — Addatur

Lampsana grandiflora, BIEB., fl. taur. cauc. in suppl., n. 1630; RCHB., fl. exc., p. 249; DC., prodr. syst. nat. VII, p. 77; GRIS., spic. fl. rum., p. 257, et in PANTK., adn., p. 46.

L. inferne puberula, superne glandulifera, capituli squamis nervo glandulosis, corolla duplo brevioribus.

Syn. L. adenophora, BOISS., diagn. pl. orient. 4, p. 23; L. lyrata, W., en. h. ber., p. 832. L. grandiflora. *Var.* adenophora, GRIS., l. c., PANTK., l. c.

Hab. ad sepes circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. aestate. Annua.

Var. intermedia, GRIS., l. c., foliis acuminatis, capitulis florentibus glabris. **Syn.** L. intermedia, BIEB., l. c., p. 50; GRIS., l. c.; PANTK., l. c. — *Hab.* in sylvaticis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Herc.), et in **Viruša Dol** infra **Crna Planina** (M. N.), PANTK. **Obs.** Vix qua varietas antecedentis habenda.

Ad Rhagadiolum stellatum, DC., adde **Syn.** Rh. stellulatum, PANĆ., l. c., p. 46, adde locum in herbidis circa **Ragusa** et **Gravosa** (Dalm.), et in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et *Var.* intermedius, TEN., in herbidis circa **Cattaro** (Dalm.); **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et **Ceklin** (M. N.), et *Var.* γ edulis, DC., VIS., l. c., adde locum circa **Zara** (Dalm.), et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., et Rh. edulis integrifolius, GR., locum ad littora maris circa **Zara** (Dalm.) PANTK., l. c.

Ad Cichorium Intybus, L., VIS., l. c., adde locum ad **Travnik** atque ad pedem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN., et iconem, RCHB. f., ic. german. XIX, tabula MCCCLVII, f. II.

Ad Cichorium Endivia, L., VIS., l. c., adde locum in saxosis ad **Ostrog**, et in vineis ad **Klopot** sub nomine **Zutiefnica** indigenis nota (M. N.), PANĆ., l. c.,

et corr. citationem, RCHB. f., ic. germ. cent. XV, in cent. XIX (VIS., suppl., p. 64), sub C. divaricato, SCHOUSB, quod addatur uti synonimum C. Endiviae β VIS., fl. dalm., p. 97.

APOSERIS, NECK.

Elem. I, p. 57 (non *Cassin*).

Char. Involucrum calyculatum, exteriore triphyllo, interiore polyphyllo, receptaculum nudum. Achenia compressa quinquestriata, ante apicem contracta, calva. — *Cl.* Syngenesia. *Ord.* Polygamia aequalis. *Syst. sex.*

Aposeris foetida, LESS., syn., p. 128 (excl. ch. gen.) DC., prodr. syst. veg. VII, pag. 82.

A. scapis monocephalis, foliis runcinato-pinnatifidis, lobis subrhombeis, terminali triangulari sub-trilobo, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 477.

Syn. Hyoseris foetida, L., sp. pl., p. 1137; RCHB., fl. exc., p. 250. Lapsana foetida, W., sp. pl. III, p. 622; HOST, fl. austr. II, p. 430.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCLIV, f. II; WALDST. et KIT., pl. rar. hung. I, tab. 48; MICHEL., gen. pl. tab. 28; COLUMN., ecphr. 2. tab. 31.

Hab. in nemorosis a **Maglac** ad **Mravich** et **Doboi** (Bosnia), SENDTN. Fl. lutei. Fl. aestate. Perennis.

Ad Hedypnoim creticam, W., VIS., fl. dalm. II, p. 98, adde synonimon H. crepidiformis, RCHB., fl. exc., p. 251, et PANĆ., l. c., p. 54, quae crescit ad **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), et locum, RCHB. f., ic. german. XIX, tabula MCCCLXII, fig. V.

Ad Hedypnoim tubaeformem, TEN., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCLXI, et locum in incultis circa **Zara** (Dalm.), PANTK., sub H. rhagadioloide, SM., in incultis **Veglia, Dobrinje** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et a **Travnik** ad **Haus Fellaich** et **Czeniza** (Bosnia), SENDTN.

Ad Hypochaeridem radicatam, L., VIS., l. c., adde iconem in graminosis **Viruša Dol**, infra **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 46, et in pratis ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 54 et iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCXCVI.

Ad Hypochaeridem maculatam, L., VIS., l. c., adde iconem in pratis circa **Orahovaz** in **Bjelagora**, in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, in **Perućica** et **Tara Dol**

infra **Kom**, in monte **Sinnjavina Planina**, et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., et in pascuis sub monte **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., et **Varesh** ad **Savniuthes** usque ad **Samishovazhan** et icon., RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCXCVI, f. I.

Hypochaeris glabra, L., sp. pl., p. 1140; RCHB., fl. exc., p. 268; TOMMAS., l. c., pag. 46.

H. foliis dentato-sinuatis, caulinis cauleque ramoso glabris, involucro ligulas corollarum subaequante vel breviore, acheniis centralibus longe rostratis, marginalibus muticis vel rostratis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCXCVIII, f. II; OED., fl. dan., t. 424; GAERTN., de fr. et sem. II, tab. 160.

Hab. in loco herboso, et in agris **Dobrinje**, **Paperda** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS. Fl. lutei. Annua.

Ad Seriolam aethnensem, L., VIS., fl. dalm. II, p. 100, adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCXCV, f. 1.

Ad Helminthiam echioidem, L., VIS., l. c., pag. 100, adde locum in incultis ad **Ponte** et **Bescavecchia** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Picridem hieracioidem, L., VIS., l. c., p. 101, adde locum ad **Czeniza** supra **Kalocšin** versus **Sutinska** (Bosnia), SENDTN. et iconem RCHB., f., l. c. XIX, tab. MCCCLXXV, et *Var.* ζ unifloram: foliis inciso-dentatis, caule unifloro, pedunculo cylindraceo, floribus majoribus: **Syn.** Picris hieracioides *Var.* spinulosa, GRIS. in PANTK., l. c., p. 47 (nec BERTOL. et excl. syn. P. spinulosae, GUSSON.). *Hab.* in muris circa **Zara** (Dalm.), PANTK. — **Obs.** P. spinulosa, GUSS., syn. fl. sic. II, p. 400 (non 100), differt a nostra praecipue caule paucifloro nec unifloro, et pedunculo cylindraceo nec fusiformi.

Ad Picridem laciniatam, VIS., l. c., et SCKK., adde syn. P. hispidissimae KOCH non BARTL., et locum in apricis circa **Cattaro** (Dalm.), in **Korisna Greda** prope **Vučia in Bjelagora** (Herceg.), et circa **Bogetiči** (M. N.), PANTK., in aridis saxosis montis **Organ** et **Triskavaz**, **Castelmuschio** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., et in saxosis prope coenobium **Ostrog** (M. N.), PANTK., l. c. — Adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCLXXIV, f. I.

Ad Thrinciam tuberosam, DC., VIS., l. c., p. 103, adde locum ad **Bescanova** et **Vecchia** in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 46, et in lapidosis ad pedem **Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 47.

Ad Leontodon autumnale, L., VIS., l. c., p. 103, adde locum in pascuis montis

Ivica supra **Savnici** (M. N.), PANČ., p. 54, et iconem, RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCLXXVI.

Ad Leontodon hastile, L., VIS., l. c., adde locum in pascuis montium **Durmitor, Javorje, Bjelagora** (M. N.), PANČ., l. c., et in pratis **Capriccio, Castelmuschio, Valle di Besca** (Dalm.), TOMMAS., l. cit., et in (Bosnia), SENDTN. — Ad *Var.* β hispidum: VIS., l. c., pag. 104, adde syn. L. hispidi, L., et locum **Czeniza** supra **Kalocšcin** versus **Sutynska,** et in monte **Vlassich** supra **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. Adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCLXVIII.

Ad Leontodon saxatile, RCHB., VIS., l. c., adde locum in rupestribus m. **Lovčen** et **Jastrebica** (M. N.), PANČ., l. c., et iconem, RCHB. f., XIV, tab. MCCCLXX (sub L. aspero, RCHB.).— Ad *Var.* β ramosam, VIS., l. c., p. 104, adde locum in saxosis sirca **Trebinje, Orahovaz,** et **Dubovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), et valle **Viruša Dol** infra **Crna Planina** et **Peručica** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 47. — Addatur *Var.* γ, VIS., l. c.; RCHB. f., l. c., tab. MCCCLXVIII, f. III. Adde

Leontodon Taraxaci, LOIS, fl. gall., ed. I, p. 513; RCHB., fl. exc., p. 252; PANČ., l. c., p. 54.

L. radice praemorsa crassa, caule subsimplici nudo monocephalo, superne incrassato capituloque unibracteato nigro-hirsutis, foliis obverse lanceolatis dentatis pinnatifidisque, laciniis integris, pappo setis plumosis basi serrulatis, exterioribus scabris.

Syn. Apargia Taraxaci, W., sp. pl. III, part. III, p. 1550; HOST, fl. austr. II, p. 403. Hedypnois Taraxaci, VILL., hist. delph. III, p. 8. Picris Taraxaci; ALL., fl. ped. I, p. 211.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCLXVI, f. 1; ALL., fl. ped., tabula XXXI, f. 1; VILL., l. c., tab. XXVI (excl. syn. GOUAN.), SM., engl. bot., tab. 1109.

Hab. in herbidis m. **Kom** supra **Rogam** (M.N.). Fl. lutei. Fl. jul., aug. Perenn.

Ad Leontodon incanum, SCHK., VIS., l. c., p. 104, adde locum in monte **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN., et iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tabula MCCCLXXII, f. I.

Ad Scorzoneram roseam, W. et K., VIS., fl. dalm. II, p. 105, adde locum in pratis **Viruša Dol** infra **Crna Planina,** in pratis **Carina** infra **Kom,** et in m. **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., p. 46; PANČ., l. c., p. 54 (M. N.), et in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN.

Ad Scorzoneram austriacam, W. *Var.* VIS., l. c., adde locum in graminosis montis **Gliva** prope **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. cit., et speciem in locis rupestribus scopuli **Plavnich**, **Bescanova**, **Maltempo** ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS.

Ad Scorzoneram villosam, SCOP., VIS., l. c., adde syn. S. hirsuta, L., PANTK., l. c., in apricis circa **Trebinje** et **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), Galasia villosa, CASS., in **Begir-Beb**, et **Kulla** versus **Suiza** (Bosn.), SENDTN., et Galasia, TOMMAS., l. c., in ins. **Veglia** et m. **Organ** (Dalm.) — Addatur

Scorzonera hispanica, L., sp. pl., p. 1112; HOST, fl. austr. II, p. 391; RCHB., fl. exc., p. 276.

Sc. radicis coma squamata, caule foliato mono-plejocephalo sublanato, foliis amplexicaulibus undulatis serrulato-crenatis, involucri glabri capitulo duplo brevioris, phyllis acutis, exterioribus triangulari-ovatis, interioribus ovato-lanceolatis, acheniis marginalibus muriculatis.

Icon. CLUS., hist. pl., p. CXXXVII et CXXXVIII.

Var. β glastifolia, WALLR., ann. bot., p. 94: foliis longe lanceolatis. — *Icon.* RCHB., ic. germ. XIX, tab. MCCCLXXXIV. — *Hab.* in m. **Vlassich** supra **Baklari** (Bosnia), SENDTN. Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn.

Var. γ asphodeloides, WALLR., l. c., foliis linearibus. — *Hab.* in graminosis **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 46.

Ad Tragopogon majorem, JACQ., VIS., l. c., p. 108 adde locum in pratis **Bescavecchia**, **Veglia**, **S. Elena** (Dalm.), TOMM. Oss. is. Vegl., p. 46, et iconem, RCHB. f., XIX, tab. MCCCLXXXVIII, f. 2.

Ad Tragopogon porrifolium, L., VIS. l. c. adde *Var.* β australem, JORD., in graminosis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., adn., p. 47.

Ad Tragopogon eriospermum, TEN., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c., tabula MCCCLXXXVII, f. 1.

Ad Tragopogon crocifolium, L., VIS., l. c., adde locum in **Vlassich** suprà **Oreschaz**, et in agris ad **Bukovizza** (Bosnia), SENDT., et iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCLXXXVIII, f. 1.

Ad Tragopogon pratensem, L., VIS., l. c., p. 209, adde iconem in pratis circa **Trebinje**, et circa **Orahovaz** in **Bjelagora** (Herceg.), circa **Danilov Grad** et in valle fluminis **Tara** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., pag. 47, et in **Czeniza** supra **Kolačsin** versus **Sutynska** (Bosnia), SENDTN., et adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCLXXXIX, f. 1.

Ad Tragopogon Tommasinii, SCHULTZ., bip., VIS., fl. dalm. suppl., p. 66, adde locum in saxosis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ., el. pl., p. 54. Huic addatur

Tragopogon orientalis, L.,sp. pl., p. 1109; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 486.

T. pedunculis sub capitulo paullo incrassatis, involucro octo-phyillo, phyllis supra basim transverse impressis flore sublongioribus, acheniis squamis cartilagineis muricatis, marginalibus rostro filiformi subduplo longioribus.

Syn. Tr. undulatus, RCHB., fl. exc., p. 277. T. undulatus β orientalis, DC., prodr. syst. natur. VII, p. 113.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCXC, f. 1; CAMER., epit. pl., p. 312.

Hab. ad **Suiza** supra **Borovaglava,** et ad **Czizer** versus **Livno** (Bosnia), SENDT. Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn. Adde genus

WILLEMETIA, NECK.

Elem., I, p. 50.

Char. Involucrum imbricatum subcalyculatum. Flores multiseriales. Achenium apice coronula crenulata rostri elongati filiformis basim cingente. Pappus pilosus stipitatus. Receptaculum nudum, KOCH, syn. pl. II, p. 491. — *Cl.* Syngenesia. *Ord.* Polygamia aequalis. *Syst. sex.*

Willemetia apargioides, CASSIN., dict. sc. nat., t. 48, p. 426; RCHB., fl. exc., p. 269; PANTK., l. c., p. 48.

Syn. Hieracium stipitatum, JACQ., fl. austr. III, p. 51. Chondrilla stipitata, SCH., bip.; LINN., XV; RCHB. f., l. c., p. 23. Crepis apargioides, W., III, p. 1594. Barkhausia apargioides, SPR., syst. veg. III, p. 352; HOST, fl. austr. III, p. 424.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCII; JACQ., fl. austr., tab. 293.

Hab. in pratis vallis **Peručica** infra **Kom** et in monte **Sinnjavlna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 47, et in pascuis montis **Durmitor** jugo **Sljeme** (M. N.), PANČ., l. c., p. 55. Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn.

Ad Taraxacum officinale, WIGG., VIS., l. c., sic reformandum: serva diagnosim et adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCIV et locos in graminosis **Trebinje Billeki** (Herceg.), et in alpinis **Carina** dictis infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c.; in cultis **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., et ad **Prusaz** et **Travnik** circa **Bucovizza** (Bosnia), SENDTN.

Var. β alpinum: involucri foliolis exeterioribus ovatis patentibus, interioribus apice ecornibus. — **Syn.** T. laevigatum, DC., prodr. VII, p. 146; TOMM., l. c., p. 47. — *Icon.* RCHB. f., ic. germ., MCCCCV, f. II. — *Hab.* in saxosis **Dobrinje, Veglia** et alibi (Dalm.), TOMM., l. c.

Var. γ tenuifolium, HOPP., KOCH., syn. fl. germ. II, p. 493: acheniis lineari-obovatis apice squamoso muricatis, foliis lineari-lanceolatis linearibusque subintegerrimis. — *Icon.* RCHB. f, l. c., tab. MCCCCIII, fig. III. — *Hab.* in pratis aquosis **Bescanova, Capriccio, Lago di Panighe** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Var. δ lividum: involucri foliolis exterioribus ovatis acuminatis adpressis, inferioribus apice ecornibus; KOCH, l. c., p. 492. — **Syn.** L. lividus, W. et KIT., pl. hung. II, p. 120. — *Icon.* RCHB. f., l. c., tab. MCCCCV, f. V; WALDST. et KIT., II, tab. 115. — *Hab.* ad **Travnik** et **Bukovizza** (Bosnia), SENDTNER.

Var. ε minimum, HELDR., herb. norm. graec., n.° 796; PANTK., l. c., p. 48. — *Hab.* in apricis circa **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c.

Ad Chondrillam junceam, L., VIS., l. c., p. 111, adde iconem, RCHB. f., l. c., tabula MCCCCI, f. 2, et locum in pratis circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 47; et in locis aridis apricis ad **Veglia** et **Bescavecchia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 47.

Ad Prenanthem purpuream, L., VIS., l. c., adde locos in sylvaticis circa **Kovčice** ad pedem montis **Mali Durmitor**, PANTK., l. c., et PANČ., l. c., et adde icones, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCVIII.

Ad Lactucam perennem, L., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., ic. fl. germ. XIX, tab. MCCCCVIII, f. III, et locum in rupestribus montis **Javorie** (M. N.), PANČ., l. c., p. 55.

Ad Lactucam salignam, L., VIS., l. cit., adde iconem, RCHB. fil., l. cit., tabula MCCCCXX, f. I, et locum ad vias campestres et fossas ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Lactucam Scariolam, L., VIS., l. c., adde iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tabula MCCCCXXI, f. I, II, et locum in incultis circa **Trebinje** (Hercegov.), PANTK., l. c., et ad margines viarum et fossas ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c.

Ad Lactucam muralem, GAERTN., VIS., l. c., p. 113, adde syn. Mycelis muralis, RCHB. f., l. c. XIX, p. 31; ad iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXVII,

et locum in dumetis montis **Vermač** prope **Cattaro** (Dalmat.), et in sylvaticis **Viruša Dol** infra **Crna Planina, Tara** et **Perućica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., et in sylvaticis sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ., l. c.

Ad Phoenixopum vimineum, RCHB., VIS., l. cit., adde iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXVIII, f. I, sub Lactuca, et locos in saxosis ad **Boljevići** distr. **Crmnicae** (M. N.), PANĆ., l. c., et in locis aridis ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c.

Ad Trichocrepidem bifidam, VIS., l. c., adde locum in cultis ad **Limljane** distr. **Crmnicae** (M. N.), PANĆ., l. c., et icon. RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXXX.— Huc probabiliter Pterotheca nemausensis, TOMMAS., l. c., p. 47, et Lagoceris bifida KOCH circa **Pod Gliva** ad **Trebinje** (Herceg.), PANTK.

Ad Gatyonam Dioscoridis, RCHB., VIS., fl. dalm. II, p. 116, adde iconem, RCHB. f., XIX, tab. MCCCCXVII. — Addatur

Gatyona Pantocsekii, VIS.

G. glaucescens, foliis petiolatis, inferioribus rosulatis puberulis pinnati-partitis, laciniis decurrentibus oblongis spinuloso-tridentatis, reliquis subsessilibus, laciniis elongatis apice subulato-linearibus, summis sessilibus linearibus, caule submonocephalo pubescente angulato, involucro pedunculoque dense piloso-glanduloso, acheniis ....

Icon. VIS., fl. dalm. supp. alt., pars II, tab. XII. — *a.* flos parum auctus.

Syn. Gatyona Dioscoridis *Var.*? glandulosa, GRIS. in PANTK., adn., p. 48.

Hab. in graminosis sylvaticis circa **Dubovac** prope **Orahovac** in **Bjelagora** (M. N.). Fl. flavi unicolores. — Annua? — Fl. aestate.

Obs. Affinis G. Dioscoridis, quae differt, foliis spathulatis lyrato-pinnatifidis dentatisve nec pinnato-partitis, laciniis triplo quadruplove brevioribus linearibus, summis hastatis laciniatis amplexicaulibus, nec sessilibus, caule divaricato ramoso nec simplici, involucro ob phylla prominula toruloso, nec plano.

Ad Zacyntham verrucosam, GAERTN., VIS., l. c., p. 116, adde locum in apricis circa **Cattaro** (Dalm.), et **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., p. 48; in asperis ad **Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 56; in agris **Veglia, Garize** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 47, et iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCXXIV.

Ad Crepidem vesicariam, L., VIS., l. c., p. 116, sub syn. Barkhausia vesicaria SPRENG., adde locum in graminosis circa **Pod Gliva** prope **Trebinje** (Herceg.), PANTK., l. c., pag. 48, et in cultis ad **Veglia, Capriccio, Panighe** (Dal-

mat.), TOMMAS., l. c., p. 47, et iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXXX, fig. II.

Ad Crepidem setosam, HALL., VIS., l. c., p. 117, adde locum in campis ad **Cettinje** (M. N.), PANČ., l. c., p. 56, et (sub Barkhausia, MCH.) in graminosis circa **Cattaro** (Dalm.), **Dubovac** in **Bjelagora** (Herc.), **Cettinje** et **Rjeka** (M. N.), PANTK., l. c., p. 48, et a **Travnik** ad pedem **Vlassich**, **Czeniza** supra **Kalocsin, Serajevo** etc. (Bosnia), SENDTN., et ad iconem, RCHB. fil., l. cit., tabula MCCCCXXXV, fig. I.

Ad Crepidem foetidam, L., VIS., l. c., p. 117, adde locum in cultis ad **Cettinje**, et ad asperis ad **Vir** (M. N.), PANČ., l. c., p. 56; in campis aridis **Veglia** monte **Suss** et **Triskavaz** (Dalm.) TOMMAS., l. c., et (sub Barkhausia, MCH.) in pascuis circa **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c., p. 48, et **Travnik** ad pedem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN.; et iconem, RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXXXIV. — Addatur

Crepis leontodontoides, ALL., fl. ped. auct., p. 13; RCHB. f., ic. germ. XIX, p. 42.

C. caule erecto subnudo paucifloro gracili, foliis runcinatis pinnati-partitis, basi in petiolum decurrentibus, apice acuminatis integris, involucri phyllis glabriusculis, acheniis apice in rostrum filiforme abrupte contractis.

Syn. Barkhausia leontodontoides, DC., prodr. VII, p. 156. B. leontodontis, PANTK.. l. c., p. 48.

Icon. RCHB. f., l. c., XIX, tab. MCCCCXXXVI, f. II-VII.

Hab. in graminosis circa **Billeki** (Herceg.), PANTK., l. c. Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn.

Ad Crepidem rubram, L., VIS., l. c., p. 118, adde iconem, RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCLV, fig. I.

Ad Crepidem bulbosam, CASSIN., VIS., l. c., adde locum in herbidis **Bescanova, Cassione, Ponte, S. Maria di Capo** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 47, et iconem RCHB. f., l. c., tab. MCCCCXXXIII, sub Aetheoriza, CASSIN. — Addatur

Crepis incarnata, TAUSCH., bot. zeit. II, 1 erg. 61, p. 79, non HOST, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 502; RCHB. f., XIX, p. 46.

C. caule aphyllo corymboso, foliis obovatis basi attenuatis, denticulatis, bracteis communibus limbo ac dorso inermibus.

Syn. Hieracium incarnatum, WULF. in JACQ., coll. II, p. 127. Hieracium montanum, SCOP., carn. II, p. 106. Geracium incarnatum; RCHB., fl. exc., p. 259.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCLV, fig. 1; JACQ., ic. rar. VI, tabula 578; SCOP., fl. carn. II, t. 50.

Var. *β* pauciflora: PANTK., l. c., p. 49: caule bi-trifloro.

Hab. in pascuis alpinis montis **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. carnei. Fl. aestate. Perenn.

Crepis biennis, L., sp. pl., p. 1136; RCHB., fl. exc., p. 258; HOST, fl. austr. II, p. 423; KOCH, syn. pl., p. 504.

C. hispida, caule sulcato foliato apice corymboso, foliis dentatis vel runcinato-pinnatifidis sessilibus basi auriculato-dentatis, summis integerrimis, involucri phyllis obtusiusculis cano-pubescentibus, exterioribus patulis, interioribus dorso hispidis, intus subsericeis, acheniis apice angustioribus tredecim-striatis.

Syn. C. biennis *a* runcinata, KOCH, l. c. C. lodomiriensis, BESS., fl. gelic. II, p. 189; HOST, fl. austr. II, p. 422; RCHB., fl. exc., p. 258; GRIS. in PANTK., l. c., p. 48.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCXXXIX, SOW., engl. bot., t. 149.

Hab. in sylvaticis **Peručica Dol** infra **Kom,** et circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.). Fl. aurei. Fl. majo, junio. Biennis.

Crepis niceaensis, BALBIS in PERS., ench. bot. 2, p. 376; RCHB., fl. exc., p. 258.

C. caule foliato apice corymboso, foliis dentatis mucronatisve, caulinis sessilibus basi sagittatis, auriculis acuminatis deflexis, summis integerrimis, involucri phyllis lanceolato-attenuatis cano-pubescentibus, exterioribus patulis, interioribus dorso hispidis intus glabris, acheniis apice attenuatis 10-striatis.

Syn. C. scabra, DC., prodr. syst. nat. VII, p. 162 non W.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCXL, fig. I.

Hab. in aggeribus prope **Cettinje** et asperis ad **Niksička Župa** (M. N.), PANČ., Fl. aurei. Fl. aestate. Biennis. — Ad *Var.* *β* adenantham, VIS., suppl., p. 68, adde locum in sylvaticis circa **Dubovac in Bjelagora** (M. N.), PANTK., l. c., p. 49.

Ad Crepidem chondrilloidem, JACQ., VIS., l. c., p. 119 et suppl., p. 68, adde locum in rupestribus scopuli **Pervichio** et a **Bescanova** ad montem **Organ** (Dalmat.), TOMM., veg. ins. **Veglia,** p. 17, et iconem, RCHB. f., l. cit., tabula MCCCCLXI, opt!

Ad Crepidem neglectam, L., VIS., l. c., p. 120, adde locum in graminosis circa **Cattaro** (Dalm.), ad pedem montis **Gliva** supra **Trebinje** et circa **Grančarevo**

in **Bjelagora** (M. N.), PANTK., l. c., p. 49, et in cultis ad **Cettinje** et **Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. cit., p. 56 (sub Cr. virente), et frequens in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMM., l. c., p. 47. — Addantur

Crepis grandiflora, TAUSCH, bot. zeit. II, 1, pag. 80; RCHB., fl. exc., pag. 259; PANTK., l. c., p. 50; PANĆ., l. c., p. 57.

C. caule sulcato tri-pentacephalo, foliis glandulosis puberulis dentatis, infimis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis, caulinis sagittato-amplexicaulibus lanceolatis subintegerrimis, involucris pedunculisque hirsutis, phyllis oblongo-lanceolatis, exterioribus acutis dimidio brevioribus, interioribus obtusis, acheniis 20-striatis.

Syn. Hieracium grandiflorum, ALL., fl. ped., p. 217; HOST, fl. austr. II, p. 419.

Icon. RCHB. f., XIX, tab. MCCCCLX, fig. II; ALL. l. c., tab. XXIX, f. 1-2; WALDST. et KIT., pl. rar. I, tab. 99.

Hab. in pratis circa pagum **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in pratis montis **Durmitor** (M. N.), PANĆ. Fl. aurei. Fl. aestate. Perennis.

Crepis viscidula, FROEL. in DC., prodr. syst. VII, p. 166; GRIS. in PANTK., l. c., pag. 49.

C. rhizomate repente, caule corymboso, 3-5-floro, superne involucroque dense glandulosis, foliis inferioribus subspathulato-oblongis, rariter dentatis, caulinis basi rotundato-amplexicaulibus subglabris eglandulosis, pedunculis ascendentibus subincrassatis, phyllis involucri laxiusculis linearibus, margine membranaceis, apice obtusis cano-tomentosis, acheniis angulatis linearibus utrinque truncatis.

Hab. in sylvaticis **Perućica Dol** infra **Kom**, et in porta **Sinnjavina Planina, Vratlo** -dicta supra pagum **Lipovo** (M. N.), PANTK., et in pratis sylvestribus sub **m. Durmitor** versus jugum **Stulac** (M. N.), PANĆ., l. cit. Fl. aurei. Fl. aestate. Perennis.

Crepis aurea, CASSIN., dict. hist. nat. 48, p. 428.

C. radice praemorsa, caule aphyllo vel basi paucifolio, filiformi superne involucroque pubescente vel nigro-hirsuto, foliis glabriusculis obverse lanceolatis, integris vel dentatis runcinatisve, acheniis multistriatis pappum subaequantibus.

Syn. Hieracium aureum, SCOP., fl. carn. ed. II, v. II, pag. 104; BERTOL., fl. ital. VII, p. 449. Leontodon aureum, L., sp. pl., p. 1122. Geracium aureum, RCHB., fl. exc., p. 209. Hieracium Columnae, TENOR., fl. nap. IV in

Syll., p. 114. Cr. Columnae, FROEL. in DC., prodr. VII, p. 167; GRIS. in PANTK., l. c., p. 49.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCXXXIII, f. 2; JACQ., fl. austr. III, tab. 297; STURM, deutsch. fl., tab. 37; VILL., hist. du Dauph. III, tab. 305; COLUMN., ecphr. 2, fig. 31.

Var. β limoniifolia: GRIS. in PANTK., l. c., foliis spathulato-oblongis obtusis integris repandisve glaberrimis.

Var. γ pilifera: GRIS., l. c., foliis runcinato-dentatis vel inciso-pinnatifidis, involucro dense piloso.

Var. δ elatior: GRIS., l. c., foliis runcinato-pinnatipartitis, caulis apice involucrisque basi dense pilosis.

Hab. species in pascuis montis **Crna Planina, Kom** et circa **Crno Jezero** infra **Mali Durmitor.** *Var.* β in graminosis humidis **Viruša Dol** infra **Crna Planina.** *Var.* γ in pascuis alpinis **Carina** dictis, infra **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., in rupestribus m. **Durmitor, Javorie** et **Vučiizub,** (M. N.), PANČ., l. c., pag. 56. Flores in specie et *Var.* β flavi: in *Var.* γ aurantiaci subtus rubelli: in *Var.* δ ligulis utrinque luteis, apice rubellis. — Fl. aestate. Perennis.

Crepis montana, RCHB., MÖSSL., handb., ed. II, 2, pag. 1404; RCHB., fl. exc., pag. 258.

C. caule ascendente monocephalo, basi foliato, apice incrassato, foliis elliptico-oblongis acutis dentatis, caulinis sessilibus, involucro hirsutissimo, acheniis obtuse decemcostatis.

Syn. Hieracium montanum, JACQ., fl. austr. II, p. 54; HOST, fl. austr. II, p. 408. Hypochaeris montana, L., sp. pl. p. 1140. Soyeria montana, MONN., ess. monogr. Hierac., p. 75; PANČ., l. c., p. 57.

Icon. RCHB. f., l. c. XIX, tab. MCCCCLIX, f. II; JACQ., fl. austr., l. c., t. 190.

Hab. in herbidis saxosis montis **Javorje** (M. N.), PANČ., in monte **Vlassich** supra **Baklari,** et **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn.

Ad Hieracium Pilosella, L., VIS., p. 121, adde locum in graminosis vallis **Viruša** infra **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., p. 50; in pascuis sub monte **Durmitor** (M. N.), PANČ., l. c., p. 57; in argillosis **Veglia, Triskavaz, S. Elena** et alibi (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 47; et in **Bukovizza, Czeniza** supra **Kaločsin,** ad **Tussintan** supra **Kiseljak,** ad montem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN. Ad *Var.* β majorem, l. c., sub H. Pilosella macrantho, adde locum in pascuis alpinis **Carina,** in valle **Peručica** infra **Kom,** et in monte **Mali Durmitor**

(M. N.), PANTK., l. c. — Adde *Var.* γ pilosissima: tota herba hirsutissima: **Syn.** H. Peleterianum, MERAT., fl. paris., p. 305. — *Icon.* RCHB. fil., XIX, tab. MCCCCLXVIII. — *Hab.* in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS., l. c., p. 47.

Ad Hieracium bifurcum, BIEB., VIS., l. c., p. 121, adde locum ad **Travnick, Fellaich, Foiniza** supra **Busovaz** (Bosnia), SENDTN. — RCHB. f., l. c. XIX, tabula MCCCCLXX.

Ad Hieracium furcatum, HOPP., VIS., l. c., adde *Var.* β alpicola, KOCH, syn. fl. germ. II, pag. 511. — **Syn.** fl. alpicola, SCHLEICH., cat. 1821: caule hirsutissimo, involucro nigro-villoso: KOCH., l. c., pag. 511. — *Hab.* in pascuis alpinis m. **Kom** (M. N.), PANTK., l. c., p. 50.

Ad Hieracium hybridum, CHAIX., VIS., l. c.. adde locum in ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 47 (sub H. brachiato, BERTOL.), et RCHB. fil., ic. german. XIX, p. 56, tab. MCCCCLXXIV (sub H. hybrido, CHAIX).

Ad Hieracium florentinum, W., VIS., l. c. *Var.* α praealtum adde locum in saxosis m. **Vlassich** supra **Baklari, Czeniza** ad **Kolaćsin** versus **Sutynka** et alibi (Bosnia), SENDTN., in m. **Veliki, Stravnik** (M. N.), PANĆ., l. c., pag. 57; in ins. **Veglia**, ad **Pervichio, S. Maria di Capo** (Dalm.), TOMM., l. c., p. 48 (sub H. praealto et H. Bauhini). — Ad *Var.* piloselloidem, VIS., l. c., adde locum in graminosis circa **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.). — Ad *Var.* β stoloniferum, GRIS. in PANTK., l. c.: caule stolonifero, ad locum in monte **Gliva** prope **Trebinje, Grančarevo**, et **Vučia** in **Bjelagora** (Herceg.), et circa **Cettinje** et **Danilov Grad** (M. N.), PANTK., l. c.

Ad Hieracium cymosum, L., VIS., l. c., p. 112, adde syn. H. Nestleri, VILL., voy. p. 62; RCHB. f., l. c., pag. 60. Hieracium sabinum, SEBAST. et MAUR., fl. rom. prodr., p. 270, et GRIS. in PANTK., l. c., p. 50. — *Icon.* VILL., l. c., tab. 4, f. 1. — *Hab.* in pascuis circa **Dubovac** in **Medov Dol** et **Allinbreg** infra montem **Jastrebica** (Herceg.), in **Viruša Dol** infra **Crna Planina**, in **Peručica Dol** infra **Kom** in **Sinnjavina Planina** et in monte **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c. — Adde *Var.* β rubellum: floribus rubellis: PANTK., l. c.; PANĆ., l. c., p. 57. — *Var.* γ hirsutum, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 515, corymbo pilis longis hirsuto; RCHB., fl. exc., p. 263, in monte **Vlassich** supra **Oreschaz** (Bosnia), SENDTN. — *Icon.* RCHB. fil., ic. german. IX, tabula MCCCCLXXXVI.

Ad Hieracium pratense, TAUSCH, VIS., l. c., adde locum ad **Tussintan** supra

Kiseljak, et a **Lepeniza** ad **Foiniza** (Bosnia), SENDTN. — Adde *Var.* β glandulosum: pedicellis involucroque dense glandulosis: et locum in **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.), PANTK., l. c., et icon., RCHB. f., XIX, tab. MCCCCLXXVI (sub H. collino, GOCLM.).

Ad Hieracium glaucum, ALL., VIS., l. c., p. 123 substitue

Hieracium stupposum, RCHB., fl. exc., ind. gen. 1572, p. 62; RCHB. fil., ic. german. XIX, p. 100; GRIS., abhandl. Ges. Götting v. Jahr. 1852-53, phys. Class., p. 151.

H. glaucum, longe pilosum, caule sulcato foliato paniculato ramoso, ramis divaricatis, foliis inferioribus ovato-lanceolatis utrinque attenuatis, superioribus sessilibus, pedunculis bracteolatis involucroque subcanescentibus, achenii costis apice plica conjunctis.

Syn. Hieracium glaucum, VIS., stirp. dalm., p. 37, et fl. dalm. II, p. 133 (sub *Var.* stuppeum); ALSCH., fl. jadr., p. 202; PETT., bot. wegev., n. 475, non ALL., H. saxatile *Var.*? RCHB., fl. exc., p. 265. H. stuppeum, PANTK., l. c., p. 53; PANČ., l. c., p. 58.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MDLXVIII, opt.!

Hab. in saxosis apricis totius Dalmatiae litoralis, etiam in insulis. Crescit quoque in iisdem locis in monte **Lastva Cevska** supra **Voiniči** (M. N.), PANTK., et ad **Cettinje**, **Čevo** in distr. **Cuči** et **Čeklici**, et supra **Grahovo** (M. N.), PANČ., uterque sub H. stuppeo, quod nomen exactius. Cfr. H. glaucum, VIS., l. c.

Hieracium adriaticum, NAEGELI in litt. ad J. FREYN., 1877. JOS. FREYN., flor. Lud-Istrien. Wien, 1877, p. 33.

H. radice praemorsa, glaucescens, pubescens, pilis longioribus intermixtis, foliis integris ciliatis, obverse lanceolatis acutis, basi attenuatis, villosis, bracteis linearibus, floribus parvis, pedunculis elongatis racemosis, involucri pubescentis phyllis acutis, apice incurvis, exterioribus laxiusculis dimidio brevioribus, acheniis teretibus sulcatis edentulis.

Icon. VIS., suppl. alt. fl. dalm., pars II, tab. XIV, fig. 1, 2.

Hab. in agris circa **Spalato** in Dalmatia, ubi legit Dom. STUDNISKA et comm. Jos. FREYN. Fl. aurei. Achenia nigricantia. Fl. aestate. Perenn.

Hieracium Auricula, L., sp. pl., p. 1126; HOST, fl. austr. II, p. 405; RCHB., fl. exc., p. 201.

H. caule subunifolio di-pentacephalo, stolonibus prostratis sterilibus, pedunculis subcorymbosis, fructiferis adscendentibus, foliis glaucis obverse lanceo-

latis glabris, sparsim setoso-pilosis, exterioribus obtusis, internis acutis, involucri phyllis glandulosis, acheniis multicostatis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCCXXXV, f. II; OED., fl. dan., t. 1111; SOW., engl. bot., t. 2368.

Hab. circa **Travnik** in hortis (Bosnia). Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn. SENDTN.

Hieracium Naegelianum, PANČ., el. pl., p. 57; KAN. et ASCH., cat. pl. serb., p. 43.

H. glabrum, caule subunifolio monocephalo, efflagelle, radice gracillima (annua?), foliis glaucescentibus subrepandis, exterioribus spathulatis obtusis, internis acutis, involucri phyllis viridi-nigricantibus glanduloso-pilosis, acheniis testaceis; obtuse octo-angulatis, basi in umbonem contractis.

Syn. H. auriculiforme, n. sp., PANČ., in litt., 1873, ex loco et diagn.

Hab. in rupibus schistaceis ad **Mrčnov Dol** sub m. **Kom** (M. N.). Fl. aestate. Fl. lutei.

Ad Hieracium sabaudum, L., VIS., fl. dalm. II, p. 123 adde locum in locis umbrosis ad **Capriccio, Valle di Besca** in ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMM., l. c., p. 48, et forsan H. barbatum, TAUSCH. fid. TOMM. Cfr. FREYN., fl. v. Istr., p. 134.

Ad Hieracium murorum, L., VIS., l. c., adde locum in rupestribus m. **Velika Jastrebica**, m. **Durmitor** et m. **Kom** (M. N.), PANČ., l. c., p. 58, et in umbrosis **Veglia, Dobrinje** (Dalmat.), TOMM., l. c., et **Sutynska** (Bosnia), SENDTN. — Adde *Var.* β alpestre: foliis inferioribus basi inciso-dentatis, caule mono-dicephalo. — *Icon.* RCHB. f., l. c., tab. MDXX, fig. II. — *Hab.* in **Peručica Dol** (M. N.), PANTK. — *Var.* γ plumbeum: foliis maculatis, sinuato-dentatis integrisve, glandulis paucis. — *Hab.* in monte **Kom, Crna Planina,** et **Medvo Dol** infra **Jastrebica** (M. N.), PANTK., l. c. — *Var.* δ incisum: pedunculis involucroque canescentibus, pilis eglandulosis. **Syn.** H. incisum, HOPP. ap. STURM., deutsch. fl. h., 39; HOST, fl. austr. II, p. 412. — *Icon.* RCHB. fil., l. c., tab. MDXXI, fig. II. — *Hab.* in sylvaticis **Crno Jezero** infra **Durmitor,** PANTK., l. c.

Ad Hieracium sylvaticum, LAM., enc. bot., VIS., l. c., p. 123, adde *Var.* β rosulatum, GRIS.: foliis oblongo-lanceolatis. *Icon.* RCHB. f., l. c., t. MDXXVI, f. I. — *Hab.* in agris circa **Bukovizza** et in sylvaticis m. **Mali Durmitor,** circa **Crno Jezero** et pagum **Kovčice** (M. N.), PANTK., l. c., sub *Var.* II. vulgati, FR.

Ad Hieracium villosum, JACQ., VIS., fl. dalm. II, p. 124, adde locum in rupestribus montis **Sinnjavina Planina** et **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., l. c., et

in rupestribus m. **Javorje**, et ad **Mrčenov Do** sub m. **Kom**, et sub clivo **Savin Kuk** m. **Durmitor** (foliis superioribus brevibus, late amplexicaulibus), PANĆ., l. c., et in **Mali Sandick** (Bosnia), SENDTN. — Adde *Var.* β **obscurum**, C.H. SCHULTZ: involucri phyllis exterioribus e basi ovato-acutatis, PANTK., l. c., in rupestribus m. **Sinnjavina Planina** (M. N.).

Ad Hieracium lanatum, VILL., VIS., l. c., excl. syn. H. Tommasinii, HOST, et adde *Var.* δ Schlosseri: foliis dentato-repandis abbreviatis, caule involucrisque glabrescentibus: VIS., fl. dalm. suppl., in obs. ad H. lanatum. — **Syn.** H. Schlosseri, RCHB. f., ic. germ. XIX, p. 94; PANĆ., l. c., p. 59, et H. subscaposum ejusd., p. 59. — *Icon.* RCHB. f., l. c., tab. MDLVI, f. II. — *Hab.* in rupestribus m. **Velika, Stirovnik** (Sella) ad antrum **Ledenica** dictum (Dalm.), PANĆ., l. c. — *Var.* ε flexuosum: foliorum caulis apice glabrato, involucro puberulo. — **Syn.** H. flexuosum, W. et KIT., pl. hung. 3, p. 231; HOST, fl. austr. II, p. 415; RCHB., fl. exc., p. 265; PANTK., l. c., p. 53; PANĆ., l. c., pag. 58 (sub H. glabrato, HOPP.). — *Icon.* W. et KIT., l. c., t. 209. — *Hab.* in saxosis elatioribus montis **Dinara** (Dalm.), et in **Prologh, Suiza** et **Czizer** versus **Livno** (Bosnia), SENDTN.; in rupestribus **Orlova Skala** infra **Kom** (M. N.), PANTK.; et in rupestribus m. **Kom** (M. N.), PANĆ., l. c.

Hieracium Tommasinii, HOST, fl. austr. II, p. 414; TOMMAS., l. c., p. 48; KAN. et ASCH., cat. pl. serb., p. 43.

H. piloso-canum, pilis simplicibus, caule sulcato di-tricephalo, superne puberulo, bracteolato, foliis oblongis utrinque attenuatis, apice glandula apiculatis, margine dentato-subulatis in basim amplexicaulem productis, involucri phyllis pubescenti-glandulosis acuminatis, exterioribus laxiusculis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MDLXXX, opt!

Hab. in saxosis **Veglia** prope **Ponte** (Dalmat.), Fl. lutei. Fl. aestate. Legit dom. SENDTNER; commun. cl. TOMMASINI. Perenn.

Hieracium lasiophyllum, KOCH, syn. fl. germ. II, p. 522; KAN. et ASCH., cat. pl. serb., p. 44; RCHB. f., l. c., p. 91.

H. glaucum, hirsutum, caule di-plejocephalo racemoso-corymboso, apice involucrisque pilis nigris glandulosis hirtis, foliis inferne paucidentatis, inferioribus exterioribus ovalibus apice rotundato-obtusissimis, interiorum apice oblongo acutiusculo, phyllis involucri obtusiusculis apice fimbriolatis, internis acutis, acheniis multicostatis atro-rufis.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. MDL.

Hab. in saxosis **Mali Sandick et Vranduk** propter **Sebsche** (Bosnia). Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn. SENDTN.

Hieracium Juranum, FRIES, PANĆ., el. pl. vasc., p. 60.

H. puberulum, caule sulcato, foliis ovalibus acutis obsolete denticulatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus subcordato-amplexicaulibus acuminatis, pedunculis corymbosis involucrique phyllis puberculis glandulosis obtusiusculis.

Syn. H. Jurassicum, GRIS., l. c., p. 48 et in PANTK., adn., p. 54; RCHB. fil., l. c., XI, p. 76.

Icon. RCHB. f., l. c., XIX, tab. MDXI.

Hab. circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., et in rupestribus sub m. **Durmitor** (M. N.), PANĆ. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Hieracium scorzonerifolium, VILL., prosp., p. 35, et hist. du Dauph. III, p. 111; PANTK., l. c., p. 52.

H. caule lanuginoso-angulato monocephalo, foliis glabratis villosisve, rigidis glaucis lineari-lanceolatis acutis, obsolete dentatis, superioribus ovato-lanceolatis, involucri phyllis acuminatis villosis.

Syn. H. saxatile, RCHB., fl. exc., p. 266, non JACQ.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MDLXIII.

Hab. in jugo montium **Vellebit, Sveto Brdo** (Dalm.), et in rupestribus montis **Kom.** Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Hieracium humile, WILLD., sp. pl. III, p. 1543; PANTK., l. c., p. 51; KAN. et ASCH., cat., p. 44; HOST, fl. austr. II, p. 411.

H. caulis basi petiolisque villosis, superne bracteolato, monocephalo, foliis ovatis basi inciso-dentatis, dentibus ovatis, pedunculo involucrique phyllis linearibus obtusiusculis glandulosis.

Syn. Hieracium pumilum, JACQ., fl. austr. II, p. 180. — H. Jacquini, VILL., hist. Dauph. III, p. 123.

Icon. JACQ., fl. austr. II, tab. 180.

Hab. in rupestribus circa **Crno Jezero** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Hieracium Bocconei, GRIS., l. cit., p. 115; RCHB. f., l. c. XIX, p. 79; PANTK., l. c., p. 51.

H. caule foliisque basi longe villosis, subtetracephalo, superne nudiusculo puberulo, foliis ovalibus basi cuneatis, apice acutis, margine inferne repando-

denticulatis, floribus corymboso-dichotomis, pedunculis involucrique phyllis obtusiusculis piloso-glandulosis.

Icon. RCHB. f., l. c. tab. MDXVIII, fig. I.

Hab. in sylvaticis **Perucica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. aestate. Fl. flavi. Perenn.

Obs. Achenia receptaculo tenaciter adhaerentia.

Hieracium marmoreum, VIS. et PANĆ., pl. serb. dec. II, p. 6.

H. glaucescens, pilis plumoso-scabris implexis albidis lanatum, caule sulcato folioso ramoso, foliis inferioribus obovatis in petiolum alatum decurrentibus, superioribus ellipticis repando dentatis, cordato-amplexicaulibus, summis squamoso-setaceis, pedunculis involucrique phyllis basi lanatis, margine glabris, acheniis pentagonis, utrinque quinque costatis fuscis.

Icon. VIS. et PANĆ., pl. serb. II, tab. XI.

Hab. in rupestribus m. **Jastrebica in Bjelagora** (Herceg.), in m. **Kom** et **in** valle **Peručica in Orlova Skala** (M. N.), PANTK., l. c., p. 52.

Hieraceum athoum, GRIS. in PANTK., l. c., p. 52.

H. caule subscaposo nudo, foliis subradicalibus tomentosis oblongis integris obtusis apiculatis, basi cuneatis sessilibus, pedunculis apice glandulosis racemosis, involucri phyllis puberulo-glandulosis linearibus, apice subulatis, acheniis testaceis.

Hab. in rupestribus circa **Stavniki** (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Conjungunt cum H. Frivaldii, PANĆ. (non RCHB. fil.), ASCH. et KAN., in catal., p. 43. Differt a planta cognomine, RCHB. fil., ic. germ. XIX, tabula MDLII, foliis non repando-dentatis et caule polycephalo longiuscolo nudo, nec hirsuto.

Hieracium Schmidtii, TSCH., bot. zeit. II, 1, p. 65; GRIS. in PANTK., l. c., p. 54.

H. caule angulato subunifolio, foliis subrepandis, subcordatis glaucis, inferioribus pubescentibus, ovalibus, caulino sessili, caulis apice pedunculis involucrique phyllis acutis glanduloso-pilosis.

Syn. H. Schmidtii *Var.* plejophyllum, SCHUR., PANTK., l. c., et *Var.* Sternbergii, GRIS.

Icon. RCHB. f., l. c., tab. MDXLIX, f. I, II.

Hab. in sylvaticis circa **Begove Korita in Bjelagora** (Herceg.) et *Var.* in sylvaticis **Perucica Dol** infra **Kom** (M. N.). Fl. flavi. Fl. aestate. Perenn.

Hieracium gymnocephalum, GRIS. in SKOF., Oest. bot. z. 1873, p. 266, n. 9. et in PANTK., adn. pl., p. 32.

H. infra apicem villosum, caule angulato foliato simplici, foliis subamplexicaulibus, integris repandisve, inferioribus oblongo-lanceolatis basi longe attenuatis; apice acutis, superioribus sessilibus, glabrescentibus, acuminatis, pedunculis subracemosis, involucrique phyllis parce glanduloso-puberulis acutiusculis nigrescentibus.

Hab. in rupestribus **Orsova Skala** dictis infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. lutei. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Ab affinibus H. taygeteo, BOISS. et H. gymnocephalo, GRIS. involucris pedicellisque non villosis, et caulibus polycephalis sat diversum.

Hieracium umbellatum, L., sp. pl., p. 1131; HOST, fl. austr. II, p. 420; RCHB., fl. exc., p. 267; PANTK., l. c., p. 51; PANĆ., l. c., p. 61.

H. caule glabrato polycephalo, superne ramoso, foliis lanceolatis subdentatis, inferioribus sub-petiolatis, pedunculis canescentibus, involucri phyllis glabriusculis, apice laxis, margine membranaceis.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MDXXXIII; OED., fl. dan., t. 830.

Hab. in sylvaticis circa **Kovčice** infra **Mali Durmitor** (M. N.), PANTK., in dumetis vallis **Zetae** sub **Danilov Grad** (M. N.), PANĆ. Fl. ab aestate in autumnum. Fl. flavi. Perenne.

Hieracium calophyllum, UHECHTR., sec. ASCH. et KAN., cat. serb., p. 44.

H. villosum, caule angulato foliato ramoso-corymboso, foliis oblongo-spathulatis repandis, superioribus confertis, basi cordato-amplexicaulibus, integris acutis, involucri phyllis acutiusculis viridescentibus, acheniis subfuscis pentagonis.

Syn. H. gymnocephalum, PANĆ., el. pl., p. 60, non GRIS.

Hab. in rupestribus vallis **Tusinac** supra **Buan** et in monte **Velika Jastrebica** (M. N.), PANĆ.

Hieracium thapsiforme, UHECHTR. fid. ASCH. et KAN., l. c.

H. tomentoso-canum, foliis omnibus supra basim caulis congestis, pannosis, inferioribus obovatis oblongisve in petiolum alatum decurrentibus, margine repando-dentatis, caulinis minutis ellipticis subsessilibus, caule sulcato, superne nudo subtomentoso, apice corymboso, subumbellato, involucri phyllis acutis, acheniis pentagonis pallide fuscis.

Syn. H. thapsoides, PANĆ., el. pl.. p., 59, nec ARVET-TOUR.

Icon. VIS., fl. dalm., suppl. alt., pars II, tab. XIII. – *a.* involucrum – *b.* achenium.

Hab. in rupestribus travertinicis ad catarractam rivuli sub coenobio S. Stephani **Moraca** sup. Fl. lutei. Planta tota candicans. Fl. aestate. Perenn.

Obs. Cl. PANĆIĆ in suo El. pl. vasc. alias species descripsit ab ipso in **Montenero** inventas, quas videre non licuit. Talia sunt Hieracium Aschersonianum, PANĆ., H. bupleuroides, GMEL., H. subcaesium, FR., H. leptocephalum, W., KOT, H. crinitum, SM., H. pilosissimum, TRIV. H. cydoniaefolium, VILL., H. Engleri, UHECHTR., H. prenanthoides, VILL., et H. myriocephalum, PANĆ.

Ad Reichardiam vulgarem, ROTH, VIS., fl. dalm. suppl. I, p. 162, adde locum in muris urbis **Zara** (Dalmat.), PANTK., l. cit., sub Picridio vulgari excl. *Var.* — Addatur

Reichardia macrophylla, VIS., fl. dalm. suppl., p. 70 (1872), PANĆ., l. c., p. 56.

R. perennis, glauca glabra, caule erecto subsimplici, foliis oblongo-obovatis sinuatis runcinatisve spinoso-denticulatis, apice rotundatis, inferioribus basi longe attenuatis, caulinis cordato-amplexicaulibus, pedunculis unifloris, apice incrassatis, simplicibus subsquamosis, involucri phyllis laxis.

Syn. Picridium macrophyllum, VIS. et PANĆ., pl. serb., dec. III, p. 3; PANTK., l. c., p. 47. Reichardia scapigera *Var.* macrophylla; ASCHERS., KAN., cat. serb., p. 41 (1877), et P. vulgare β scapigerum, VIS., l. c.

Icon. VIS. et PANĆ., pl. serb. III, tab. XVI.

Hab. in rupestribus **Jazina Dol** prope **Orachovaz** (Herceg.), et in **Koristna Greda** prope **Vučia** in **Bjelagora** (M. N.), PANTK., et in rupestribus et glareosis vallis **Tussinac** supra **Buan,** et in saxosis montis **Vučji Zub-Bjelagora** (M. N.), PANĆ. Fl. aestate. Fl. flavi. Perenn.

Ad Sonchum oleraceum, L., VIS., fl. dalm. II, pag. 125; HOST, fl. austr. II, p. 394; RCHB., fl. exc., p. 373, adde locum in ruderatis circa **Cattaro** (Dalmat.), PANTK., l. c., p. 47, in cultis ad **Njegus, Cettinje** (M. N.), PANĆ., el. pl., p. 55, et in cultis incultisque ins. **Veglia** (Dalmat.), TOMMAS. Adde iconem, RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCCX, fig. I.

Ad Sonchum asperum, VILL., VIS., l. c., adde locum in ruderatis circa **Zara, Cattaro** (Dalm.), **Trebinje, Pridvorce** et circa **Skodiegra** in **Bjelagora** (Herc.), PANTK., l. c., ad **Rijeka et Vir** (M. N.), PANĆ., l. c., et ad **Varesh, Savniathel, Samirhovazhan,** et **Travnik** ad pedem **Vlassich** (Bosnia), SENDTN. — Adde iconem, RCHB. f., l. c., fig. II. — Addatur genus

MULGEDIUM, CASSIN.

Dict. sc. nat. vol. 33, p. 296.

Char. Involucrum calyculato-imbricatum, phyllis externis dimidio triplove brevioribus. Fores uniseriales. Achenia compressa apice attenuata, pappo piloso fragili, basi coronula e setis brevibus cincta. — *Cl.* Syngenesia. *Ord.* Aequalis. *Syst. sex.*

M. alpinum, LESSING., syn. comp., p. 112; KOCH, syn. fl. germ. II, p. 142.

M. foliis lyratis dentatis, lobo terminali maximo hastato-triangulari longe acuminato, caulinis petiolo alato, basi cordato-amplexicaulibus, racemo glanduloso-piloso, acheniis oblongo-linearibus multistriatis, summo apice attenuatis.

Syn. Sonchus alpinus, L., sp. pl., p. 1117; RCHB., fl. exc., p. 273. Sonchus coeruleus, SOW., engl. 3, p. 341; HOST, fl. austr. II, p. 394.

Icon. RCHB. f., ic. germ. XIX, tab. MCCCCXV; OED., fl. dan., t. 182; SOW., engl. bot., t. 2426.

Hab. in pratis sylvestribus montis **Durmitor** ad jugum **Stulac** (M. N.), PANČ., l. c., et in **Mali Sandik, Baklari** supra **Suiljaga** versus **Koprilniza** (Bosnia), SENDTN. Fl. coerulei. Fl. aestate. Perenn.

Mulgedium Pančićii, VIS., pl. serb. pempt., p. 9; PANČ., l. c., p. 56; PANTK., l. c., p. 50.

M. foliis lyrato-runcinatis dentatis, subtus glaucis, lobis lateralibus oblongo-ovatis deflexis, terminali maximo hastato-deltoideo, caulinis basi auriculato-amplexcaulibus, floralibus lanceolatis linearibusve integris, basi exauriculatis, florum corymbis laxe paniculatis, acheniis linearibus compresso-pentagonis laevibus.

Icon. VIS., pl. serb., pempt., tab. IV.

Hab. in umbrosis irriguis vallis **Tara** (M. N.), PANČ., in sylvaticis **Peručica Dol** infra **Kom** (M. N.), PANTK. Fl. coerulei. Fl. aestate. Perenn.

Mulgedium Plumieri, DC., prodr. syst. veg. II, p. 248; ASCH. et KAN., cat. l. c.; PANČ., l. c., p. 56.

M. foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, subtus glaucis, lobis lateralibus ovatis acutis patulis, terminali hastato maximo, caulinis basi cordato-amplexicaulibus, superioribus lanceolatis acuminatis integris, corymbis laxe panicula-

tis, acheniis compressis ellipticis ad apicem attenuatis, utrinque quinque-striatis.

Syn. Sonchus Plumieri, L., sp. pl., p. 1117; RCHB., fl. exc., p. 274.

Icon. RCHB.. f., l. c., XIX, tab. MCCCCXVI.

Hab. in pratis sylvestribus sub monte **Durmitor** versus jugum **Stulac,** et in declivibus montis **Kukuraj Brdo** sub monte **Kom** (M. N.), PANĆ. Fl. coerulei. Fl. aestate. Perenn.

AMBROSIACEAE, LK.

VIS. fl. dalm. II, p. 126.

Ad Xanthium strumarium, L., VIS., l. c., suppl., p. 70, adde locum ad vias circa **Trebinje** (Herceg.), et **Bogetiči** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39; in fossis ad **Vir** distr. **Crmnica** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 62; in incultis et humidis **Panighe, Castelnovo, Bescanova,** ins. **Veglia** (Dalm.), TOMMAS., l. c., p. 40.

Ad Xanthium spinosum, L., VIS., l. c., adde locum in incultis circa **Cattaro** (Dalmat.), **Trebinje** (Herceg.), et **Cettinje** (M. N.), PANTK., l. c., p. 39, in campis ad **Cettinje, Grahovo** (M. N.), PANĆ., l. c., p. 61, et in incultis ad vias **Bescanova** et **Zupanie** (Dalm.), ins. **Veglia,** TOMMAS., l. c.

(MS. traditum est R. Instituto Veneto die X febr. 1878.)

Hic abrupte desinit scriptum clarissimi Auctoris, qui paullo post, nempe die quarta maji MDCCCLXXVIII mortem obiit; nec inter ab eodem relicta manuscripta nobis datum fuit operis continuationem reperire. Ex iconibus, quas auctor parari curavit et nos imprimi religiose voluimus, duae supersunt, quas ipse cl. Visianius illustrare non potuit, nempe tabulae XIV fig. 3 et 4 *Campanulam monanthos*, PANTK. et *C. hirsutam*, PANTK. spectantes. Ut lacunam hanc graviorem impleamus, ex opere clar. JOS. PANTOCSEK *Adnot. ad Floram et Faunam Hercegovinae* etc., Posonii, 1874, pag. 54 et 55, earumdem Campanularum diagnoses sequentes excerpsimus:

Campanula hirsuta, PANTK., VIS., fl. dalm. suppl. alt., pars II, tab. XIV, fig. 4 (ex errore 3).— E sectione *Eucodon*, fructu ignoto. Radice perenni; caule ascendente, plurifloro, hirsuto; foliis lanceolato-spathulatis, superioribus oblongo-lanceolatis, acutis, subtiliter repando-crenatis, hirsutis, praeter radicalia longe petiolata, sessilibus; corollis majoribus nutantibus, pedunculatis; pedunculis hirsutis; calyce conico subglabro, 5-partito, partitionibus linearibus acutis; flore coeruleo, 5-lobo, lobis oblongis acutis.

Habitat in pratis vallis **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.). Julio. — Caulis 16 cntm. lg. folia radicalia 3 ½ ctm. lg., 12 mm. lata; folia caulina 1 ½-3 ctm. lg. 5-8 mm. lata; flos 2 ctm. lg.; basi 4 mm.; limbo 2 ½ ctm. latus, calyx cum sepalis 1 ctm. lg., sepalis 7 mm. lg., 1 mm. lat.

Campanula monanthos, PANTK., VIS., fl. dalm. suppl. alt., pars II, tab. XIV, fig. 3 (ex errore 4). — E sectione *Eucodon*, fructu ignoto. Radice perenni, repente; foliis spathulatis glauco-viridibus, crenulatis, subhirsutis, caule tenui, glabro, subaphyllo (tantum unicum folium caulinum occurrit, oblongo-lanceolatum); flore parvo, nutante, unico, coeruleo, 5-fido, laciniis lanceolatis acutis; calyce conico 5-partito, partitionibus angustioribus acutis.

Habitat in sylvaticis vallis **Viruša Dol** infra montem **Crna Planina** (M. N.) Julio. — Species eximia, tantum in unico exemplare lecta, quae observationes meliores valde desiderat; ad *C. Musarum* pl. Heldr. accedens, a qua differt: flore minore et sepalis angustioribus. — Caulis 14 ctm. longus; folia radicalia 4-5 ctm. lg. ½ - 1 ½ ctm. lata; folium caulinum 9 mm. lg., 2 mm. lata; flos 13 mm. lg.; basi 2 mm.; limbo 1 ctm. latus; lacinia 7 mm. lg., 2 mm. lata; calyx cum sepalis 8 mm. longus; sepala 7 mm. longa, 1 mm. lata.

P. A. SACCARDO.

EXPLICATIO ICONUM

Tab. VIII. **Valeriana Bertiscea**, PANĆ. — *a* fructus, *b* fructus sectus, *c* flos.

» IX. **Cirsium decussatum**, JANKA.

» X. **Cirsium appendiculatum**, GRIS. Adduntur figurae analyticae involucri phyllii et achenii cum pappo.

« XI. **Chrysanthemum larvatum**, GRIS. — *a* flos radii.

» XII. **Gatyona Pantocsekii**, VIS. — *a* capitulum.

» XIII. **Hieracium thapsiforme**, UECHTR. — *a* capitulum ligulis orbatum, *b* achenium cum pappo.

» XIV, fig. 1, 2. **Hieracium adriaticum**, NÄG., addita figura achenii; fig. 4 (ex errore 3) **Campanula hirsuta**, PANTK., fig. 3 (ex errore 4) **Campanula monanthos**, PANTK.

FLORAE DALMATICAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

PARS SECUNDA

INDEX



CIRSIUM DECUSSATUM Janka